# THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

## Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

## Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

## License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

## Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Josine Schrickx, General Editor and Project
Leader Munich, June 2025

version 1 (23rd June 2025)

# THESAVRVS LINGVAE LATINAE

# VOLVMEN XI 2

## R

**r** (er *v. l. 18*). *littera decima septima* (*vel decima sexta, v. enim vol. VII 2, 755, 3; significatur littera gr.* ϱ *l. 43 sq. p. 2, 53*). *de genere v. infra sub 1a. nomen est indecl. (ad rem cf. e. g. Varro ling. 9, 51 sq.); plur. l. 9 sq.* [*falso iungitur voci proximae e. g. l. 9. 33. p. 2, 8.*]

**1** *de appellatione litterae*: **a** r *solum ponitur, sc. genere: non apparente*: Lvcil. 377 (*v. l. 26*). *et saepe. neutro*: Cic. Verr. II 2, 187 usque ad alterum r. Varro ling. 5, 21 cum r uno (Fest. p. 355 per unum … r. Vel. gramm. VII 80, 9. Hier. *p. 2, 4. al.*). 5, 133 *p. 2, 7.* 7, 27 r extrito. Fest. p. 233 gemino r[um]. p. 274 r duobus (p. 355 per duo r[um]. Caper gramm. VII 96, 6. *al.*). *al. fem.* (*sc. voce* littera *subaudienda*): Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 34, 15 sequetur r, quae *eqs.* Don. Ter. Ad. 848, 2 r pro d posita (-tum *var. l.*). Char. *p. 2, 51. al.* **b** *accedunt adminicula*: littera (*sc. fere* r l., *sed* l. r Vitr. *infra et e. g.* Don. *l. 30*): Vitr. 9, 7, 4 (*in figura*) litterae T, R. Fest. p. 161 sine r littera. Plin. dub. serm. *p. 2, 26.* Vel. gramm. VII 71, 20. 79, 5. Pompon. *p. 2, 32. et saepe. varia*: Mar. Victorin. gramm. 3, 25 omnibus semivocalibus absque sola r. Char. gramm. p. 5, 16 r consonans (p. 7, 21 consonantibus r et l *praeponitur p littera. al.*). **c** *appellatur* er *sim.* (*cf. Gordon, Letter Names of the Lat. Alphabet, 1973, 7 sqq. et passim*): Serv. gramm. IV 422, 16 *semivocales* ita proferuntur, ut inchoent ab e littera et desinant in naturalem sonum, ut ef el em en er es ix (*sim.* Prob. inst. gramm. IV 49, 31 Pomp. gramm. V 101, 16). Gloss. biling. II 1, 3 sq. ιρρε: r (*in alphabeto saec. IV/V*).

**2** *de descriptione litterae* (*meram mentionem eius facit* Cic. *sub b*): **a** *de sono vel pronuntiatione* (*cf.* lēvitas *p. 2, 8,* mollis *p. 2, 43*): **α** *comparatur cum voce canis hirrientis*: Lvcil. 377 [a] r[e]: non multum [ab]est hoc cacosyntheton atque canina si lingua dico (*locum affert* Vel. gramm. VII 47, 2 sqq., *qui indicat* r *in versu hexam. pro syllaba poni*). Don. Ter. Ad. 282, 2 *lenonem* irritari dicit ut canem …; Lucilius (*2*) de littera r: 'irritata canis *eqs.*' (*cf. Andr. 597, 4* ['irritatus est'] *canes* restrictis dentibus hanc litteram imitantur). Schol. Pers. 1, 109, 2 ('canina littera') canes lacessiti videntur, ⌊si hirriunt, r⌋ litteram minitabundi exprimere (⌊ ⌋ *Wessner*; surruuntur *al. trad.*). **β** *affertur inter litteras semivocales vel liquidas*: Ter. Mavr. *post* 226 *et post* 825 (*extra metrum*) f l m n r s x (*cf. 222* voce semiplenas, *822* semivocales. *in enumeratione simili*: Prob. inst. gramm. IV 49, 29 Don. gramm. mai. 1, 2 p. 604, 11. *al.*). Mar. Victorin. gramm. 3, 30 r consonans semivocalis immutabilis. Don. gramm. mai. 1, 2 p. 604, 12 liquidae *sunt* quattuor, l m n r (*sim.* Char. gramm. p. 5, 12. *al.*). *al.* **γ** *dicitur non aspirari* (*nisi in gr.*): Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 34, 6 *h litterae* consonantes tantum quattuor praeponi, quotiens graecis nominibus latina forma est, … id est c p r t, ut … 'rhombos'. Prisc. gramm. II 31, 15 r sine aspiratione ponitur in latinis, in graecis vero … aspiratur. Ps. Prisc. gramm. II 192 r quoque aspiratur sicut aliae vocales apud Graecos: 'rhetor' *eqs.* Cassiod. gramm. VII 154, 1 (*ex Cornuto*) Varroni … placet r (h *trad.*) litteram, si primo loco ponatur, non adspirari. **δ** *indicatur, quomodo in ore formetur*: Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 34, 15 sequetur r, quae vibrato †vocis palatum linguae fastigio fragorem tremulis ictibus reddit (*cf. Ter. Maur. 238* vibrat tremulis ictibus aridum sonorem). Mart. Cap. 3, 261 r spiritum lingua crispante corraditur.

**b** *de scriptura vocum* r *litteram continentium* (*excepto* Cic. *agitur de orthographia, sc. quaeritur, utrum geminanda sit necne* [*cetera v. sub c*]): Cic. Verr. II 2, 187 *in tabulis* erant acceptae pecuniae 'C. Verrucio C. f.', sic tamen ut usque ad alterum r litterae constarent integrae, reliquae omnes essent in litura. Varro ling. 5, 21 'tera' in augurum libris scripta cum r uno. Fest. p. 233 gemino r[um] (*v. vol. X 1, 371, 56 sqq.*). p. 355 'torum', ut significet torridum …, per unum quidem r … scribitur, sed quasi per duo r[um] scribatur, pronuntiari oportet. Vel. gramm. VII 80, 9 ut unum r scriberemus (*in voce q. e.* narrare, *quam tractant etiam alii gramm.; v. vol. IX 1, 68, 19 sqq.*). Hier. quaest. hebr. in gen. p. 27, 9 sq. errant, qui putant primum 'Saram' per unum r scriptum fuisse et postea ei alterum r additum. *al.*

**c** *de mutatione, successione sim. litterarum*: **α** *varia exempla*: Varro ling. 5, 133 ⟨pallia⟩ 'parilia' primo dicta, ⌊r exclusum⌋ propter lēvitatem ([⌊ ⌋ *K. O. Mueller*; reclusum *al. trad.*]. *item de* r *littera evanida vel deficiente*: 7, 27 ⟨e⟩ 'Carmena' … r extrito 'Camena' factum. Fest. p. 161 'marspedis' sive sine r littera 'maspedis'. Vel. gramm. VII 79, 5). Prob. cath. gramm. IV 11, 15 r littera nomina terminata multa sunt (*item in fine vocabulorum*: Mart. Cap. 3, 284 *adverbia,* quae m n r finiuntur. *al.; sim. in fine syllabae*: Prisc. gramm. II 50, 1 r quacumque consonante sequente … potest terminare priorem syllabam). Mar. Victorin. gramm. 3, 18 ex his *semivocalibus* immutabiles IIII, l m n r, dictae sunt (*sc. in decl. nominum; sim.* 3, 30 [*v. p. 1, 37*]. *al.*). Dosith. gramm. 9, 5 r littera consonans semivocalis liquida tam praeponitur vocalibus quam subiungitur, ut 'ramus, arma' (*sim.* Diom. gramm. I 425, 22. Mart. Cap. 3, 244 r … vocales utrimque complectitur). *al.* **β** *de ratione inter* r *et alias litteras intercedente* (*exempla selecta*): r *et* d: Varro ling. 6, 4 d antiqui, non r in hoc dicebant (*de voce q. e.* meridies *ut*: Don. Ter. Ad. 848, 2 r pro d positā propter cognationem … harum litterarum). Vel. gramm. VII 71, 21 d … in r litteram transit (*explicatur forma* arcesso *ut*: Scavr. gramm. VII 26, 3). Mar. Victorin. gramm. 4, 9 'apud' per d potius quam per r scribamus. *al.* r *et* l: Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 172, 2 si r littera praecesserit in quacumque syllaba, sequi debet l, ut 'augurale'; contra si l praecesserit, (172, 4) sequi debet r, ut 'molare'. Scavr. gramm. VII 13, 11 balbi, qui r exprimere non possunt, aut l dicunt aut s. *al.* r *et* s: Varro ling. 7, 26 in multis verbis, in quo[d] antiqui dicebant s, postea dicunt r. Pavl. Fest. p. 264 r pro s littera (*immo s pro r*) saepe antiqui posuerunt, ut 'maiosibus' *eqs.* Vel. gramm. VII 69, 8 s familiariter in r transit. Pompon. dig. 1, 2, 2, 36 Appius Claudius … r litteram invenit, ut pro 'Valesiis' 'Valerii' essent *eqs.* Serv. georg. 2, 256 *aliquando* r in s mutatur. *al.* **γ** *de ordine litterarum per barbarismum mutato*: Qvint. inst. 1, 5, 12 (*antea*: 'preculam' pro 'pergula' dicens) cum r praeponeret *quidam 'e' litterae* antecedenti. Diom. gramm. I 452, 31 ut 'leriquias' si per l litteram pronuntiemus, cum debeat per r prima syllaba dici, 'reliquiae'. **δ** r *littera mutis postposita non continuo facit positione longam syllabam praecedentem*: Don. gramm. mai. 1, 2 p. 604, 12 l et r faciunt communem syllabam (*i. vel longam vel brevem*). Char. gramm. p. 5, 16 (*ad Verg. Aen. 6, 56* Phoebĕ gravis) r consonans plena littera non habetur et … liquida *nominatur eqs.* Mart. Cap. 3, 271 natura litterarum l et r, quae mollis est, nunc longam, nunc brevem syllabam *efficit. al.*

**3** *de usu, significatione litterae; adhibetur*: **a** *pro compendio*: **α** *testimonia, quae agunt*: Ⓘ *de vocibus, nominibus propriis*: Cic. de orat. 2, 280 litteras A F P R (*in tabulis scriptas; seq. explicatio vera inter iocosas posita* ante factum post relatum [*cf. Fronto p. 92, 12* ante gestum post relatum]). Fest. p. 274 r duobus in conpluribus orationibus … perscribi solet, id est rationum relatarum. Prob. litt. sing. 2 sqq. (*compendia multa enumerantur*). Char. gramm. p. 7, 23 *p littera significat* cum r praeposita populum Romanum et subiecta r *litterae* rem publicam (*eadem* Dosith. gramm. 10, 7. *sim. al.*). Ⓘⓘ *de numeris*: Hier. quaest. hebr. in gen. p. 27, 10 r apud Graecos centenarius numerus est. Grom. p. 309, 22 (*supra* r *litteram scriptum est* ∞CCCC. *postea*: has litteras si inveneris in terminibus scriptas …, tantum *pedum* quaeris ab eo in aliud signum). Virg. gramm. epit. 2, 3 m, r, s, u, l mil(l)e significant.

**β** *exempla selecta; significantur*: Ⓘ *nomina propria: ho-*

[Bl.]

*minum:* ?R(ufus) CIL I$^{2}$ 400. 2496, 2 (*v. Salomies, Die röm. Vornamen, 1987, 88*). *locorum* (*etiam adi. inde derivata*): R(omanus) *vel* R(oma) *saepissime, e. g. in iuncturis* c(ivis) R., eq(ues) R., p(opulus) R. (*cf. p. 2, 51*), s(enatus) p(opulus)q(ue) R., post R(omam) c(onditam) *sim.; ceterum supplent docti e. g.* CIL III 5810, 12 (*a. 290*) p(raeses) p(rovinciae) R(aetiae). XI 43 (= INSCR. Dessau 2863), 11 r(ei) p(ublicae) R(avennatium). (II) *varia* (*v. sub singulis vocibus infra; obscure* CIL IV 2599 sq. AIIIIR [*in amphoris ut* 2601 RIIIIA]. 8857 [*in pariete*] CR *et* CRM): *per* r *solam vel geminatam e. g.* ratio, recessit, recto rigore, regio, reprobo, respondet, ripa, rubrica. *adiunctis aliis litteris in formulis e. g.* i(us) r(atum)q(ue); in r(ecessu) p(edes) *tot* (*cf.* r(etro) p(edes) *tot*); u(nde) d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossit) (u(ti) q(uod) r(ecte) f(actum) e(sse) v(olet)); r(eficiendum) c(uraverunt); v(ir) r(eligiosus); i(mpensam) r(emisit); d(e) e(a) r(e) (r(es) p(ublica) [*cf. p. 2, 51*]); ante *vel* post h(anc) l(egem) r(ogatam) (ex h(ac) l(ege) n(ihilum) r(ogatur)).

**b** *vario modo*: **α** *ad locum denotandum* (*sc. in figuris, tabulis*): VITR. 9, 7, 4 usque ad lineam planitiae …, ubi erunt litterae T, R. GROM. p. 316, 13 casa per R nomen habens (*sim.* p. 329, 19). **β** *ad aliquid allegorice significandum*: GRAMM. suppl. 305, 1 r … significatur duabus virgulis; significat vetus et novum ⟨testamentum⟩. 307, 1 r: ecclesia nunc per contemplationis vitam caelestia amplectitur, nunc per actualem terrestribus occupatur. *Bl.*

**rā** (rhā) *et* ※**reu** (reo), *indecl. praeter l. 35, neutr.* (*masc. l. 37*), ῥᾶ, ῥῆον. *de origine v.* ISID. *l. 67 sqq. et cf. Amm. 22, 8, 28* Ra amnis, in cuius superciliis quaedam vegetabilis eiusdem nominis gignitur radix proficiens ad usus multiplices medellarum. *de scriptura et formis: exstant sing. nom., gen., acc. tantum, sc. maxime formis non declinatis* (*e. g. gen.* ra *l. 48. 52,* reu *e. g.* ALEX. TRALL. 2, 250. 252 sq. 270. ANTIDOT. Brux. 200 [*cod. B*; rei *Rose praeter necess.*]); *praevalet* reu *sim.* (reo THEOD. PRISC. log. 64 [*cod. V saec. IX*; reum *ed. princ., ut vid.*]. ALEX. TRALL. 2, 21 *et* 165 [*cod. Paris. saec. IX*]), *rarius occurrit* r(h)a (*v. l. 47 sqq. et cf. l. 24*); *quod autem passim sequitur attrib. vel* Ponticum *vel* (*rarius*) barbar(ic)um (*sc. praeter 3 infra*), *nomina composita intellegere possis* ra-, reu-ponticum, reubarbarum *sim., sive iunctim sive separatim in codd. scribuntur (qua in re scripturam edd. fere secuti sumus); declinatur gen.* rei *l. 56 (cf. l. 29), vix recte acc.* ram *l. 53.* *de genere: neutr. esse apparet e. g.* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 71 ALEX. TRALL. 2, 62. 67. 165; *masc.* (*cf.* reoponticus *l. 39 sq.*) ORIBAS. eup. 2, 1 *P* 2 Aa p. 500 *et* syn. 7, 15, 6 Aa p. 148 (*neutr.* La *utroque loco*). GLOSS. reoponticus: reo barbaro. reopontico: reo barbaro. reo: id est reopontico. reo: reoponticus. *legitur apud medicos et* ISID. *et in* EDICT. imp. Diocl.

*est herba quaedam medicinalis generis q. d. 'Rheum'* (*'R. ribes' L. sec. André, Les noms de plantes, 1985, 216 sq. s. vv.* reubarbarum, reum Ponticum, r(h)a Ponticum; *appellatur etiam* r(h)ecoma, radix Pontica [*Cels. 5, 23, 3$^{B}$*]; *ad rem v. Stadler, RE IA 726 sqq.*): **1** *c. attrib.* ponticum (*addas l. 64 sqq. et cf. vol. X 1, 2672, 8*): **a** *varia exempla: forma* ra (*quam testatur* DIOSC. gr. Vind. 3, 2 ῥᾶ· … Ῥωμαῖοι ῥᾶ Πόντικουμ, *sc.* καλοῦσιν. *cf. var. lect. l. 53*): EDICT. imp. Diocl. 36, 126 L. rapontici po(ndo) unum (*gr. non exstat*). MARCELL. med. 22, 31 amomi semunciam, ra ponticum semunciam: … in pila tundes *eqs.* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 71 erit quiddam aquae calidae admiscendum … ut rhaponticum. ANTIDOT. Brux. 143 ⌊reupontici (unciam) I⌋ (*del. ed.*) ra pontici cum puleio *eqs.* *forma* reu: CHIRON 839 (= 910) reuponticum p(ondo) II (rampo(n)ticum *cod. Basil. utroque loco*). THEOD. PRISC. log. 64 dabo reoponticum (reup- *var. l.; de scriptura v. Moore, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 254*). CASS. FEL. 44, 9 recipit … rei pontici *tantum.* RVF. podagr. 27 *purgant* epithimu et reuponticu, pulver, das scripulos *duo eqs.* ORIBAS. syn. 7, 15, 6 Aa p. 148 (*gr.* ῥῆον). ALEX. TRALL. 2, 165 reuponticum potui datum satis iuvat (*gr. II 195* ῥέον). 2, 270 (*gr. II 573* ῥέον Ποντικοῦ). PLIN. phys. Bamb. 82, 27 reupontico *tantum* … teris. *al.* **b** *respicitur origo* (*cf. l. 24*): DIOSC. 3, 2 p. 376, 1 de reu ponticu: reu ponticu nascitur in Vosporo (*i.* Bos-) et sic ad Grecia venit (*gr.* ῥᾶ, οἱ δὲ ῥῆον καλοῦσι κτλ.).

**2** *c. attrib.* barbar(ic)um (*cf. l. 39 bis*): ORIBAS. eup. 2, 1 *P* 2 Aa p. 500 reu: reu ponticus seu barbaricu mixtam habet temperanciam (*gr.* ῥῆον). ALEX. TRALL. 2, 68 (cod. Andecav.) intrinsecus … dant reuponticum ⌊aut barbaricum⌋ (⌊ ⌋ *om. ed. 1504; gr. II 397* τὸ ῥέον τὸ βαρβαρικόν). ISID. orig. 17, 9, 40 reubarbarum (-barus, -baro *var. ll.*) sive reuponticum (rup-, reap- *var. ll.*), illud, quod trans Danubium in solo barbarico, istud quod circa Pontum colligitur, nominatum; reu autem dictum, quod sit radix, quasi radix barbara, quasi radix pontica.

**3** *sine attrib.*: *v. l. 64. 69.*

*cf.* ?rhecoma. *Harbsmeier.*

**ra-** *v. etiam* rha-.

†**raadesi** i(d est) mala granata GLOSS. III 575, 6. *vocem gr.* ῥόα (ῥοιά) *latere suspiceris; Stadler, Arch. Lat. Lex. 13, 1904, 572* raadesi *e corruptione vocum* roa side *ortum esse putat coll. Athen. dipn. 14, 62 p. 650$^{f}$* σίδας … τὰς ῥοιὰς καλοῦσι Βοιωτοί. *Bl.*

**rab-** *v. etiam* rav-.

※**rabbī,** *gen. sg.* -ītis, *nom. et acc. pl.* -ītēs *m.* [*a gr.* ῥαββί, *quae vox originis hebr. vel aram. est et i. q. 'magister meus' significat; flexio* rabbī -ītis, *similiter atque* Dioclēs -ētis, abbās -ātis *etc., fort. flexionem* quiēs -ētis *etc. imitatur, cf. Leumann, Gramm. 1977, 460. Mei.*] *scribitur* rabi *in var. lect. l. 28. 31,* re- *l. 35 sqq.,* rha- VET. LAT. Ioh. 1, 49 (cod. 3). NOT. Tir. 6, 31$^{a}$ -i. *de notione* (*cf. maxime l. 18*): HIER. in Matth. 23, 5 l. 108 -i, quod latino sermone magister dicitur. nom. hebr. 63, 3 -i: magister meus; Syrum est (*pendent* EVCHER. instr. 2 l. 133 GLOSS.$^{L}$ V Abba RA 22).

*i. q. magister meus, dominus meus* (*appellatio est magistrorum et doctorum; vis poss. suffixi -i evanuit l. 30 et sub 2; ad rem v. e. g. Lohse, Theol. Wb. NT, VI 962 sqq.*): **1** *forma* -i (*loci vel in sacr. script. occurrunt vel inde pendent; gr. resp.* ῥαββί, *nisi aliud notavimus*): **a** *de Christo* (*cf.* rabboni): VET. LAT. Matth. 26, 49 (cod. 4. *al. et* VVLG.) *Iudas* accedens ad Iesum dixit 'have, -i' et osculatus est eum. Marc. 10, 51 *v. l. 42.* Ioh. 1, 38 (cod. 3. *al. et* VVLG.) dixerunt ei '-i', quod dicitur interpretatum ⌊magister⌋ (⌊ ⌋ *gr.* διδάσκαλε). 3, 2 (*ibid.*) -i, scimus, quia a deo venisti magister. AVG. in euang. Ioh. 44, 3 scitis '-i' quia magister est; *discipuli* magistrum appellabant, quia discere desiderabant. INSCR. christ. urb. Rom. 4114, 3 (*hexam., saec. V ex./VI in.; inter cognomina Christi*) messias, sabaoth, -i *eqs. et saepius in euang.* **b** *de aliis*: VET. LAT. Matth. 23, 7 sq. (cod. 3. *al. et* VVLG.; *Christus alloq. discipulos suos*) *scribae et Pharisaei* amant … vocari ab hominibus -i; vos autem nolite vocari -i, unus enim est magister vester (HIER. in Matth. 23, 5 l. 108. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 49, 2 velut caelestes quidam incedimus quaerentes ab hominibus v. -i [rabi *var. l.*]. AVG. epist. 166, 9. *al.*). Ioh. 3, 26 (*ibid.*) *discipuli Iohannis baptistae* dixerunt ei '-i *eqs.*'. HIER. adv. Rufin. 1, 30 l. 55 (*ironice*) videris tibi litteratulus atque -i. ORIG. in Matth. ser. 10 p. 18, 16 sq. qui diligunt '… vocari … -i' (*v. l. 25*) aut aliquid, quod simile est huic '-i' (rabi *var. l.*), utputa qui volunt vocari episcopi *eqs.* *al.*

**2** *ceterae formae*: DESCENS. Christi rec. B 1, 5 tres viros -ites Galilaeos. CIL X 3302 (= INSCR. Iud. Noy I 36; *Neapoli [?], saec. V/VI*) hic requiescit … filia rebbitis Abundanti. IX 648 (= Noy I 86; *Venusinae, saec. VI*) dixerunt tr*η*nus (*i.* θρήνους) duo apostuli et duo rebbites. GLOSS.$^{L}$ IV Plac. C 66 *cidarim* repites Iudaeorum … super caput habebant (rabbites *Hagen*).

※**rabbōnī** *m. indecl.* [*gr.* ῥαββουνί *ab hebr.* rabb-ōn-ī *'dominus meus'. Mei.*] *i. q. magister meus, dominus meus* (*compellatur Christus; cf.* rabbi): VET. LAT. Marc. 10, 51 (cod. 10. *al.* = VVLG.) caecus … dixit ei: '⌊-i⌋, ut videam' (⌊ ⌋ *gr.* ῥαββουνί, *cod. 4. al.* domine rabbi [*cf. gr. cod. D saec. V* κύριε ῥαββί], *cod. 13* rabbi). Ioh. 20, 16 (cod. 4. *al., sim. al. et* VVLG.) *Maria Magdalene* dicit ei hebraeice '-i' (*gr.* ῥαββουνί [*vel* -βων-]), quod interpretatur ⌊magister⌋ (⌊ ⌋ *gr.* διδάσκαλε, cod. 14 domine [*cf. gr. cod. D* κύριε]. *pendent* HIER. epist. 120, 5, 7 nequaquam 'dominum', sed '-i', id est magistrum, vocat. AVG. serm. 244, 2. *al.*). *Davies.*

**rabī** *v.* rabbi. **rabia** *v.* rabies. **rabidē** *v.* rabidus.

**rabidiōsus,** -a, -um. *a* rabidus *formatum sec.* rabiosus. *i. q. (admodum) rabidus: laxius -ae sunt voces saevae*: EVSEB. GALLIC. hom. 12A, 3 *Christo in tartarum descendente* carnifices … -is adacti stridoribus contabescunt (rabidiores [rap-] *var. ll.*). *strictius -us est canis rabie morbo affectus*: ORIBAS. syn. 8, 13, 2 La p. 221 (*antea*: ravidus) haec … signa mordentis canes (*i.* canis) sunt -i (rav- *cod.*): sine voce sunt *eqs.* (*gr. 8, 12, 2* λυσσῶντος).

**[rabidōsus** *v. p. 6, 43.*]

※**rabidus,** -a, -um. *a* rabere. *de origine*: PAVL. FEST. p. 272 -us a rabie, qui morbus caninus est (*sim.* PRISC. gramm. II 136, 25. 137, 15 -us, qui habet rabiem). *scribitur* rab- *e. g.* CIL IV 8873. V 7781, 9. VIII 11824, 17. ORIBAS. syn. 8, 12 tit. *et* 1 Aa p. 221 (*sed* rav- La *utrobique ut* 8, 12, 7 La p. 222, *ceterum* SVLP. SEV. dial. 3, 4, 1 [*cod. V a. 517*]), rap- *p. 18, 43.* *compar.* -ior *l. 65. 66. p. 6, 40, superl.* -issimus *p. 5, 16 et* DECL. in Catil. 41 MAR. MERC. Conc.$^{S}$ I 5 p. 21, 36. *de notione* (*cf. l. 59*): GLOSS. -us: λυσσώδης. furens. -a: furore plena. -is: furentibus. iracundis. rabi⟨di⟩orem: verbosum, multum loquentem, superbum. GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RA 41 rabula: -us. V Aa R 4 (*item* Abba RA 24) ⌊-iores⌋: multum loquaces (⌊ ⌋ '-i oris?' *ed.*). *legitur inde a* RHET. Her. *p. 5, 30,* CATVLLO, *saepe apud poetas (tamen adv. spernentes); de usu cf. p. 13, 3.*

[*confunditur in codd. saepissime cum* rapidus (*quod infra fere neglexímus; restit. e. g. p. 6, 23, e coni. vix recta e. g.* GELL. 5, 14, 18), *ceterum e. g. cum* avidus, pavidus *sim. (v. p. 5, 68. 7, 19. al.); falsa var. l. pro* trepidus VERG. Aen. 11, 300 SIL. 7, 1.]

*i. q. rabiens, furens sim.,* λυσσώδης (*pro subst. e. g. p. 5, 25. 6, 16. 36; pleonastice e. g.* furor -us *p. 5, 3. 7, 14 [cf. p. 6, 35], iuxta* furens *p. 7, 18*): **I** *vi originaria pertinet ad eum, qui morbo correptus vel vi*

[*Grossardt*]

*numinis oppressus est*: **A** *laxius, sc. c. respectu passionum variarum*: **1** *-i sunt bacchantes vel vaticinantes eorumve partes, affectus, actiones sim.*: CATVLL. 63, 38 abit in quiete molli -us furor animi, *sc. Attidis sociorumque.* VERG. Aen. 6, 80 *Apollo* fatigat os -um *Sibyllae* fera corda domans (6, 102. SEN. Oed. 561 carmen … magicum volvit et -o minax decantat ore *sacerdos.* 626). STAT. Theb. 4, 504 (*Tiresias ad umbras*) an, -o iubeat si Thessala cantu, ibitis? CLAVD. 8, 148 Cumana … intonuit rupes, -ae delubra Sibyllae. **2** *-us est phreneticus, sc. eius cor*: PROSP. carm. de ingrat. 606 -o … corde freneticus aeger morbum amat et pellit medicum.

**B** *strictius, sc. c. respectu morbi canini*: **1** *-a sunt animalia*: **a** *canes eorumve morsus*: SEN. dial. 3, 15, 2 -os effligimus canes et trucem … bovem occidimus (PLIN. nat. 8, 153 *si* castretur morsu cauda …, c. -os *non fieri. al.* APVL. met. 9, 2, 1 c. -am … furore venaticos c. invasisse. PLAC. med. 9, 4 rec. *α* [*rec. β* rabiosi]. *al.; cf.* -i c. morsus: PLIN. nat. 25, 17. *al.* HIER. adv. Iovin. 1, 7 p. 219[B] -issimae c. RVFIN. hist. mon. 30, 2, 1 [*gr. 22, 3 λυσσομανής*]. PLAC. med. 9, 8 rec. *α* [*postea*: rabiosi]. *al., e. g. p. 8, 43*). CAEL. AVR. acut. 3, 9, 100 chlamidem scissam -is morsibus (MISC. Tir. p. 53, 5). *al.* **b** *cetera*: PELAGON. 407 potio ad equum -um (*cod. Eins.* rabiosum; *cf. Hippiatr. gr. I p. 350, 2 λυσσῶντι*). CAEL. AVR. acut. 3, 9, 99 *v. p. 8, 48.* VEN. FORT. vita Germ. 24 *quidam* impetu lupi -i laceratus extra sensum effectus.

**2** *-i sunt homines*: PLIN. nat. 29, 100 *vermiculus canum* datur morsis a rabioso, ne -i fiant. RVFIN. hist. mon. 31, 20 (*19* rabiem patiens) curatus est -us. ORIBAS. syn. 8, 12, 7 La p. 222 *homo* -us iam factus.

**II** *vi deflexa pertinet ad habitum animi vehementiā saevitiāque modum excedentem*: **A** *proprie, sc. c. respectu animantium; spectat potius ad*: **1** *proprietatem animi ingenitam*: **a** *-a sunt animalia ferocia (etiam fabulosa; provocata v. sub 2a) eorumve animi, partes sim.* (canum vis *l. 39; cf. p. 83, 10sqq.*): RHET. Her. 4, 49, 62 (*in compar.*) qui … per forum … tamquam … draco serpit dentibus aduncis …, spiritu -o. VERG. georg. 2, 151 *in Italia* -ae tigres absunt (IVV. 15, 163 MAXIM. eleg. 5, 145. *cf. l. 44. 46*). HOR. ars 393 Orpheus dictus … lenire tigris -osque leones (STAT. Theb. 7, 530 viros … pectoris inpulsu ⌊-i⌋ stravere ⌊l.⌋ [*si sic iungendum*]. *al.; cf.* SIL. 10, 126 -i … catuli *leaenae.* STAT. Theb. 4, 834 -i … monstri, *i. leonis Nemeaei*). OV. am. 3, 12, 22 (= ars 1, 332) pube premit -os inguinibusque canes (*Scylla ut*: SEN. Med. 351 [*addasne iam* LVCR. *p. 83, 14?*]. *ceterum*: APVL. met. 8, 17, 1 c. -os et … lupis et ursis saeviores. *cf.* STAT. Theb. 1, 625 -am … canum vim). ars 3, 8 quid … -ae tradis ovile lupae? (*cf.* lupus -us: STAT. Theb. 10, 42 AVG. serm. 316, 4. *al., cf. l. 47*). SEN. Herc. O. 1213 cupit … -ae … necem debere ferae (SIL. 8, 638 STAT. Theb. 8, 71. *al., cf. l. 43*). dial. 5, 30, 1 quae *animalia* natura fera ac -a sunt *eqs.* LVCAN. 10, 446 *fera* frangit -os … dentes (MART. epigr. 18, 3 [*de tigride*]). SIL. 3, 312 -as effervescente veneno dipsadas. *al.* STAT. Theb. 10, 823 sedit ⌊-i⌋ feritasque famesque oris, *sc. tigridis* ([⌊ ⌋ *Vollmer,* rap- *vel* rabies *codd.*]. HIER. epist. 9, 3 *lynces* praedam … -o … ore dilaniant. PRVD. cath. 3, 159 *lupus* -um … os cohibet). *al.* **b** *-i sunt homines eorumve mores* (coetus *l. 53*): OV. ars 3, 501 pertinet ad faciem -os compescere mores (*cf. 502* decet ira feras). SEN. Thy. 254 (*satelles Atreo*) quid novi -us struis? (*item respic. dominus sim.*: STAT. silv. 2, 7, 100 -i nefas tyranni. AMM. 29, 1, 39 vitam ut dominam fugitans -am *Simonides*). STAT. Theb. 2, 81 qualia … -o convivia coetu Bistones … ponunt. **c** *-i sunt daemones, diabolus eorumve partes*: LVCAN. 7, 145 Phlegrā -os tollente gigantas. VAL. FL. 4, 104 quales Aetnaeis -i Cyclopes in antris … servant freta. STAT. Theb. 1, 459 (*loq. Tydeus*) sunt et -is iura insita monstris. 1, 477 perhibent … Oresten opposito -am Pylade vitasse Megaeram. HIER. epist. 14, 8, 3 inoboediens … eiectus de ecclesia -o daemonum ore discerpitur (ANON. in I Cor. 024a -o d. ore lacerandum). PRVD. apoth. 401 audiat *gens surda* …, quod -us clamat capta inter viscera daemon. SVLP. SEV. Mart. 17, 1 *nequam spiritus* in advenientes -is dentibus saeviebat. EPIST. pontif. 322 Aug. epist. 182, 7 *ne* extra ovile remanentes … hostis -is faucibus gluttiantur. *al.*

**2** *affectum animi causa quadam provocatum* (*ipsos affectus v. p. 7, 2*): **a** *-a sunt animalia*: VERG. Aen. 7, 493 *cervum* -ae venantis Iuli commovere canes (OV. ars 2, 374 -os cum rotat … c. *aper.* SEN. Oed. 932 vel feras … vel -os c. dial. 3, 1, 6 -arum c. tristis aspectus est [*postea*: simul ira invasit, novae feritatis accessio]. *al.*). SEN. Phaedr. 1070 *qua equos Hippolyti* -os pavidus evexit furor, hac ire pergunt (pavidos rapidus *var. l.*). PLIN. nat. 8, 27 domantur … -i *elephanti* fame et verberibus. SIL. 7, 359 obsessis naribus igni luctantur frustra -i mugire iuvenci. 16, 9 *taurus* irato -us cornu. APVL. met. 8, 15, 6 lupos … vesana fame -os. *al.*

**b** *-i sunt homines* (*dea p. 6, 32, furia l. 74. p. 6, 4*) *nimio affectu rabientes*: **α** *usu communi*: (I) *c. respectu dicendi -a est eorum vox, os sim.*: VERG. Aen. 7, 451 *Allecto* -o … haec addidit ore (CORIPP. Ioh. 4, 332 ⌊-o⌋ … intonat ore *dux* [⌊ ⌋ *Petschenig,* rap- *cod. et Cazzaniga, Riv. Fil. Class. 100, 1972, 57*]. *aliter l. 25*). PROP. 3, 8, 11 mulier ⌊-ā⌋ iactat convicia linguā (⌊ ⌋ *Scaliger,* gravida *codd.*). SEN. dial. 3, 16, 5 leni magis gravique quam -a voce concipiam *verba in tribunali* (CLAVD. 3, 44 -is patefecit v. iram *Allecto* [*cf. p. 5, 74*]. 26, 520. *al., e. g. l. 10; cf.* SEN. dial. 4, 35, 3 -a vocis eruptio). VAL. FL. 4, 239 insequitur -oque ita murmure terret *Amycus Pollucem.* STAT. Theb. 5, 96 *mulier* desertam -is clamoribus urbem exagitat (8, 632 SER. med. 256. HIER. vita Malchi 9, 8 [valido *var. l.; gr.* κράζων … ἐμβριθῶς]). silv. 5, 1, 22 iniustos -is pulsare querelis caelicolas solamen erat *vidui cuiusdam* (*inde* IVVENC. 3, 172 -ae caelum pulsans vesania vocis). GELL. 19, 9, 7 qui *rhetor* … facundia -a iurgiosaque esset. CYPR. zel. 8 verba -a, effrenata convicia. *al.* (II) *vario respectu -i sunt homines ipsi eorumve mens, partes, actiones*: SEN. Ag. 708 *Hecuba* induit vultus feros, circa ruinas -a latravit suas. dial. 3, 12, 5 defensorem … providentem, non inpulsum et -um. epist. 83, 26 *homines* difficiles … faciunt diutini morbi et ad minimam -os offensionem (radios *codd.; cf.* SER. med. 786 quidam -us morbo, *i. podagra* [grav- *Baehrens*]). CIL IV 8873 (*graphio scriptum*) tibicina nempe ego …, sum rabid(a) (*fort. respic. libido; cf.* APVL. met. 10, 22, 4 *mulier* accedens … nisu -o *asino inhaerebat*). VAL. FL. 2, 133 -as dolor undique matres *Lemnias* instimulet. SIL. 2, 472 -i ieiunia ventris insolitis adigunt vesci *Saguntinos obsessos* (*sim. de partibus fame furentibus*: RVFIN. hist. 1, 8, 6 *aviditatem cibi non* satiare … -is incitata faucibus valebat ingluvies *Herodis* [*cf. p. 81, 46sqq.*]). 10, 357 exercent -am … insomnia mentem *Hannibalis.* 11, 87 *Torquatum* -um (*edd.,* rap- *codd.*) … palmasque virorum intentantem oculis. MART. 6, 64, 27 *ne* -o … ore … nasum vivi temptaveris ursi (SIDON. epist. 3, 13, 4 *homo* -o … ore spirans caenum. *aliter p. 5, 74*). CLAVD. 17, 219 -as (rap-, rabies *var. ll.*) *non* suffundit sanguine venas *consulis iudicantis.* MART. CAP. 8, 809 (*poeta ad Saturam*) -o fervebas cerebrosa motu ac me … increpabas. *al.*

**β** *c. acumine quodam in sermone eius, qui accusat, vituperat*: (I) *quemlibet*: SEN. Herc. f. 397 (*Lycus Megarae*) agedum efferatas -a voces amove. VAL. FL. 5, 626 (*Mars Iovi*) -am qui Pallada caelo non abigis neque femineis ius obicis ausis. (II) *haereticos, paganos sim. (eorum os l. 35): varia exempla*: HIL. trin. 5, 38 (*in imag.*) *individuam divinitatem* -o vesaniae suae ore concerpat *furor haereticus* (HIER. epist. 54, 5, 3. *al.*). OPTAT. 2, 17, 1 *Donatistae,* venistis -i … membra laniantes ecclesiae. 6, 8, 1 *homines a Donatistis seducti* ex ovibus … facti sunt vulpes …, ex patientibus -i. PS. AMBR. laps. virg. 3 a -is … hominibus nomen … laceratum est sanctitatis. PRVD. tituli 35 cum peccatores -os … freta *rubra* mergant. AVG. civ. 3, 23 p. 135, 23 -iores istos *inimicos* quam sua illi animalia pateremur. *al.* *in iunctura* canes -i (*vix spectat ad IB*): LVCIF. Athan. 1, 34 l. 19 (*ad Constantium*) *metuis,* ne vos lupos Arrianos rapaces, c. -os (-dosos *ed. princ.*) atque antichristos esse … manifestemus. HIER. epist. 33, 5 non propter haeresim, ut nunc adversum eum *Origenem* -i c. simulant, sed *eqs.* (*inde* RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 24). vir. ill. praef. 7 Celsus, Porphyrius, Iulianus, -i adversum Christum c. VINCENT. LER. comm. 13, 1 *haec haeretici.* adversus catholicam fidem -i c. latrant. *al.*

**B** *transfertur ad nimiam saevitiam rerum*: **1** *naturalium; respiciuntur*: **a** *aquae, aestus* (*et inde cautes vel ora maritima l. 55. 57; cf. p. 82, 29sqq.*): PANEG. in Mess. 72 cum … -as inter fera *Scylla* serperet undas (*sed 193 legendum vid.* rap-, *v. p. 82, 54*). SEN. Herc. O. 552 *Iuppiter* -um mare taurus … scidit (SER. med. 85. ASTER. ad Renat. 5 [rub- *cod.*]). Thy. 361 saevo -us freto ventosi tumor Hadriae. LVCAN. 6, 66 qui tutus … -um nescit latrare Pelorum. VAL. FL. 4, 583 cum … -i steterint in gurgite montes *Symplegades* (*aliter, sc. de undis*: IVVENC. 2, 29 ad caelum -os sustollere m.). SIL. 15, 784 -i ceu belua ponti … aestuat (AVIEN. Arat. 676). STAT. silv. 3, 2, 85 Lucani -a ora maris. CE 893, 9 (*e Liguria; post a. 354*) -os contra fluctus gentesque nefandas … murum … opposuit (PRVD. c. Symm. 1 praef. 50 AVG. c. Cresc. 4, 24, 31 c. Petil. 1, 10, 11 DRAC. Romul. 5, 73). PRVD. cath. 5, 85 pontum -is aestibus invium (ARATOR act. 2, 1128. *aliter l. 67*). perist. 11, 71 -um … per aequor. DRAC. Orest. 355 pelagus -um ([*Vollmer,* rap-, ravidus *codd.*]. Romul. 8, 405). **b** *sidera eorumve ardor sim.* (*cf. p. 84, 31sqq.*): GERM. 611 redit in caelum … Sirius ipse totiusque Canis -i vestigia prima (*gr. 595* αἰθομένοιο). STAT. Theb. 4, 783 -i sub limite Cancri. CE 1238, 13 (*e prov. Byzacena; saec. fere III*) bis senas messes -o sub sole totondi. AVSON. 27, 24 (417 S.), 89 ut … -os … per aestus aspirent … frigus subtile Aquilones. **c** *venti sim.* (*cf. p. 83, 32sqq.*): SEN. Ag. 484 -us ora Corus Oceano exerens (CLAVD. 12, 42). LVCAN. 6, 27 -o cum tollitur austro *mare Ionicum.* AMM. 16, 10, 3 anhelante -o flatu ventorum (26, 10, 19). AVIAN. fab. 16, 13 (*harundo ad quercum*) tu -os … ventos saevasque procellas. DRAC. laud. dei 1, 708 *deus* frenat -as in tempestate procellas (2, 159 Romul. 8, 431. 10, 39 -as [*Duhn,* tab- *codd.*]. ARATOR act. 2, 1084). *al.* *de vento longavonis*: CHIRON 214 ex qua praeclusione[m] magis ventus, quo minus exeundi vadum fit, -us increscit.

*[Grossardt]*

**2** *variarum (quae artius ad animantes pertinent, v. sub A); respiciuntur*: **a** *ipsi affectus sim.* (*mores v. p. 5, 49; per prosopop. l. 8*): VERG. Aen. 6, 421 *Cerberus* fame -ā tria guttura pandens (*cf. p. 5, 71. 6, 21*). OV. met. 7, 413 *Cerberus* -a ... concitus ira (STAT. Theb. 3, 96 CARM. de Macc. 152 SEDVL. carm. pasch. 3, 40 BOETH. cons. 3 carm. 2, 16. *al.; cf. l. 10*). SEN. Herc. O. 1077 *Tantalus* excussit -am sitim (*sc. bibendi; aliter*: PRVD. perist. 14, 102 argenti et auri vim -ā s. cunctis petitam. SALV. gub. 4, 74). Oed. 1060 (*loq. Iocasta*) Macies ... et atra Pestis et -us Dolor, mecum ite (STAT. Theb. 6, 83 -um ... exsaturare d. PS. QVINT. decl. 16, 8). dial. 3, 1, 1 *hunc* adfectum, *i. iram,* ... taetrum ac -um (5, 16, 2 huius *a.* ... -i atque effreni). epist. 99, 24 sic ferae suos diligunt, quarum concitatus est amor et paene -us. STAT. Theb. 11, 673 horruit *Oedipus* instinctu -o steteruntque ... comae. IVV. 6, 428 *vinum* ducitur ante cibum, -am facturus orexin. CE 904, 6 (*post a. 166*) quem *martyrem* -us misit ad astra furor *principis* (ANTH. 487a, 7 IVVENC. 2, 48 HIL. coll. antiar. p. 127, 1 OPTAT. 2, 15, 1). SER. med. 767 quaenam sunt -ae medicamina digna podagrae? ARNOB. nat. 3, 10 *deos* cupiditatibus -is ire in mutuas complexiones. 6, 3 p. 310, 3 -os adpetitus. LACT. inst. 5, 5, 6 -a et furens avaritia. PS. AVR. VICT. epit. 23, 6 indomitae -aeque libidinis (avideque *var. l.*). AVG. civ. 22, 22 p. 607, 1 -a esuries. *al.* **b** *bella, tumultus sim.*: SIL. 7, 253 his dictis fractus furor et -a arma quierunt. 16, 409 quinam hic -i certaminis *equorum* est mos? PRVD. ham. 362 *non* equum vesania ... circi auctorem levitatis habet -ive fragoris. AVG. civ. 3, 18 p. 126, 31 cum ... miseri homines ipsa -a bella ... agerent. ARATOR act. 2, 915 -o ... tumultu conclamant *Iudaei eqs.* (*cf. p. 85, 21*). *al.*

*adv.* **rabidē.** *compar.* -ius *l. 34.* [*confunditur c.* rapide *l. 33. 42.*] *i. q. modo rabido, sc. affectibus indomitis, modum excedentibus sim. (cf. l. 2 sqq.; saepius iungitur c.* saevire; *passim c. acumine quodam, cf. p. 6, 30 sqq.); c. respectu*: **1** *nimiae cupiditatis, libidinis sim.*: CIC. Tusc. 5, 16 illum, quem libidinibus ... furentem videmus, omnia -e adpetentem ..., nonne ... miserrimum dixeris? ARNOB. nat. 7, 6 obiectari moris est escas, in quas -e saeviant (*animalia ut*: LACT. inst. 3, 8, 7 cum feminas tam -e [rap- *var. l.*] consectantur, ut vix divelli queant). AVG. mor. Manich. 14, 31 quae *gula* his rebus, *i. carne vinoque,* solet -ius immoderatiusque raptari. **2** *nimiae crudelitatis, saevitiae sim.*: LACT. inst. 5, 12, 1 carnificinas ... tyrannorum adversus innocentes -e saevientium (*inde* LVCIF. moriend. 6 l. 48 qui in innocentes tam -e saevis). AVG. adv. Don. 19, 25 p. 125, 4 o furoris tenebras ... contra nos -e litigantes! mor. eccl. 23, 42 in quod *vetus testamentum* illi *Manichaei* -e saeviunt. in psalm. 85, 16 *si* quis inimicus tuus et -e saeviens deposita illa rabie factus est mitis et agnovit deum. VEN. FORT. Mart. 4, 596 (*in imag.*) quem *peccatorem* -e (rap- *var. l.*) circum sua crimina latrant.

*deriv.*: rabidiosus.

※**rabiēs**, -ēī *f. et* rabia, -ae *f.* (*v. l. 52 sq.*). [*a* rabere, *ut* scabiēs *a* scabere, *cf. Leumann, Gramm. 1977, 285; praeter* -s *exstat* rabia, *unde* rabiare. *Mei.*] *scribitur* rab- *in codd. vet.* TER. Eun. 301 (*A*). LIV. 28, 21, 9 (*P*). 45, 26, 7 (*V*), rap- *non nisi in recc., e. g.* SEN. clem. 1, 12, 4 STAT. Theb. 10, 289, rav- CIL III 6037 (*saec. V/VI*). SVLP. SEV. dial. 1, 25, 1 (*cod. V a. 517*). NOT. Tir. 71, 99 -s. *genus fem. testantur* CHAR. gramm. p. 33, 9 DIOM. gramm. I 327, 21. *al.* *de formis: inter voces decl.* V*ae* *affert* PS. ASPER gramm. suppl. 45, 2, *sed cf.* SERV. auct. Aen. 1, 200 '-em' ... secundum antiquos dictum ...; nam '-am' dici adfirmant (-a *exhibent* COMMENT. Lucan. 7, 470 GLOSS.; *cf. l. 62 sqq.*); *gen. sing.* -es LVCR. 4, 1083, -ei (*formam testatur e. g.* CHAR. gramm. p. 46, 2) ?COLVM. *p. 9, 2.* CASSIAN. inst. 7, 24 PETR. CHRYS. serm. 116, 5. *al., dat.* -e *fort. p. 8, 44; inter singularia tantum afferunt e. g.* CHAR. *et* DIOM. *l. 49 sq., sed exstat acc. plur.* -es DRAC. *p. 10, 74* (*vix nom. plur. p. 9, 25*). *de notione* (*cf. p. 4, 58*): CHAR. gramm. p. 33, 9 -s: ἡ λύσσα (*item* p. 46, 2 GLOSS.). SYNON. Cic. p. 415, 9 arma. ... strepitus. -s. furor *eqs.* GLOSS. -s: furor, insania. furor vel iracundia. *al.* GLOSS.[L] I Ansil. RA 16 -e: indignatione. 18 sq. -em: asperitatem. velocitatem. 21 -s: fervor. *al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, TER., *in orat. soluta inde a* CIC., SALL. [*it.* rabbia (*unde it. sept. et centr.* rabbia *'locus, ubi torrens se devolvit', item hisp.* rabión), *comel.* réba *'incubus', sic. vet.* raia, *francog.* rage, *prov.* (*et* ragi), *cat., hisp.* rabia, *port.* raiva. *cf. M.-L. 6980 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 3188. Cortelazzo-Zolli² 1302. Wartburg X 8 sqq. Coromines VII 23 sq. Corominas-Pascual IV 743 sq. Machado³ V 33 sq. Schd.*] [*falsa var. l.* STAT. Theb. 10, 823 CLAVD. 17, 219; *restit.* VAL. FL. 7, 125 PS. QVINT. decl. 14, 10; *e coni. dub.* PLIN. nat. 25, 35 SIL. 12, 669.]

*significatur status eius, qui animi sui compos prorsus non est (videtur), fere i. q.* λύσσα, *furor sim.* (*iuxta ponitur e. g.* crudelitas *p. 9, 19,* furiae *p. 9, 23,* furor *p. 8, 72. 9, 19. 36. 10, 23. 60,* insania *p. 8, 41. 11, 53,* ira *p. 9, 15 sq. 18. 10, 28. 73,* saevitia *p. 9, 19; meton. v. p. 8, 10. 11, 38 sqq., per prosopop. p. 11, 57*): **I** *vi originaria respicitur animus morbo correptus vel vi numinis oppressus*: **A** *usu laxiore pertinet ad varias passiones*: **1** *morbum comitialem*: PLAVT. Capt. 558 gliscit -s, cave tibi (*cf. 550* isti qui sputatur morbus interdum venit, *ceterum infra p. 13, 39; ad rem v. Plin. nat. 10, 69. 28, 35*).

**2** *furorem bacchantis vel vaticinantis* (*afficiuntur* corda *l. 8; meton. l. 10*): AFRAN. com. 8 postquam adripuit -s ... augurem, ... terram ... tremere. CATVLL. 63, 4 stimulatus ibi furenti -e *se castravit* (*Attis ut*: 63, 44 rapida sine -e ... sua facta recoluit [*opp. 46* liquida ... mente]. 63, 57). VERG. Aen. 6, 49 -e fera corda *Sibyllae* tument; ... adflata est numine ... dei. LVCAN. 5, 210 perstat -s *vatis.* CLAVD. 20, 526 Thebas ... reversae Maenades ... -em desisse dolent. *meton. de ipsa spuma*: LVCAN. 5, 190 spumea ... -s vesana per ora *virginis* effluit.

**3** *delirationem mentis, phrenesin* (*afficitur* mens *l. 21,* cerebrum *l. 26*): **a** *proprie*: *in fabulis de -e a diis imposita*: OV. met. 4, 503 attulerat *Tisiphone ad venenum parandum* ... oblivia mentis ... -emque et caedis amorem. VITR. 8, 3, 21 quod ... Melampus sacrificiis purgavisset -em Proeti filiarum restituissetque ... mentes in pristinam sanitatem (*vertitur gr.* λύσσης *ex epigr. postea allato*). SEN. Herc. O. 807 vulgus antiquam putat -em redisse *Herculis.* *exempla cetera*: SEN. dial. 5, 26, 1 quare fers aegri -em et phrenetici verba? COD. Iust. 6, 22, 2 pr. (*a. 290*) *si quis* aliqua furoris -e constrictus se praecipitem dedit. LACT. mort. pers. 49, 4 *Maximinus propter venenum* insustentabili dolore usque ad -em mentis elatus est. *al.* **b** *hyperbolice et conviciose* (*cf. p. 10, 5*): SIL. 7, 546 (*loq. filius Fabii Cunctatoris*) *Romani* piabunt erroris -em et nostrum violasse parentem. COD. Theod. 9, 40, 17 *ut Eutropius in exilium missus* nequeat suarum cogitationum -e cuncta miscere. RVT. NAM. 1, 445 quaenam perversi -s tam stulta cerebri *in monachis*? (*448* nigro viscera felle tument).

**B** *usu strictiore pertinet ad morbum caninum, in quem morsu aliove contactu etiam homines incidunt, ita ut hydrophobiam patiantur* (*cf. p. 4, 58*): **1** *proprie afficiuntur*: **a** *animalia*: *canes* (*v. etiam sub b*): VERG. georg. 3, 496 *peste* canibus blandis -s venit. GRATT. 383 *valet* pluruma per catulos -s invictaque *letalis est* (*387* pestis). COLVM. 7, 12, 10 *canibus liquor coctae fabae* fervens -em creat. 7, 12, 14 *castrando catulorum caudas* -s arcetur, letifer morbus huic generi (*inde* PLIN. *p. 5, 13*). PLIN. nat. 8, 152 -s canum Sirio ardente homini pestifera ..., ita morsis letali aquae metu. *al.* VAL. FL. 7, 125 aegra novā iam peste canis ⌞-eque⌟ futurā (*edd.,* rapique *codd.*). *al.* *cetera*: COLVM. 8, 17, 2 si -e vexantur *murenae,* quod huic generi velut canino solet accidere *eqs.* (*aliter p. 9, 39*). APVL. met. 9, 2, 3 venenatis morsibus *canis rabidae* cont[r]acta nonnulla iumenta efferari simili -e. 9, 2, 6 pestilentiae letalis pervicaci -e ... peresus (*respic. Lucius asinus ut*: 9, 3, 4 noxiam -em). PELAGON. capp. 29 de -e vel ... de insania equi *eqs.* CHIRON 280 (*inde* VEG. mulom. 2, 11, 1) si in -em conversus fuerit *iumentum, eqs.* CAEL. AVR. acut. 3, 9, 99 *causa hydrophobiae* est canis rabidi morsus vel ... *eorum* animalium, quae sint simili -e obnoxia, ut luporum, ursorum *eqs.* *al.* **b** *homines*: PLIN. nat. 24, 95 *alysson frutex* a cane morsos -em sentire non patitur. RVFIN. hist. mon. 30, 2, 1 qui *adolescens* morsu canis rabidi ictus in -em est (*gr. 22, 3* παῖδα λυσσῶντα). AVG. civ. 22, 22 p. 606, 2 a -e, quae contingit ex rabido cane. CAEL. AVR. acut. 3, 9, 99 (*antea l. 43*) alii rabidi animalis unguibus laesi in -em devenerunt. *al.* *in versione prava*: EPIPHAN. Avell. 244, 11 *sucus quidam* medetur his, qui aquosa -e tenentur et qui ... vehementer insaniunt (*cf. Migne gr. 43, 296B* πρὸς ὑδρωπας καὶ τοὺς ... μαραινομένους).

**2** *in compar. vel imag. de aviditate saeviendi, quae tamquam morbi contagio late diffunditur* (*exempla certiora*): SALL. or. Lep. 19 illa ..., quae -e contracta toleravimus, manus conserentis inter se Romanos exercitus *eqs.* or. Phil. 9 licentiam scelerum quasi -em ad integros contactu procedere. LIV. 4, 9, 10 velut contacta civitate -e duorum iuvenum *amore furentium.* 21, 48, 3 *Gallos* contactos ... eo scelere velut iniecta -e. 28, 34, 4 fatalem -em temporis eius ..., cum velut contagione quadam pestifera ... castra ... insanierint (AMM. 31, 10, 1 quae t. -s ... progrediens late serpebat). AMM. 28, 2, 10 per Gallias latrociniorum -s saeva scatebat in perniciem multorum.

**II** *vi deflexa respiciuntur mores, sc. de habitu animi, qui vehementiā saevitiāque modum excedit*: **A** *proprie, sc. de ipso habitu animi; respicitur potius*: **1** *affectus animi causa quadam provocatus (exempla selecta inde a* SEN. *philos.); pertinet ad nimietatem*: **a** *libidinis, salacitatis*: **α** *hominum*: TER. Eun. 301 (*298* de amore loquitur) ludum ... dices fuisse illum alterum *filium amantem,* praeut huius -s quae dabit (DON. *ad l.* 5 non libidinem in sese, sed quandam -em ... in venerios appetitus). LVCR. 4, 1083 stimuli subsunt ..., -es unde illaec germina surgunt (*1077* ardor amantum). 4, 1117 redit -s eadem et furor ille revisit. HOR. epod. 12, 9 indomitam properat -em sedare *vetula.* PRVD. perist. 13, 25 luxuriae, *sc. adulterii,* -em tantae cohibet ... Christus. PALLAD. hist. mon. I 38, 5 p. 310A a voluntate -ei ipsius *mulieris* separari (*gr. p. 117, 15* λυττώσης). **β** *animalium*: COLVM. 6, 35, 1

[Grossardt]

equarum nota -s, ut cum in aqua imaginem suam viderint, amore inani capiantur …; eius ⌊vero -ei⌋ signa sunt *eqs.* (⌊ ⌋ *v. app. crit.*). Plin. nat. 8, 112 *cervi* mares relicti -e libidinis saeviunt. 10, 181 *suum* -s … aceto mitigatur naturae, *i. genitalibus,* adsperso. 28, 181 *ut* admotos mares equos ad -em coitūs agat *hippomanes.* 28, 198 (*si recte huc*) -em hircorum, si mulceatur barba, mitigari. *al.*

**b** *irae, odii sim. (plus est quam* odium *l. 17; -s fit e nugis e. g. l. 19); -s saevit*: **α** *quolibet modo*: Ⓘ *usu communi pertinet ad*: Ⓐ *homines* (*deam l. 12; cf. p. 10, 20*): Cic. Tusc. 4, 53 *bellatores aliosque nihil* sine -e … fortiter facere posse? (*cf. 52 non* desiderat fortitudo … iracundiam). Hor. sat. 2, 3, 323 horrendam -em *tuam* (*sc. Horatii; cf. epist. 1, 20, 25* irasci celerem). carm. 1, 15, 12 galeam Pallas et aegida currusque et -em parat. Ov. met. 3, 567 inritatur … retenta et crescit -s *Penthei.* Ib. 231 perbibit inde, *sc. lacte canino,* suae -em nutricis alumnus, latrat et in toto verba canina foro. Liv. 6, 33, 4 ira et -s Latinorum … eo erupit, ut *eqs.* 8, 30, 1 *incerti auspicii* vitium … in -em atque iras imperatorum vertit. Sen. clem. 1, 12, 4 ignarus *tyrannus,* quanta -s (*edd.,* rapies *trad.*) oriatur, ubi supra modum odia creverunt. dial. 4, 12, 6 effugere … iram et cum illa -em, saevitiam, crudelitatem, furorem *eqs.* 4, 25, 3 cur tussis alicuius aut sternutamentum … in -em agat? Cvrt. 4, 4, 17 *in tot armatis* occidendis defecerat -s (*Alexandri ut*: 4, 6, 29 ira[m] … vertit in -em [*sim.* 10, 4, 2]). Petron. 139, 5 *vix* posse fieri, ut -s irascentis *domini* sine verbere consideret (Epigr. Bob. 26, 24 d. furias ac -em). Sil. 1, 70 -em in fines Italum … addiderat puero *Hannibali* patrius furor (*eiusdem -s respic.* 11, 224. 12, 430). *al.; nota plur. verbi per synesin*: Ivvenc. 3, 720 colonorum -s hos *famulos* … proterrent (*spectat ad Matth. 21, 35*). Ⓑ *animalia: canes* (*cf. l. 14*): Lvcr. 5, 1065 longe alio sonitu -⟨s re⟩stricta (*v. app. crit.*) *canum frementium* minatur. Verg. Aen. 7, 479 subitam canibus -em … obicit *Allecto* (Clavd. Don. *ad loc.* p. 71, 29 ad naturalem -em canum … nocitura Furia adiecit augmentum). Apvl. met. 4, 3, 6 ad me, *i. asinum,* laniandum -e perciti *canes* (*sim.* 9, 36, 5 furiosa -e conciti). *al.* *quaelibet*: Ov. met. 15, 521 *Hippolyti* vires … -s *non* superasset equorum, ni *eqs.* (*517* turbantur). Liv. 26, 13, 12 feras bestias caeco impetu ac -e concitatas **(***sim. respic. -s ferarum*: Sen. dial. 3, 3, 4 impetus habent f., -em, feritatem, incursum *eqs.* 6, 7, 2. Lvcan. 4, 240 *cruoris sapore* redeunt -sque furorque [*242* ira]**)**. Cvrt. 8, 14, 33 belua, *i. elephantus,* instincta -e … invehebatur. Mela 3, 43 -em appropinquantium *tigrium catulis orbarum.* Plin. nat. 8, 52 *leonem* in -em agente … lascivia simiarum. 8, 68 -em et ipsae *cameli* sentiunt. 9, 77 aceti gustu … eas *murenas* in -em agi (*aliter p. 8, 37*). 11, 172 *sanguinis sapor* invitat ad -em *leones felesque.* Val. Fl. 7, 65 (*loq. Aeetes*) *tauris* -em … nostra senectus … dedit. *al.*

(II) *c. acumine quodam in sermone eius, qui accusat, vituperat*: Ⓐ *bellum, discordiam civilem* (*in imag. l. 45. 48*): Hor. carm. 3, 24, 26 impias caedis et -em tollere civicam (*cf. -s civilis*: Lvcan. 6, 63 aestuat … -s c. Tac. hist. 3, 80, 2). Liv. 3, 66, 4 (*in imag.*) occaecatos lupos, *sc. Romanos,* intestina -e opprimendi occasionem esse. 45, 26, 7 q⟨uae⟩ vos -s … agitat, *cives,* qui *civitatem in discrimen vocatis*? *al.* Germ. 112 (*in imag.*) *aetate aurea* nondum vesanos -s nudaverat ensis. Vell. 2, 125, 1 -e[m] qua[n]dam et … confundendi omnia cupiditate. Octavia 784 (*781* furor populi) *non* cedit metu concepta -s temere, sed vires capit. Lvcan. 5, 359 quibus haec *militum* -s auctoribus arsit. 7, 51. *al.* *accedit gen. explic.*: Lvcan. 5, 262 discedere … a -e scelerum. Sil. 4, 351 exoritur -s caedum ac vix tela furori sufficiunt. 5, 394 clamor *pugnantium* … fert belli -em ad superos (*aliter p. 11, 29*). Stat. Theb. 4, 361 Boeotis urbibus ultrix adspirat ferri -s. Amm. 16, 12, 2 barbara feritate certaminum -em undique concitante. *al.* Ⓑ *persecutionem Christianorum*: Arnob. nat. 3, 36 quin ira et -e concitati ignes, feras et gladios … postularetis. Lact. inst. 5, 11, 7. Ivvenc. 2, 485 despicite illorum -em, qui corpora vestra prosternent ferro (*spectat ad Matth. 10, 28*). Rvfin. hist. 2, 22, 8 eius *Neronis* … saevitiae -s **(**[*gr.* τόλμας]. *sim. accedit gen. explic.*: 10, 8, 14 in episcopos … -em crudelitatis extendit *Licinius* [*gr.* μανίας]**)**. 6, 3, 3 Aquila … Aegypto praesidente persecutionum -s increscebat ([*gr.* διωγμός, *ut* 9, 4, 2]. Sacr. Leon. 837 -em diabolicae p.). Avg. conf. 9, 7, 16 -em femineam, sed regiam. Petil. Aug. c. Petil. 2, 73, 163 lupinam -em vos implestis (*i. ad finem perduxistis*), qui non aliter ecclesiis insidias facitis … quam lupi. *al.*

**β** *dicendo, scribendo* (*saepe c. acumine quodam*): Ⓘ *vario respectu*: Hor. epist. 2, 1, 149 saevos apertam in -em coepit verti iocus (*145* Fescennina … licentia). ars 79 Archilochum proprio -s armavit iambo. Vell. 2, 64, 3 *tribunus quidam* ⌊continua⌋ -e lacerabat Antonium (⌊ ⌋ canina *Ruhnken*). Plin. nat. 29, 9 *medicum quendam* -e quadam in omnis aevi medicos perorantem. Stat. silv. 3, 5, 87 nulla foro -s aut strictae in iurgia leges (*sim. respici vid. causae forenses*: Cypr. ad Donat. 10 saevit invicem discordantium -s. *cf. l. 14*). Ps. Cic. in Sall. 9 quod ista inusitata -e … in filiam meam invasisti. Anth. 412, 10 (*in poetam quendam*) in … tuam -em publica musa furit. *al.* *accedit gen. rei incorp.*: Apvl. flor. 7, 11 quae … facilior res quam *linguae* -s et vilitas morum? (Avson. 12, 25 [242 S.], 4). Porph. Hor. sat. 1, 7, 7 fuit … in -e orationis amarus Persius. Ivvenc. 2, 629 profana *verborum* -e (Hier. in Zach. lib. 3 praef. l. 24). (II) *c. respectu haereticorum veritatem impugnantium* (*saepe iuxta* latrare *sim.; vix cogites de delirantibus, ut spectet ad IA3*): Cypr. Demetr. 1, 2 facilius esset … maris concitos fluctus clamoribus retundere quam tuam -em tractatibus coercere. epist. 59, 2, 3 haeretici … venenatam -em suam cotidie … testantur. Hil. in Matth. 6, 1 ‘canes’ … de oblatrandi adversus deum -e gentes sunt nuncupatae (*spectat ad Matth. 7, 6*). Hier. epist. 16, 2, 2 Arriana -s fremit. tract. in Marc. p. 320, 8 *Porphyrius* multis voluminibus -em suam evomuit. Prvd. apoth. 981 latranti *Manicheo* obsistit Mattheus -emque refellit. *al.*

**c** *luctus, desperationis* (*doloris corporalis l. 16*): Cic. Tusc. 3, 63 (*62* genera lugendi) propter animi acerbitatem … et -em … in canem esse conversam *Hecubam.* Ov. met. 9, 212 ut … dolor -em conlegerat omnem *Herculis vestem Nessi induti* (*cf.* Petron. 94, 9 Giton … ex dolore in -em efferatus). Liv. 2, 47, 6 ea desperatio Tuscis -em magis quam audaciam accendit (*sim.* 32, 23, 9). 25, 37, 11 verso … in iram luctu discurrunt … ac velut accensi -e … in hostem … incurrunt. 31, 17, 5 *Abydeni desperati* ad Saguntinam -em versi (*cf.* Flor. epit. 2, 6, 6 *Saguntini* fessi fame, … ferro, versa denique in -em fide *eqs.; sim.* 2, 18, 15 *Numantini* in ultimam -em furoremque conversi). *al.* Sen. contr. 7, 6, 14 ad summam … -em, quae numquam nisi ex desperatione fit (*sim. explicatur -s*: 9, 6, 2 concitatissuma est in morte -⟨s⟩). exc. 4, 1, 3. Cvrt. 9, 10, 16 in -em desperatione versi *milites.* Frontin. strat. 2, 1, 10 Messenios in eam exarsisse -em, ut in proelium cum coniugibus ac liberis descenderent. *al.* *causa -ei indicatur per gen.*: Sil. 2, 620 *Saguntinus* turbidus ira et -e cladum. 5, 158 cui nulla doloris privati -s. Ps. Qvint. decl. 6, 4 est quaedam ultima calamitatium -s, et … in furorem vota ipsa vertuntur.

**d** *famis, sitis* (*cf. p. 11, 33 et* Gloss.$^{L}$ I Ansil. VE 214 ventris -s [nav*trad.*]: fames): *animalium*: Verg. Aen. 2, 357 quos *lupos* improba ventris exegit … -s. 9, 64 collecta fatigat edendi ex longo -s. Stat. Ach. 1, 706 *licet* pulset … fames, penitus -emque (labemque *var. l.*) minasque dissimulant *lupi.* *Furiae*: Sil. 13, 576 Megaera hinc, *sc. ex Acheronte,* sitit ac nullo -s restinguitur haustu. *hominum*: Evstath. Basil. hex. 5, 4, 9 per cicutam … vescendi -em mitigarunt **(**[*gr. p. 101*$^{D}$ τὸ λυσσῶδες τῶν ὀρέξεων]. *cf.* Mar. Victor. aleth. 2, 30 *egestas* viscera edendi incendens -e [*pendet e l. 33*]**)**.

**e** *cupiditatis, aviditatis* (*passim c. gen. obi., e. g. l. 41. 43. 46. 48; plus est quam* aviditas *l. 43*): Sen. benef. 3, 26, 1 sub Tib. Caesare fuit accusandi frequens et paene publica -s. Plin. nat. 30, 8 Osthanes ad -em, non aviditatem modo scientiae eius *magicēs* … populos egit. 33, 48 exarsit -e quadam non iam avaritia, sed fames auri **(***item inhiatur auro sim.*: Qvint. decl. 312, 7 quid fuit, quod tantam -em *creditoris* concitaret? Anth. 21, 196 fulva metallorum … -s. Paneg. 2, 25, 6 parandi -em parta irritabant. Ivvenc. 2, 442. Avien. Arat. 342 malesuada lucri -s. *al.***)**. Sil. 5, 641 si tanta libido est vobis, *i. militibus,* -sque fugae. Decl. in Catil. 19 *Catilinam movit* -s quaedam temerariae *ambitionis,* sitiens immodicae gloriae (108). Cypr. Demetr. 13, 1 quae haec est insatiabilis carnificinae -s, quae inexplebilis libido saevitiae? Clavd. 7, 73 *Martis* -s … *et* sequendi ardor (Coripp. Ioh. 6, 146. *aliter p. 11, 7*). *al.*

**2** *proprietas animi ingenita*: **a** *hominum* (*etiam fabulosorum*): Ov. met. 1, 234 (*Lycaon fit lupus*) ab ipso colligit os -em. Liv. 38, 17, 8 quantum Gallicam -em vinceret Romana virtus. Val. Max. 9, 2 ext. 4 Thraciae regis … -s saevitiae **(***cf.* Flor. epit. 4, 12, 17 in ipsa captivitate -em ostendere *Thraces* [*postea*: feritatem suam]**)**. Sen. Thy. 28 nec sit irarum modus …, -s parentum duret, *sc. domus Tantali.* Ivv. 15, 126 qua nec … Cimbri …, hac saevit -e … volgus *Aegyptiorum carne humana vescentium.* Flor. epit. 1, 16, 7 -em ac furorem *Samnitium.* Firm. math. 1, 2, 4 *Scytharum* -em numquam mitigat Iuppiter (1, 10, 12). Amm. 16, 5, 16 *barbarica* -s exarserat maius (27, 9, 1. *cf.* Hier. epist. 60, 17, 2 per -em barbarorum [in Ezech. 7 praef. l. 16]**)**. Rvfin. hist. 9, 2 insita sibi, *i. Maximino,* ⌊nequitiae⌋ -e (*an est gen. explic.? gr. aliter*). *comparantur ferae* (*sc. minus saevae*): Sen. clem. 1, 26, 4 *animalia* abstinent suis …; horum *tyrannorum* ne a necessariis quidem sibi -s temperat. dial. 4, 8, 3 ferae mansuescunt alentibus, horum *hominum* -s ipsos, a quibus est nutrita, depascitur. Plin. nat. 7, 5 nulli *animantium* -s acrior, *sc. quam homini.* *al.* **b** *animalium ferocium* (*etiam fabulosorum; cf. p. 9, 29*): Ov. met. 11, 369 sq. qui *lupus* quamquam saevit pariter -eque fameque, acrior est -e. 14, 66 stat … *Scylla* canum -e[s] (*cf. p. 11, 41*). Manil. 4, 235 exorare tigres -emque auferre leoni (*item respic. -s leonum*: Sil. 16, 236 catulis -em atque iras expellere alendo. *al.; plur.* Drac. laud. dei 3, 209 *leonum* saevas -es compescere). 5, 707 ille tigrim -e solvet pacique domabit. Sen. contr. 9, 6, 9 quarundam ferarum catuli cum -e nascuntur (*sim.*

*[Grossardt]*

*respic.* -s *ferarum*: SEN. clem. 1, 25, 1 ferina ista -s est sanguine gaudere. CVRT. 7, 5, 38 cuius … ferae -s occupavit animum tuum? STAT. Theb. 5, 231. *al.*). SEN. Herc. O. 1535 si qua sub Lerna … pestis sparget in centum -em dracones. PLIN. nat. 8, 130 ursinam -em. APVL. met. 6, 20, 2 offulae cibo sopitā canis, *i. Cerberi,* horrendā -e. *al.* **c** *deorum, daemonum sim. natura ferocium*: STAT. Theb. 7, 22 -s ferrique insana voluptas, qua tumet *Mars* (OPT. PORF. carm. 28, 26sq.). ARNOB. nat. 3, 30 ut genitoris evaderet -em, *celatus est Iuppiter* (*cf.* COMM. instr. 1, 4, 4 viscera natorum -e monstruosa sumebat *Saturnus*). FIRM. err. 26, 2 Latiaris templi cruore … -s tua, *i. diaboli,* … nutrita *est* (*cf.* PASS. Mar. Iac. 2, 2 -s diaboli). PRVD. psych. 561 *ut Bellona* latentem dissimulet -em. CLAVD. 3, 48 (*lamentatur Allecto*) quo -s innata perit? *al.*

**B** *transfertur ad saevitiam rerum*: **1** *naturalium, sc. venti, maris, ignis sim.* (*mundi l. 23, motus terrae l. 27*): VERG. Aen. 5, 802 (*loq. Neptunus*) saepe furores compressi et -em tantam caelique marisque (AVG. in psalm. 88, serm. 1, 11. serm. 75, 6. *al.*). HOR. carm. 1, 3, 14 *primus nauta non* timuit … -em Noti. epist. 1, 10, 16 est, ubi … gratior aura leniat et -em Canis et momenta Leonis? OV. met. 5, 7 quod *fretum* saeva quietum ventorum -s motis exasperat undis (Pont. 1, 3, 54 AETNA 171 STAT. Theb. 7, 810 IVV. 13, 225. *al.*). trist. 2, 150. LVCAN. 5, 603 Scythici vicit -s Aquilonis et undas torsit. 6, 92 antra … letiferi -em Typhonis anhelant. 9, 454 *Auster* Aeoliam -em totis exercet harenis. PLIN. nat. 32, 2 *echenais piscis* imperat furori *ventorum* …; domat mundi -em. VAL. FL. 6, 355 pelagi -s (SIL. 2, 290 DRAC. Romul. 8, 595). SIL. 4, 648. *al.* STAT. Theb. 6, 52 trucis Ionii -s. *al.* PRVD. apoth. 142 -em flammarum algescere cogit *filius dei* (*spectat ad Dan. 3, 92*). CLAVD. 20, 25 mugitus ab axe redditur inferno, -s arcana cavernas vibrat *eqs. al.* **2** *variarum* (*c. gen. rei incorp. praeter l. 36*): VERG. Aen. 8, 327 deterior … aetas et belli -s et amor successit habendi (VAL. MAX. 5, 8, 5 b. civilis. AMM. 21, 13, 14. *aliter p. 9, 54*). LVCAN. 1, 666 (*verba astrologi*) inminet armorum -s. RVFIN. hist. 7, 22, 10 dum ad pestilentiae -em etiam foetor insepultorum cadaverum iungeretur (*gr. deest; antea*: vim morbi). PRISC. periheg. 530 *herba q. d. alimos* compescit damnumque famis -emque diurnam (EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 14 quae *virtus* -em f. in usum medicaminis reformavit [*gr. p. 181*^D ἀκόρεστον … τὴν φύσιν]). INSCR. christ. urb. Rom. 4158, 3 (*a. 607*) *mors,* pone trucem -em, non est saevire potestas (*sc. post Christi resurrectionem*).

**C** *magis minusve vergit in usum metonymiae* (*cf. p. 8, 10*); *ponitur pro*: **1** *agente rabioso*: **a** *in periphrasi animantis, cuius nomen apponitur per gen. vel adi.* (*exempla potiora, cf. e. g. l. 10. p. 9, 25. 10, 67*): VERG. Aen. 1, 200 Scyllaeam -em … *et* sonantis accestis scopulos. PROP. 3, 16, 17 saeva canum -s morsūs avertit hiantis (STAT. Theb. 1, 589 *filium Apollinis* dira c. -s morsu depasta … disicit). LVCAN. 2, 535 Gallica per gelidas -s effunditur Alpes. INSCR. christ. Diehl 1788 (*post a. 465*) Vandalica -s hanc ussit martyris aulam. DRAC. laud. dei 3, 385 barbara quem -s … si fudisset *cuspide.* IORD. Get. 37 Hunni … bifariam populorum -em pullularunt: nam alii Altziagiri, alii Saviri nuncupantur. *al.*
**b** *metonymia plena*: LVCAN. 7, 557 hic Caesar, ⌊-s populi⌋ stimulusque furorum (⌊ ⌋ *sc. causa eius furoris*; populis *var. l.*). IVVENC. 1, 404 (*loq. Christus*) effuge pestiferi -s vesana veneni (*spectat ad Matth. 4, 10*). DRAC. Romul. 5, 311 praedam -s contempsit fulva iacentem.

**2** *actione rabiosi*: LIV. 7, 40, 2 ultima … -s secessio a suis habebatur (*cf.* PS. QVINT. decl. 4, 20 quicquid factum est, -s, insania fuit). FLOR. epit. 3, 8, 2 Baleares … insulae piratica -e maria corruperant. PROB. inst. gramm. IV 47, 8 *vox confusa* animalium est ut puta equorum hinnitus, -s canum.

**D** *per prosopop.*: VAL. FL. 2, 206 Pavor et … Discordia demens … et Dolus et -s *comitantur Venerem, Martis coniugem.* CHALC. comm. 76 ⟨N⟩ex ubi, Vis, -s, Furiarum examina mille (*verti vid.* ἔνθα Φόνος τε Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν [*Emped. 31 B 121 D.-K.*]).

*appendicula iuncturarum notabiliorum* (*exempla selecta*):
**1** *nominalium; accedunt*: **a** *epitheta*: *varia*: dira *vol. V 1, 1273, 18,* horrenda *vol. VI 3, 2982, 56,* saeva *l. 19. 42. p. 8, 61 et e. g.* RVFIN. hist. 5, 1, 58 PS. AVG. serm. ed. Mai 4, 3 DRAC. laud. dei 3, 209, trux *l. 36 et* APVL. met. 6, 12, 3, vesana *l. 50 (etiamne p. 8, 11?) et* MAR. VICTOR. aleth. 3, 439. *spectantia ad animalia*: canina CAEL. AVR. acut. 3, 9, 98, ferina *l. 1,* lupina *vol. VII, 2, 2, 1851, 21,* Scyllaea *l. 41,* ursina *l. 4.* *spectantia ad homines*: Arriana *p. 10, 11,* barbara *l. 45,* Gallica *l. 43. p. 10, 55,* Vandalica *l. 45.* **b** *subst. gen., quibus indicatur: quis (quid) -e afficiatur: passim, v. e. g. l. 15. p. 8, 16. 69. 9, 14sqq. 10, 2sqq. quid -s appetat: v. e. g. p. 10, 40sqq.* (*cf.* in *c. acc. p. 9, 23*). *unde vel cur -s orta sit: v. p. 10, 28. qua in re -s fiat manifesta: v. e. g. p. 9, 52 sqq.; nota gen. notionis affinis, e. g.* crudelitatis *p. 9, 61 et* IVST. 24, 2, 6, cupiditatis CAES. AREL. serm. 222, 5, famis *l. 33,* immanitatis HEGES. 4, 9, 5, violentiae IVST. 36, 4, 2, ultionis ARNOB. nat. 4, 37 p. 246, 7, *nec non gen.* *ident. q. d., sc.* furoris *p. 8, 20 et* IVVENC. 3, 350 RVFIN. hist. 5, 1, 31 POMER. 2, 21, 2, saevitiae *p. 9, 60. 10, 56.*

**2** *verbalium*: **a** -s *est pro subi. verborum*: *intrans.*: ardere *p. 9, 51,* exardescere *p. 10, 62,* furere *p. 8, 6 et* HEGES. 4, 9, 5, saevire *p. 9, 74 et* CLAVD. 26, 98. *trans.*: armare *p. 9, 69,* nudare *p. 9, 48,* proterrere *p. 9, 26.* **b** -s *est pro obi.*: accendere *p. 10, 19 et* RVFIN. hist. 5, 1, 58, colligere *p. 10, 16. 33. 54,* concitare *p. 9, 56. 10, 45 et* FIRM. math. 1, 7, 24 HIER. adv. Rufin. 3, 19 (*cf. p. 10, 25*), dissimulare *p. 10, 35. 11, 11,* domare *p. 11, 23,* lenire *p. 11, 18,* mitigare *p. 9, 3. 6. 10, 37. 61,* sedare *p. 8, 72 et* SEN. epist. 89, 23 SIL. 13, 344 AMM. 20, 7, 11. **c** -s *vario modo coniungitur*: accendi -e *p. 10, 20 et* OPTAT. 2, 19, 1 CAEL. AVR. acut. 3, 11, 105, in (ad) -em LIV. 29, 9, 6. 32, 23, 9; agere in (ad) -em *p. 9, 5. 20. 38. 10, 43 et* PLIN. nat. 2, 107. 7, 64. *al.* AMM. 21, 12, 20 (*aliter* 22, 9, 8 agentes ad usque -em, ut *eqs.; cf.* exardescere -e *p. 10, 43,* in -em *p. 10, 26*); verti in (ad) -em *p. 9, 68. 10, 21sq. 26 et* LIV. 22, 51, 9. 31, 17, 5. 38, 21, 11 CVRT. 5, 3, 20 (*cf.* converti in -em *p. 8, 42. 10, 23; intrans.* vertere in -em *p. 9, 16. 21*).

*deriv.*: 2. rabio (*sc. a* rabia), rabiosus.

**[rabilis** *v.* rebilis.**]**

**1. rabio,** -ere. [*fort. a radice* *rebh- *'moveri, agitari' derivatum et cum parth.* rf- *'adoriri', pers.* raf-tan *'ire', theod. med.* reben *'moveri, agitari' comparandum; cf. Pokorny, Indogerm. etym. Wb., 1959, 853, Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, s. v.* *rebʰ-. *Mei.*] *de origine*: NON. p. 40, 1 -ere dictum est a rabie (*afferuntur* VARRO, CAECIL. *l. 33sq.*). *verbum III^ae coniug. tribuit* CHAR. gramm. p. 478, 1; *non occurrunt formae* rabo, rabēns *sim. in lexicis quibusdam allatae neque est, cur agnoscas hac significatione* rabio, -īre. [*confunditur in codd. c.* rabiare *l. 42. 44* (*e coni. dub. l. 59; cf. l. 52*), rapere *l. 35. 44* (*restit. l. 39, vix recte etiam* ENN. scaen. 54 MANIL. 4, 461 [*v. p. 108, 53. 113, 62; e coni. p. 96, 43*]; *in var. l. falsa* PSALT. Rom. 21, 14 [cod. 109]. PS. ORIG. in Iob 2, 26 l. 22).**]**

*i. q. rabie affectum esse, sc.*: **1** *furore, saevitia sim.* (*ad morbum caninum alluditur l. 33sqq. 38, cf.* 2. rabio): *-unt homines*: CAECIL. com. 89 -ere se ait. VARRO Men. 217 quid est? quid latras? quid -is? quid vis tibi? MANIL. 5, 224 *eis, qui Canicula oriente nascuntur,* corda micant et lingua -it latratque loquendo (rapit *var. l.*). SEN. epist. 29, 7 (*antea*: genus insaniae) videbis eosdem *obtrectatores philosophiae* intra exiguum tempus acerrime ridere et acerrime -ere (rub- *var. l.*). *-unt animalia*: MANIL. 5, 208 (*de Canicula stella*) latrat … Canicula flammas et -it (*Scaliger,* rapit *sim. codd.*) igne suo geminatque incendia solis. PHILO quaest. in gen. 4, 160 (*ad 25, 25*) densitas *pilorum Esau* vice -entis bestiae ex ira. *-it diabolus*: VEN. FORT. Mart. 3, 280 graviter quendam ut -ens invaserat hostis (rabians *var. l.*). **2** *vesania*: VEN. FORT. Mart. 1, 431 dentibus ut -ens … frenderet *servus, quem possidebat daemon* (rabians, rabies, rapiens *var. ll.*).

*deriv.*: rabidus, rabies.

**2. rabio,** -āvī, -āre. [*a* rabia. *Mei.*] *de origine et coniug.*: EVTYCH. gramm. V 459, 9 *a quinta decl. derivantur verba,* ut rabies rabiei, -o -as (*16* primae … coniugationis). GLOSS. II 363, 27 λυσσῶ: -o, furio (rav- *cod. Harl. 5792 [saec. VII]; forma* -o *ad* 1. rabio *pertinere potest, sed cf.* III 431, 19 †κυον δυσσα [*i.* κύων λυσσᾷ]: canis rabia⟨t⟩ [*si recte restit. Niedermann, Recueil, 1954, 155*]. GLOSS.^L II Philox. RA 1 -at: λυσσᾷ).
[*confunditur in codd. c.* rabere *l. 60. 68* (*cf. l. 27sq.*); *falso trad. pro* radiare TERT. nat. 1, 4, 14.]

*i. q. rabie affectum esse, sc.*: **1** *insania*: CHIRON 284 (*tit.* de insania) tanquam rabiosum sit *iumentum* et propter pedum dolorem -verit. **2** *morbo canino, quo laborant*: *animalia sola*: CHIRON 301 si quod iumentum -verit ([*sim. 280, v. p. 8, 42*]. 982 si quod i. -are temptaverit). PS. THEOD. PRISC. add. p. 281, 22 canis numquam -at (rabiet *Rose*) in domo, si pellem canis rabiosi … in porta figas (PRISC. LYD. solut. 9 p. 96, 13 *homines* a -antibus morsos c. [rabientibus *var. l.*]. *cf.* p. 96, 12 et caninos morsus et luporum, cum -ant). *homines una cum animalibus*: CHIRON 302 (*nisi ad l. 56*) solent … et quiqui ab eo *iumento* morsi fuerint, similiter -are. 515 canis rabiosus si quod iumentum momorderit, et ipse, qui morsus est, sive homo sive iumentum facile -bit (*cf. Veg. mulom. 2, 148, 1* convertat in rabiem). GLOSS.^L I Ansil. YD 27 (med. p. 92: 'ydrofobicon') animal sive homo, qui … *aquam infectam* biberit, statim demens efficitur aut -at. **3** *furore, saevitia*: PASS. Saturn. Dat. 8, 5 *martyr* preces domino sub carnifice -ante fundebat (rabiente *var. l.*). PS. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 56 p. 294 agresti mente -antes daemones.

**3. rabio** *v.* 1. ravio. **rabiōsē** *v.* rabiosus. *Grossardt.*

**rabiōsulus,** -a, -um. *a* rabiosus *demin.* *i. q. aliquantum rabiosus, iracundus*: CIC. fam. 7, 16, 1 illas *litteras* -as sat fatuas dedisti.

※**rabiōsus,** -a, -um. *a* rabies. *scribitur* rap- *p. 18, 43,* rav- *in var. lect. p. 13, 35 et* PS. APVL. herb. 36 l. 13 (*cod. Ca saec. IX,* rabidi *cett., ed.*). NOT. Tir. 71, 100 -us. *de notione* (*cf. p. 14, 40*): GLOSS. -us:

[Harbsmeier]

*λυσσώδης.* calumniator (*cf. p. 14, 48*). GLOSS.L I Ansil. RA 39 sq. -us: discurrens cum impetu. insanus. *legitur non nisi posit. inde a* PLAVTO, CIC., HOR.; *de usu cf.* PROB. app. gramm. IV 199, 13 rabidus, non -us. [*it.* rabbioso, *sard. centr.* rayozu, *francog. med.* rabieux, *vasc.* arraujos, *prov.* rabios, raujos, *hisp.* rabioso, *port.* raivoso. *cf. M.-L. 6981 et Faré, Postille. Cortelazzo-Zolli² 1302. Wartburg X 11. Machado³ V 34. Schd.*] [*variat in codd. c.* rabidus *p. 12, 74 et* PLIN. nat. 29, 98 PLAC. med. 17, 17 rec. *β. al.,* ramosus GLOSS.L III Abol. RA 12 (*cf. l. 35*).]

*i. q. rabie plenus, rabidus* (*qua cum voce alternat l. 27. 38. al.* [*cf. l. 3*]; *disting. voces similis notionis maxime l. 30 sq. 63*): **1** *strictius spectat ad morbum*: **a** *caninum* (*maxime apud canes eosve, quos canes momorderunt* [*sed aliter l. 34*]; *huc alluditur l. 70 et sub 2b, fort. etiam sub 2αγ*): **α** *in imagine* (*sc. homines vel* canes *vel* lupi *vocantur*): PLAVT. Men. 837 illa me … -a femina adservat canis (*in eadem re*: 933 [*aliis* 936] *Menaechmus* uxorem suam esse aiebat -am canem). LACT. inst. 5, 23, 4 veniet -is ac voracibus lupis, *i. malis principibus,* merces sua, qui iustas … animas … excruciaverunt. AVG. c. adv. leg. 2, 4, 13 l. 450 contra … apostolicam vocem canis iste -us oblatrans (*i. haereticus*).

**β** *proprie; morbo afficiuntur*: Ⓘ *canes, lupi* (*maxime in iunctura* canis -us [-a], *cf. l. 14 sq. 18; subst. l. 27*): HOR. epist. 2, 2, 75 -a fugit c. PAVL. FEST. p. 101 'hirrire' garrire, quod genus vocis est c. -ae. CELS. 5, 27, 2A si -us c. fuit. PLIN. nat. 29, 99. *al.* *agitur de morsu*: CELS. 5, 27, 2B -i c. morsum (COLVM. 6, 13, 1 -ae canis vel lupi. SCRIB. LARG. 171 in Sicilia fiunt plurimi -i c. [*postea*: ad horum m.]. *al.* PLIN. nat. 20, 94. *et saepius.* DIOSC. 1, 110 p. 55, 25 [*gr. 1, 100, 3 λυσσῶντος*]. *al.*). SCRIB. LARG. 173 locum morsum a -o c. PLIN. nat. 29, 100 *remedium* datur morsis a -o, ne rabidi fiant. CHIRON 515 *v. p. 12, 63.* PLAC. med. 9, 7 rec. *α* ad c. rabidi morsum: … eos, qui c. -o morsi fuerint. ORIBAS. syn. 8, 13 La p. 221 signa mordentis canes … -i (*gr. λυσσῶντος*). *al.* Ⓘⓘ *iumenta*: CHIRON 17 (*inde* VEG. mulom. 1, 25, 2) apioso, insano, cardiaco …, sideraticio, -o (*sim.* 276 [*inde* VEG. mulom. 2, 9, 3] fiunt apiosi, insani, -i *eqs.* 297, 1 [*ex ind. capp.*] de -o. de cardiaco *eqs.*). 284 *v. p. 12, 55.* 295 ut fiat insanus simile -o. PRISC. LYD. solut. 8 p. 91, 8 (*sec. Strabonem 6, 1, 13*) Subaris *flumen* bibentes equos ex eo ⸤-os⸥ esse facit (⸤ ⸥ *Bywater,* ramos- *vel* ravos- *codd.; aliter Strabo, sc. πτυρτικούς*). Ⓘⓘⓘ *homines*: AVG. civ. 22, 22 p. 606, 6 *ut bestia faciat* hominem, quem forte adtaminaverit, contagione pestifera ita -um, ut a parentibus … peius omni bestia formidetur (*p. 606, 2* rabido [*var. l.* -o] cane).

**b** *comitialem* (*nisi respic. vesania; ad rem v. Theophr. charact. 16, 14 μαινόμενον … ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον … πτύσαι. Plin. nat. 10, 69* comitialem propter morbum despui suetum. *28, 35*): PLAVT. Capt. 547 hic homo -us habitus est in Alide. 552 me -um atque insectatum esse hastis meum memoras patrem et eum morbum mi esse, ut qui me opus sit insputarier?

**2** *laxius spectat ad quemlibet furorem, iram, saevitiam sim.*: **a** *-ae sunt res variae, sc.*: **α** *qualitates, affectus*: CIC. Tusc. 4, 50 vide ne fortitudo minime sit -a sitque iracundia tota levitatis (*postea*: rationis … expers). CLAVD. DON. Aen. 7, 450 p. 68, 2 ('rabido … ore') qui -o furore fremiscunt. AVG. civ. 18, 13 p. 273, 25 de … -a turpitudine *Bacchanalium.* c. Pelag. 4, 11, 33 -a mentis caecitate. **β** *clamores, voces sim.* (lingua *l. 55*): SEN. Herc. f. 172 clamosi -a fori iurgia. PETRON. 96, 5 -a barbaraque voce. 136, 4 anseres … foedo … ac veluti -o stridore circumsistunt *me* trepidantem (PS. AVG. serm. ed. Mai 70, 2). PORPH. Hor. epist. 1, 18, 81 ('dente Theonino') Theon … -ae dicacitatis fuit. SER. med. 256 -us clamor *ventorum.* CYPR. GALL. num. 242 (*sec. num. 11, 1*) -ae obprobria linguae. **γ** *silentia* (*sunt qui coll. Paul. Aeg. 5, 3, 1 ἄφωνοι alludi putent ad silentium canum -orum*): PERS. 3, 81 murmura cum secum et ⸤-a s. rodunt⸥ *philosophi* (⸤ ⸥ *repetit* AVSON. 14, 21 [364 S.], 24).

**b** *-a est Canis stella* (*cf. e. g. p. 6, 64. 12, 38*): PS. HOR. sat. 1, 6, 126 fugio ⸤-i tempora signi⸥ (*codd. Hor. plerique,* campum lusumque trigonem *recte cod. V; cf.* PORPH. caniculares dies dicit, qui sunt caloratissimi. SCHOL. aestuosi).

**c** *-i sunt animantes* (*homines praeter l. 65; linguam v. sub aβ*): SEN. dial. 3, 4, 2 dicimus … stomachosum, -um, clamosum …, quae omnia irarum differentiae sunt. PS. QVINT. decl. 12, 27 (*cf. 26* immanes ferae) *ferae eiusdem generis* mutuo … laniatu abstinent, nec est ulla … adeo -a belua, cui non imago sua sancta sit. AMM. 25, 4, 2 *Sophocles gaudebat* amorem ut -um quendam effugisse dominum et crudelem (*cf. Plato rep. 329C λυττῶντα*). AVG. c. epist. fund. 3 *cum in Manichaeorum* dogmate -us et caecus errarem (*de haereticis* [*cf. l. 18*] *ut*: MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 22, 36 nemo te -um audit latrantem, *Iuliane* [*postea*: devium; insano]).

*adv.* **rabiōsē.** *i. q. modo rabioso, furioso*: CIC. Tusc. 4, 49 (*antea*: sine … gladiatoria iracundia) nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde -eve fecerunt *Aiax Hectorque.*

*deriv.*: rabiosulus; *cf.* rabidiosus.

**rabis** *v.* ravis. **[rabīto** *v.* rebito.**]** *Harbsmeier.*

**1. rabo,** -ōnis *m.* [*iocose de* arrabo *decurtatum, sc. syllaba* ar- *ut in* ar-rīdēre *pro praeverbio habita; v. Leumann, Gramm. 1977, 382. Mei.*] *i. q. arrabo* (*ad rabiem alludi putat Lindsay, Lat. language, 1894, 177*): PLAVT. Truc. 688 sq. *v. vol. II 633, 37 sqq.*

**2. rabo,** -ōnis *m.* *vox orig. semit. (cf. radicem hebr.* רבע *ad numerum quaternarium pertinentem); abl. sg.* rapō *l. 16 fort. a* rabus *m.* (*vel* rabum *n.*).

*est mensura quaedam earum rerum, quae fundi possunt, i. q. quadrantal* (*i. receptaculum ad metiendum aptum, nisi quod apud* AVG. *etiam ipsam rem metiendam intellegere possis; ad rem v. Salama, Bull. de la Société nat. des Antiquaires de France, 1993, 190 sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1993 n. 1776 (*e Mauret. Sitif., saec. II/III*) -o publicus municipii Aelii Chobae (*ita excavatus est lapis, ut capiat quadrantal*). AVG. epist. 102, 23 puto … modios et -es, urnas et amphoras non temporum esse mensuras. CHART. lat. ant. XVII 652 (= PAP. Tjäder 8) II 13 (*Ravennae, a. 564; in enumeratione bonorum cuiusdam*) rapo valente asprione, modio *eqs.* (*exemplum huc refert Tjäder I p. 436 ad loc.*).

**[3. rabo,** -ere *v.* 1. rabio.**]** **rabola** *v.* rabula. *Bl.*

**rābuculus** (-busc-?), -a, -um. [*a* 1. rāvus *deminutive, ut exspectes* rāvuc-; *si tamen* rābusc- *legendum, veri simile est subesse vocem* *rāvusca *a* 1. rāvus *derivatam* (*cf.* ātrusca *ab* āter) *eamque genus uvae significasse, similiter atque* asinusca, ātrusca, labrusca (*de quibus v. Leumann, Gramm. 1977, 340*). *Mei.*] *in codd. raro occurrit scriptura* rabusc-, *quam praefert pars edd.*

*i. q. colorem ravum habens* (*fem. sing. tantum quasi pro subst.* [*subaudire possis* vitis], *quo appellatur vitis quaedam uvas huius coloris ferens*): COLVM. 3, 2, 27 (*inter genera vitium*) vennuncula eademque ⸤scirpicula⸥ (*Hedberg*; scirpula *Gesner,* scuritula *al. codd.*) atque -a *eqs.* (*in codd. scrib. etiam* rabic-, rabit-, rubic-). PLIN. nat. 14, 42 damnantur etiam visu cinerea et -a et asinusca *eqs.* (rabuc- *codd. plerique*; rabusc- *edd. rec. sec. var. l.*). *Wieland†.*

※**rabula** (rav-), -ae *m.* [*fort. a radice* *reə₁dʰ- *'perficere, consulere'* (*cf. cambr. med.* ad-rawd *'narrare', got.* rodjan *'loqui'*) *addito* -lo- *suffixo, sc. ita ut* *rə₁dʰlo- *in* *rablo-, *tum in* *rabulo- *mutatum sit; cf. Pokorny, Indogerm. etym. Wb., 1959, 59 sq., Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, 451.* -a *terminatur sicut aliae voces, quae designant occupationes humiles, e. g.* bargina, cacula, lixa, sculna, scurra; *cf. Leumann, Gramm. 1977, 280. Mei.*] *de origine et notione*: PAVL. FEST. p. 272 -a dicitur in multis intentus negotiis paratusque ad radendum quid auferendumque, vel quia est in negotiis agendis acrior, quasi rabiosus (*cf.* NON. p. 26, 16 [*affert l. 68*] -ae, litigiosi: a *rabie* dicti [p. 60, 13, *ubi addit* quem nunc advocatum vel causarum patronum dicimus *affertque* CIC. *l. 75*]. *fort. huc alludit* latrator *p. 15, 3*). p. 283 (*si recte restit.*) rava vox rauca …, unde etiam causidicus pugnaciter loquens ravula (*Lindsay,* rabula *Müller*; ravilla *cod. F, quod def. Bücheler, Rhein. Mus. 11, 1857, 458, Havet, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 525 sq.* [*cf.* 2. ravilla]; *plura loco lacunoso* FEST. p. 282 [*cf. l. 62*]). CHAR. gramm. p. 407, 31 (*inter voces ab* r *littera incipientes*) -a canis (pab- *cod.*). GLOSS. -a: *στομαργός.* calumniator vel rabidus. clamosus. advocatus vel calumniator ⟨r⟩abidus. raucus. -am: rabi⟨di⟩orem, multum loquacem. -ae: litigiosae (*sic*). -us: flitere in ⸤ebhatis⸥ (*var. l.* eobotum, *i.* eof-; *anglosax.*). *sim. al. in glossis.* *scribitur in codd. medii aevi fere* rab- (*cf. l. 40 sq. 59 sqq.*) *e. g. apud* CIC., GELL., HIER. epist., CLAVD. MAM., *ceterum* rav- (*cf. fort. l. 43; scripturam veram esse putat Havet, loco cit. 523 sqq.*) *e. g.* SYMM. epist. 3, 23, 2 (rab- *var. l.*). SIDON. epist. 4, 3, 10, rap- GLOSS. IV 560, 20 sqq.; -ul- *saepe, ceterum e. g.* -ol- GLOSS. IV 160, 15. GLOSS.L I Ansil. RE 1858 revola. *al.* *de formis: nom. sing.* -us *l. 50, acc. sing.* -um *in var. lect. p. 15, 10.* [*venet.* (*Vicetiae*) robolìn *'orator vel causidicus clamosus pessimusque'* (*item port.* rábula). *cf. Faré, Postille 6981a. Machado³ V 29. Schd.*] **[***confunditur in codd. c.* fabula *p. 15, 3. 13* (*restit. p. 15, 6. 11, minus probabiliter* RHET. Her. 4, 10, 14 [*Kayser; cf. var. l.* fab- *vol. X 1, 1348, 65*]); *parum certe restit.* LVCIL. 1289 -a (*Lachmann*; ravi⟨…⟩ *cod. F Festi p. 282,* ravi *Marx,* Ravi⟨lla⟩ *Cichorius, edd. rec.*). PHAEDR. 2 epil. 15 -is (*Baehrens*; ab illis *trad.*); *in var. l. falsa pro* Ravola SCHOL. Iuv. 9, 4 sq.**]**

*i. q. orator clamosus, indoctus sim.* (*c. contemptu quodam; iuxta pos. e. g.* declamator *l. 74. p. 15, 9,* garrulus *p. 15, 10. 12,* latrator *p. 15, 3; opp. vel disting. e. g.* doctissimus *l. 75,* eloquens *p. 15, 12,* orator *l. 71. p. 15, 2*): VARRO Men. 379 ille ales gallus, qui suscitabat … scriptores, an hic, qui gregem -arum? (ram- *var. l.*). CIC. de orat. 1, 202 non … causidicum nescio quem neque [pro]clamatorem (decl- *Klotz*) aut -am … conquirimus, sed *eqs.* Brut. 180 omnium oratorum sive -arum, qui et plane indocti … aut rustici etiam fuerunt …, acutissimum iudico … Q. Sertorium *eqs.* 226 P. Antistius … -a sane probabilis, qui … cum … inrideri … solitus esset, … *postea* veram causam agens est probatus. orat. 47 *non* declamatorem aliquem de ludo aut -am de foro, sed doctissimum et perfectis-

[Malloch]

simum quaerimus (*cf. adi.* *forensis*: Symm. epist. 3, 23, 2. Sidon. epist. 4, 3, 10 apud municipales … oratores aut f. -as). Qvint. inst. 12, 9, 12 perit … modestia *oratoris,* si a viro bono in -am (fab- *var. l.*) latratoremque convertitur. Svlp. Apoll. Gell. 15, 5, 4 ille … -a audaculus **(***cf. Gell. 15, 5, 3* barunculo [*Heraeus,* -ruasc- *sim. codd.*] cuidam ex advocatorum turba**)**. Apvl. apol. 3, 7 concesso … -is (*Colvius,* fab- *trad.*) id genus, quo ferme solent linguae suae virus alieno dolori locare. Hier. epist. 50, 1, 2 scribis … nescio quem de trivio … circumforanum monachum rumigerulum, -am … contionari adversum me *eqs.* 52, 8, 1 nolo te declamatorem esse et -am (-um *pars codd.*) garrulumque, sed … sacramentorum dei tui eruditissimum. adv. Rufin. 1, 15 stulta verbositas -ae (*edd. vet.,* fabula(e) *codd.*) … et garruli hominis (*opp.* eloquentis). Clavd. Mam. anim. 2, 9 p. 136, 20 ob laudem praesentum quorumpiam -arum (fab- *codd. plerique*) longe maximi damnantur auctores.

*deriv.: ?*rabularius, rabulatio, rabulatus. *cf. Onom.*

**[rābulānā** pice *olim afferebatur ex* Plin. nat. 14, 120 (crapulana p. *cod. unus, edd. rec.*).**]**

*?***rabulārius** est ignarus Gloss. Aynard. R 13 (= Gloss. V 327, 32). -us (*vel* rav-) *coni. dubitanter Gatti ut vocem a* rabula *derivatam*; rac- *trad.*

**rabulātio,** -ōnis *f.* *a* rabula (*non exstat verbum q. e.* rabulāre *vel* -ārī). *i. q. modus agendi vel loquendi rabulae proprius*: Mart. Cap. 6, 577 desudatio curaque districtior … forensis -is partibus illigata (fabulationi(bu)s *var. ll.*).

**rabulātus,** *abl.* -ū *m.* *a* rabula (*cf. l. 21*). *i. q. strepitus rabularum*: Mart. Cap. 2, 213 *hi* omnes inter Musarum carmina concinentum audiri, licet perstreperent, nullo potuere -u (rob-, -ato *var. ll.*).

**rabulus** *v.* rabula. *?***rabus** (*?*rabum) *v.* 2. rabo. *Malloch.*

**rābusculus** *v.* rabuc-. **1. raca** *v.* racha. **[2. raca** *v.* raga.**]**

**racana** (rach(a)na), -ae *f.* (raganus [*m.?*] *v. l. 32*), *ῥάκανα* (*vel ῥακάνη*), *ῥάχνη*. *scribitur* -can- *apud auctores,* -chan- *in inscr., nisi aliud indicavimus.* Gloss. V 327, 45 -a: huitil sax(onice). 623, 17 raganus ⌞vel nelle⌟ (*supra lin., i.* vel (raga)nelle): coopertorium vel panniculus. [*dalm.* rekana *'stragulum', abrut.* rákənə *'pannus cannabinus, super quem frumentum siccatur', apul.* rákana *'saccus, qui parti interiori currus inducitur',* (*Melphictae*) rákənə *'pannus, quo olivae colliguntur', sard. centr. vet.* rágana *'amiculum, pallium sim.'. cf. M.-L. 6983. Wagner II 333. Schd.*] [*de* Cod. Theod. 14, 10, 3 *v. p. 54, 22.*]

*significatur stragulum quoddam (sc. potius in lecto ponendum quam induendum corpori, v. André, Rev. Phil. 40, 1966, 53 sqq.; aestate usurpatur ideoque tenuis esse intellegitur l. 60; rem esse pretiosam apparet e. g. l. 45. 54; iuxta pos. e. g.* laena *l. 47. 50. 59,* sagum *l. 51. 57. 59): -ae dantur, mittuntur*: Epist. leg. pr. pr. (CIL XIII 3162) 2, 11 (*saec. III$^1$*) velim *accipias* libente⟨r⟩ chlamidem …, dalmaticam …, fibulam auream cum gemmis, -as duas, tossiam *eqs.* (Greg. M. epist. 11, 59 l. 23 exenium … vestrum duas -as … libenter accepi). Ennod. epist. 9, 17, 3 p. 241, 7 laenam et -as … coloris rubei aut fusci mihi … dirigite. Lib. pontif. p. 60, 2 (*sim.* p. 61, 23) papyru (*gen.*) -as mundas (mille), *sc. donavit* (ruc- *var. l.*). Greg. M. epist. 11, 2 l. 22 cognovimus lectos vel lectisternia … deesse; propterea transmisimus lenas XV, -as XXX, lectos XV. *cetera exempla*: Edict. imp. Diocl. 7, 60 L. (*de mercede coloratoris*) sagum sive -am rudem **(**rachnam *frg. Aezan., v. Zeitschr. Pap. Epigr. 26, 1977, 129; gr. ῥακάνης καινῆς, ut*: 22, 4 L. [*de mercede fullonis*] in -a rudi**)**. 19, 4 L. (*restit. e gr.*) ⟨-a … pe⟩dum XVI ⟨tincta … (den.) MMD⟩ **(***gr.* [*in cap. περὶ ἐσθῆτος*] *ἐνδρομίς, ut*: 19, 5 L. -a optima grabata⟨ria⟩ alba libr. XII. 19, 6 L. -a Arabica sive Damascena … tincta. 19, 7 L. -a rustica. 22, 4 L. in -a rudi**)**. Ps. Theod. Prisc. add. p. 285, 12 si *quis* in lecto suo in sago (saga *var. l.*) vel in -a aut tunica sua vel quolibet panno meiaverit. Regvla mag. 81, 32 *fratres* in lectis habeant in hieme singulas mattas et sagos … et lenas, in aestate vero pro lenis -is (-chin- *var. l.*) propter aestus utantur. Ven. Fort. vita Germ. 44 febricitante viro, dei servi ⌞-a⌟ undique obvoluto (*postea*: vestis; ⌞ ⌟ -cinis *ed. c. parte codd., ceterum occurrunt var. ll.* -cen-, -chaen-, -chin-, -sen- *nec non* lodice).

*deriv.*: racanella.

**racanella,** -ae *f.* *a* racana *demin.* [*dalm.* rekañala *'stragulum', langob.* reganèl, rag(a)nel *'suppositorium lactantium', raet. occ.* (*Poschiavo*) reganel *'velum cunarum'; histr.* regánitsa *e slavon. sumptum est. cf. M.-L. 6983. Schd.*] *i. q. racana parva*: Gloss. V 623, 17 *v. l. 33* (*cf. Migne 73, 356$^A$* [*medii aevi*] quatuor rachanellae).

**[racanto** Diosc. 2, 109 p. 221, 16. *corruptum pro* myacanthos, *q. v.***]**

**racca** *v.* racha. **racco** *v.* racho. *Bl.*

**racēmārius,** -a, -um. *a* racemus. *i. q. ad racemum pertinens*: Colvm. 3, 18, 4 (*v. vol. X 2, 2583, 66 sqq.*) quos *pampinos* rustici vocant -os (racemaiorios *SA; praedic., nisi fort. pro subst. masc., ut significetur pampinus sterilis sim.*).

**racēmātio,** (-ōnis) *f.* *a* racemare (-ari). *i. q. actio vel effectus racemandi: meton. et in imag. de iis, qui racemando colliguntur* (*cf. l. 32*): Tert. apol. 35, 11 qui *homines* … scelestarum partium socii … revelantur, post vindemiam parricidarum -o superstes, quam *eqs.* *proprie*: Gloss. III 428, 1 (*in cap.* de arboribus) -o: *φυλλανολογημός* (*φυλλανα- def. Krumbacher, Byz. Zeitschr. 3, 1894, 419, φυλλολογ- David*).

**racēmātus,** -a, -um. *a* racemus. *i. q. racemis praeditus, racemos habens*: Plin. nat. 18, 54 sunt … panico genera mammosa, e pano parvis -a paniculis. *dub., an huc pertineat* CIL IV 5573 (*in amphora*) Idibus Ian. de Asiniano ⌞racemat⌟ dol. I (⌞ ⌟ *si recte legit Sogliano*).

**racēmifer,** -a, -um. *a* racemus *et* ferre. *i. q. racemos ferens: de Baccho racemis ornato vel de rebus ad eum pertinentibus* (*cf. p. 17, 18*): Ov. met. 15, 413 victa -o lyncas dedit India Baccho. fast. 6, 483 Bacche, -os hederā distincte capillos. Sidon. carm. 22, 24 temo -r. *de vite eiusve partibus*: Ov. met. 3, 666 *Bacchus* -is frontem circumdatus uvis (*vergit in notionem q. e. acinos ferens, cf. l. 71*). Sidon. carm. 2, 323 pro crine *deae* -r exit … palmes.

**racēmo,** -āre *et* **racēmor,** -ātus sum, -ārī. *a* racemus (*item l. 20*). *formas depon. testantur* Dosith. *l. 22.* Char. gramm. p. 465, 30 -or, -tus sum. Evtych. gramm. V 466, 6 -or. 478, 30 -or, -aris a racemo; *auctores exhibent formas tam act. quam depon.* *de notione*: Dosith. gramm. 71, 14 *κοκκολογῶ*: -or. [*in falsa var. l.* Varro rust. 3, 9, 1 racimari (*cod. A,* raciocinari *sim. cett.*).]

**1** *i. q. racemis (relictis) privare, sc. vineam: proprie*: Vet. Lat. lev. 19, 10 (Ps. Aug. spec. 12) vineam tuam non -bis nec acinam vineae tuae colliges (*gr. ἀμπελῶνα … οὐκ ἐπανατρυγήσεις, Vulg. v. p. 17, 25*). *translate*: Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 56, 2 exactores populos -antes (*spectat ad Is. 3, 12* spoliaverunt). **2** *i. q. racemos (relictos) colligere (absol. l. 31; gr. resp. καλαμάομαι, quod infra neglEximus):* *proprie*: Vet. Lat. Sirach 33, 16 (Aug. quaest. Simpl. 1, 2, 20) ego novissimus vigilavi et quasi qui -atur post vindemiatores (*codd. Vulg.* colligit acinos). *in compar. vel imag.* (*cf. l. 2. p. 17, 35*): Vet. Lat. Ier. 6, 9 (Hier. in Ier. 2, 14, 1) -ate, -ate quasi in vinea reliquias Israhel **(**[*sec. LXX, Vulg. v. p. 17, 38*]. *sim.* Avg. quaest. Simpl. 1, 2, 20 l. 734 ex reliquiis Israhel -tus populus [*spectat ad Sirach 33, 17*]**)**.

*deriv.*: racematio.

**racēmōsus,** -a, -um. *a* racemus. *de superl. v. l. 45.* [*port.* racemoso *'ad uvam pertinens'. cf. Machado$^3$ V 30. Schd.*]

**1** *i. q. racemi formam habens, in modum racemi factus*: Plin. nat. 13, 30 *palmis* in cacumine … pomum est, non inter folia hoc …, sed suis inter ramos palmitibus -um. 13, 54 *terebinthi* flos -us olivae modo. Galen. alfab. 157 (de linozoste) fructum femina quae dicitur habet copiosum et quasi -um. **2** *i. q. racemis plenus, praeditus*: Plin. nat. 14, 40 *vites quaedam* sunt … insignes uva, non vino; ambrosia … ipsa se sustinens, non item … columbinae e -is *vitibus* (-issimis *pars codd., edd. vet.*). 22, 29 hippophaes … spinis albis, hederae modo -a est, candidis … acinis.

**racēmulus,** -ī *m.* *a* racemus *demin.* [*it.* (g)racimolo *'racemus', unde fort.* racimolare *'conquirere, colligere'* (*nisi ab it.* racemo). *cf. M.-L. 6984. Battisti-Alessio V 3192. Cortelazzo-Zolli$^2$ 1305. Schd.*] *i. q. racemus parvus*: Galen. alfab. 44 (de cadmia) extrinsecus quasi -os habet (racimolus *cod. Palat.*).

⌘**racēmus,** -ī *m.* [*orig. mediterraneae esse vid.; comparare possis cum gr. ῥᾱ́ξ, ῥᾱγός vel ῥώξ, ῥωγός 'uva', cf. de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 511. Mei.*] *scribitur* -cim- Greg. Tvr. Franc. 4, 9 p. 141, 3 Greg. M. dial. 1, 9, 2. *al.* Gloss. V 327, 38. 42 Not. Tir. 105, 57, -zim- Gloss. III 562, 14. *de notione* (*v. etiam p. 17, 4. 52*): Serv. georg. 2, 60 -us botryonis est pars (*sim.* Isid. orig. 17, 5, 14). Gloss. -us: *ἐπιφυλλίς. προφυὰς σταφυλῆς. βότρυς*. modicus ramusculus cum uvis. -um: butrionem, uvam. -i: uvae parvae. *al.* *legitur in versibus inde a* Bibac., Verg., *in prosa orat. inde a* Colvm., Plin. nat. **[***linguae roman. continuant solam formam* -īmus (*cf. l. 55 sqq.*): *ligur.* razimu, *trident.* razin, *venet.* arśìmo, (ar)zimo, *francog. vet.* roisin, raisin, *prov.* razim, *cat.* raïm, *hisp.* racimo; *sic., calabr.* racina *e francog. sumptum esse putat Rohlfs, Zeitschr. roman. Phil. 79, 1963, 397 sqq.; abiit in linguam q. d. mozarab.* račīm, rixmel *sim., arab.* (*Maghreb*) aretčum. *cf. M.-L. 6984 et Faré, Postille. Wartburg X 11 sqq. Coromines VII 54 sqq. Corominas-Pascual IV 746 sq. Schd.***]** [*restit. pro* ramus *p. 17, 47. 49.*]

*significatur fructus herbae in formam orbis vel uvae sim. dispositus, conglobatus*: **1** *c. respectu vitium, fere i. q. βότρυς*: **a** *proprie, sc. fere de uva* (*potius de acinis e. g. l. 75. p. 17, 6. 9; de uva passa p. 17, 2, labrusca l. 75, -is arte factis p. 17, 19*): **α** *generatim*: Bibac. carm. frg. 1 quem *Valerium Catonem* tres cauliculi, selibra farris, -i duo tegula sub una … nutriant. Verg. ecl. 5, 7 antrum silvestris raris sparsit labrusca -is. georg. 2, 60 turpīs avibus praedam fert uva -os, *si labor non*

*impenditur.* 2, 102 *te laudo,* tumidis bumaste -is. 4, 269 *apibus* proderit … admiscere … psithia passos de vite -os (Petron. 135, 8 vers. 14 p. uva -is). Hor. carm. 2, 5, 11 lividos distinguet autumnus -os purpureo varius colore (Porph. ⌞⟨in⟩ -is⌟ … non omnes simul acinos colorari [⌞ ⌟ *Meyer,* -us *et* -os *trad.*]. *item respicitur color*: Prop. 4, 2, 13 prima … variat liventibus uva -is. Ov. met. 3, 484 variis solet uva -is ducere purpureum … colorem. Mart. 8, 68, 3 purpureos … -os [CE 1559, 9 *Romae, saec. III/IV in.*]). Ov. ars 1, 57 Gargara ⌞quot segetes, quot⌟ habet Methymna ⌞-os⌟ (⌞ ⌟ *item* Pont. 4, 15, 9). 3, 703. trist. 4, 6, 9 tempus, ut extensis tumeat, facit, uva -is. Manil. 3, 663 pinguia … impressis despumant musta -is (*cf.* Calp. ecl. 1, 2 madidis incumbant prela -is). Colvm. 3, 6, 2 *si vitis* e duro virgam cum aliquibus -is citat. 3, 17, 3 *pampinus extra certas gemmas* perexiguos ostendit -os. Plin. nat. 14, 40 quando non -os, sed uvas alias gerunt *uvae bimammiae.* 14, 43 Alexandrina appellatur vitis … obliquis -is praedulcibus. Sil. 7, 208 lucentes sole -os. Stat. silv. 5, 1, 50 *ulmus* caris gaudet redimita -is. Mart. 3, 65, 3. 6, 49, 9 (*loq. Priapus*) si vel minimos … hoc de palmite laeseris -os, *poenas dabis.* Priap. 53, 1 contentus modico Bacchus solet esse -o. Avr. Fronto p. 60, 23 rancidos (*v. infra p. 72, 18*). *al.* *de -is arte factis*: Apvl. met. 2, 4, 9 credes … -os *lapideos* … agitationis officio *non* carere. Epist. Alex. p. 193, 3 *in regia Pori* vineam … solidam …, in qua folia aurea fuerunt -ique crystallini. **β** *speciatim de uva post vindemiam relicta* (*in compar. l. 27; in imag. v. l. 38*): Vet. Lat. Mich. 7, 1 (Ambr. paenit. 2, 8, 79, *sim.* Vvlg.) factus sum sicut qui colligit … -um in vindemia (*gr.* ἐπιφυλλίδα). Vvlg. lev. 19, 10 (*dominus ad Mosen*) neque in vinea tua -os et grana decidentia congregabis (*gr. v. p. 16, 26*). iud. 8, 2 nonne melior est -us Ephraim vindemiis Abiezer? Is. 17, 6 et relinquetur … sicut -us et sicuti excussio oleae (*in compar. ut*: Rvfin. Adamant. 2, 18 haec … ego velut -os … ab istis pessimis vindemiatoribus derelictos de apostolicis et euangelicis vocibus colligens [*gr.* ἐπιφυλλίδας]). Ier. 49, 9 si vindemiatores venissent super te, non reliquissent -um (*sim.* Abd. 5). *al. in script. sacris.*

**b** *tropice*: **α** *per meton.*: *pro vino sim.*: Ov. fast. 5, 343 donec eras mixtus nullis, Acheloe, -is, gratia sumendae non erat … rosae. *pro pediculo sim.* (*cf. l. 43*): Copa 21 sunt et mora cruenta et lentis uva -is et pendet iunco … cucumis. **β** *in imag. vel translate*: Cypr. epist. 37, 2, 2 vos *confessores* de domini vinea pingues -i et iam maturis fructibus botrui pressurae saecularis infestatione calcati. Vvlg. Ier. 6, 9 (*verba dei; spectat ad aβ*) usque ad -um colligent quasi in vinea reliquias Israhel. Macr. Sat. 5, 17, 4 non de unius *poetae* -is vindemiam sibi fecit *Maro.*

**2** *c. respectu aliarum herbarum vel arborum* (*fere i. q. corymbus l. 52*): **a** *proprie* (*hic illic dubitare possis, an adhibeatur metonymice pro pediculis inter se coniunctis, ut e. g. l. 45sq. 50sq.*): Plin. nat. 13, 50 vitiati aut vetusti eius pomi signum est decidisse candidam verrucam, qua -o adhaeserint (*de -o palmarum ut*: 16, 112 palma … in spathis habet fructum -is propendentem. *adde l. 51*). 13, 116 tragon et Asia fert sive scorpionem … ⌞ra⟨ce⟩mis⌟ rubentibus, ad medicinae usum (⌞ ⌟ *edd. sec. Diosc. gr. 4, 51* ῥᾶγες μικραί, πυρραὶ κτλ., *ut in contextu simili*: 27, 142 est … herba tragos … pusillis -is rubentibus grani tritici; … huius ra⟨ce⟩morum … cacumina *eqs.*). 15, 115 dependent alia *poma* pediculis, ut pira, alia -is, ut uvae, palmae, alia et pediculis et -is, ut hederae, sabuci (16, 146 -is in orbem circumactis, qui vocantur corymbi [*v. vol. IV 1081, 21sqq.*]. *ibid.* sparsior -us. 16, 151 signa *helicis candidae* … -i[s] stantes ac subrecti). 16, 154 *smilax* fert -os labruscae modo, non hederae, colore rubro. 19, 175 duo ⟨ex⟩ ea *ferula* genera, caules et -i. Carm. de mens. 2, 27 morus sanguineos praebet gravidata -os. Greg. Tvr. Franc. 4, 9 p. 141, 3 flores *sambucorum* … -orum grana, *sc. acinos,* dederunt. **b** *in imag.* (*meton. v. l. 42*): Coripp. Anast. 3 celsos nitor contingere ramos grandiaque a summis decerpere poma -is *te laudare temptans.*

*deriv.*: racemarius, racematus, racemo(r), racemosus, racemulus.

*compos.*: racemifer. *Malloch.*

**[racēmusculus** *falso pro* ramus- *ed. p. 68, 9.***]**

※**racha** (rac(c)a), ῥακά *vel* ῥαχά (*sumptum e linguis semiticis q. d.*). [*dial. it. mer.* racca *'vulgus, plebs rudis',* dir raca *'exsecrari'* (*sim. francog.* dire *vel* crier raca *alicui*). *cf. Battisti-Alessio V 3189sq. Wartburg X 11. Schd.*]

*vox contumeliosa significat fere i. q. '(homo) vacue, stulte'* (*cf. aram.* רֵיקָא, *syr.* raqa *et v. Jeremias, Theol. Wb. NT, VI 973sqq.; sic fere explicatur infra l. 75sqq.*): **1** *locus script. sacrae*: Vet. Lat. Matth. 5, 22 (cod. 3, *sim. al. et* Vvlg.; *loq. Christus*) audistis, quia dictum est ab antiquis 'non occides' …; ego autem dico vobis, quod … qui … dixerit fratri suo '-a' (*gr.* ῥακά [*var. l.* ῥαχά], cod. 1 -ca, 6 -chab), reus erit concilio, qui autem dixerit 'fatue' (*gr.* μωρέ), *eqs.*

**2** *cetera exempla*: **a** *explicationes sim.*: *per notionem vacuitatis*: Hil. in Matth. 4, 17 '-a' vacuitatis opprobrium est (*cf.* vacuus: Chromat. in Matth. 21, 2, 1 '-ca', id est vacue et inanis. Op. imperf. in Matth. 11 p. 690$^{med.}$ [*syn.* fatuus]. Alc. Avit. epist. 30 p. 13, 11 inanis aut v. [*postea*: cenos, *i.* κενός]. Gloss. inanis, v., vanus. *sim. al.*). Hier. nom. hebr. p. 63, 3 '-a' (-cab *var. l.*): vanus. in psalm. 7 p. 19, 14 pro inani.

*variae*: Iren. 2, 32, 1 *dominus iussit* non solum non male loqui de proximis, sed ne quidem -a et fatuum dicere aliquem. Rvfin. Basil. reg. 145 quid est '-a' (-c(c)a *var. ll.*)? provincialis … sermo est velut ⌞lenioris convicii⌟ (*gr. p. 1117*$^{A}$ ἠπιωτέρας ὕβρεως), qui domesticis … dici solet. Avg. de serm. dom. 1, 9, 23 *nonnulli putant* pannosum dici -a, quoniam graece pannus raccos (*i.* ῥάκος) dicitur; … *probabilius dixit mihi Hebraeus quidam* esse vocem … indignantis animi motum exprimentem (*sc. ut sit interiectio; sim.* doctr. christ. 2, 35. *al.*). Petr. Chrys. serm. 177, 6 '-a' … non est sermo, sed subsannantis affectus et iniuria, quae solet … obductu narium … fieri *eqs.* Salv. gub. 3, 13 '-a' quod genus sit contumeliae, multi nesciunt. *al.* **b** *meton. i. q. actio '-a' dicendi*: Hier. adv. Iovin. 2, 31 p. 328$^{B}$ niteris approbare convicium et homicidium, -a et adulterium … uno supplicio repensari.

**rachana** *v.* racana. *Davies.*

※**rachineburgius, -ī** *m.* [*orig. germ., ex* *ragin- *'consilium' (cf. got.* ragin *'opinio, sententia',* ragineis *'consiliarius') et* *burgjon- *'vas, fideiussor' (cf. theod. vet.* purgeo *'vas') compositum. Mei.*] *scribitur multis modis in codd., sc. pro* -chi- *etiam e. g.* -ci-, -che-, -chy-, -thi-, *pro* -ne- *etiam e. g.* -ni-, -n-, -m-, *pro* -burgi- *etiam* -buri-; *in cod. A4* (*saec. IX*) rationeb- *passim.*

*significatur iudex vel assessor quidam sec. legem Salicam* (*non nisi plur.; ad rem v. Geffcken, Lex Sal., 1898, 198sq. 213sqq., et Schmidt-Wiegand, Reallexikon der Germ. Altertumskunde XXIV, 2003, 47sqq.*): Lex Sal. Merov. 50, 3 grafio colligat secum septem -us (*sic*) idoneos et sic *eat ad casam debitoris. ibid.* -i adpretiatum pretium … de furtuna illius *debitoris* tollant. 56, 1 si quis …, quod ei a -is iudicatum fuerit, adimplere distulerit. 57, 1 -i in mallobergo sedentes. 57, 3 si … illi -i sunt et non secundum legem iudicaverint. *al. in eadem lege* (*v. indicem in ed. Eckhardt*$^{2}$*, p. 314*).

**rachna** *v.* racana. *Bl.*

**racho** *et* **ra(n)co,** -āre. [*vox onomatopoetica, cf. Walde-Hofmann II 414. Mei.*] *significatur actio sonandi tigridum propria* (*med. aevi est* racca(n)t Anth. 730, 5. 733, 17. 762, 49; *e coni. dub.* Hist. Avg. Geta 5, 5 leopardi rancant [*Peter,* rictant *trad.*]): Svet. frg. p. 247, 5 tigridum *est* rancare (rach- *al. var. ll.*). Gloss. I p. 92 tigrides rachare (*in enumeratione simillima* Gloss. Tolet. Festschr. Bieler, 1976, 154 racare). *Kruse.*

?**rachus** rabidus rabiosus calumniator Gloss. V 327, 32. *an* -us *corrupte pro* raucus, *ut susp. Goetz in indice? fort. contaminatae sunt glossae vocem q. e.* rabula *explicantes, cf. Gloss. IV 560, 20* rapula: rapidus rapiosus calumniator. *V 327, 29* rabula: raucus.

?**racia** id est nitrus Gloss. III 628, 44 (*sim.* 594, 50 rocia i(d est) n.; *praeterea per* n. rubeus *explicantur*: 575, 25 rica. 585, 42 ricior. 594, 46 ricor. 628, 33 rigor. 632, 51 riteur nitro rubio; *per* n. albus: 575, 43 ricus). *obscurum; fort. formae corruptae aliquo modo cum voce medii aevi q. e.* borax (baurac(h) *sim.*) *coniungendae, cf. e. g. Mittellat. Wb. I 1538, 38.*

**racīmus** *v.* racemus. **racina** *v.* racana. **raco** *v.* racho.

**raculārius** *v.* ?rabularius.

?**radagnē,** (-ēs) *f.* *scribitur* -dig- Gloss. III 574, 68. *nomen herbae, i. q. librace* (*v. vol. VII 2, 1345, 38sq.*): Gloss. III 542, 30$^{sup.}$ (*inter* vocabula herbarum) -e id est biblace (*sim.* 574, 68 viglace. Gloss.$^{L}$ I Ansil. ra 57 [med. p. 69] biblacae). *vocem cum* ῥοδοδάφνη *coniungit Goetz in indice; subesse vid. forma sermonis popularis propria* (ῥαδάχνη [ῥοδ-] *affert André, Les noms de plantes, 1985, 214; nescimus, ex quo glossario hauserit Du Cange, Gloss. gr. 1688, 1279* ῥαδάκνη· τὸ βλητόν). *Bl.*

?**1. radia,** (-ae) *f.* [*fort. orig. etrusc.; v. Breyer, Etrusk. Sprachgut, 1993, 297sqq. Mei.*] *nomen herbae, i. q. smilax* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 214*): Diosc. gr. Vind. 4, 142 σμῖλαξ τραχεῖα· οἱ δὲ ἠπατῖτις …, Ῥωμαῖοι μεργίνα, οἱ δὲ βούλουκρουμ λέντουμ, Θοῦσκοι ῥαδία.

**2. radia** *v.* 1. radius.

**3. radia** *v.* raia. *Grossardt.*

**[radiae** i(d est) cortices mali granatae Gloss. III 585, 43. *corruptum pro* rhoedion *sim., i.* ῥοΐδιον, *cf. e. g. Gloss. III 594, 31. 628, 20.***]**

**radiāns** *v.* radio. *Bl.*

**radiātilis,** -e. *a* radiare (radiatus). *i. q. radians, splendens*: Ven. Fort. Mart. 2, 286 *diabolus* sulphurea sub luce micans, -is umbra *eqs.* (*cf. 288* fulgidus, *290* coruscus). 4, 313 *manus Martini* spargens -e lumen (*cf. 312* lapidum splendore coruscans). *Malloch.*

※**radiātio,** -ōnis *f.* *a* radiare. [*confunditur in codd. c.* ratio *p. 19, 12 et saepe apud* Firm. math., *e. g.* 4, 16, 11 (*restit.* 1, 10, 10. *al., falso trad.* 2, 23, 6. *al.*).]

*i. q. emissio radiorum lucis vel splendor hac emissione effectus*

*[Bl.]*

*(plur. l. 5 et e. g. l. 9. 21); respiciuntur*: **1** *statuae deorum*: PLIN. nat. 36, 32 Hecate Ephesi in templo Dianae ..., in cuius contemplatione admonent aeditui parcere oculis, tanta marmoris -o est. ARNOB. nat. 6, 24 p. 338, 13 (*agitur de simulacris aureis et argenteis*) ut adesse vis ... in fulgoribus crederetur, quae ... mentes ipsas ... lucis -bus territaret.
**2** *stellae (saepe in locut., quibus indicantur vires, positiones, rationes mutuae sim. earum; praeter l. 12 apud* FIRM. math. *solum)*: *cum gen. indicante stellam*: FIRM. math. 1, 2, 4 Syrorum avarities lascivis Veneris -bus *non* temperatur. 1, 2, 7 Iovis ac Lunae bonis -bus. 1, 10, 6 quantacumque stellarum -e (2, 19, 9 sine societate vel -e malivolarum s. 4, 25, 4 ex singularum s. ra⟨dia⟩tione. *al.*). *al.* MART. CAP. 8, 868 *anno magno transacto Luna* planetarum isdem -bus (rationibus *var. l.*) sub eadem specie *contingit*. *cetera exempla* (*pauca selecta*): FIRM. math. 1, 10, 14 *tu, Luna,* augusta -e fulgescis (6, 2, 1 stellas ... a. maiestatis -e fulgentes). 2, 22, 4 trigona quaeris; haec est prospera felixque -o (4, 19, 31 p.-bus. 7, 24, 3. *al.*). 3, 1, 6 *Venus* Solem quadrata -e respiciens (6, 9, 1. *al.; respic. distantia inter stellas interposita, ut e. g.* diametra: 3, 2, 23. 4, 1, 10. *al.*; trigonica: 3, 2, 19. 6, 3, 5. *al.*; quaelibet: 3, 4, 35 ut Marti q. -e quolibet ex loco Venus se *opponat.* 6, 29, 5. *al.; sim. al.*). 3, 1, 7 se fatum hominis invenire non posse, nisi istae -es sagaci fuerint inquisitione collectae. 6, 15, 9 cum hos *planetas* ... nullis Iuppiter -bus mitigarit. *et saepissime* (*v. ed. Kroll-Skutsch-Ziegler, II p. 378sq.*). *Bl.*

**1. radiātus,** -a, -um. [*a* 1. radius; *scriptura* raiat- *l. 56 vulgaris est, cf. e. g.* Aiutor (*pro* Adiutor) *et Leumann, Gramm. 1977, 130. Mei.*] GLOSS.[L] II Philox. RA 9 -us: ἀκτινοφόρος. [*variat c.* radians *p. 26, 26.*]

*i. q. radios habens, radiis praeditus, vel e radiis constans, formam radiorum exhibens* (*hoc sub 1a et 2b [an etiam l. 75?]; accedit abl. indicans, unde constent radii, e. g. l. 47. 66, acc. q. d. graecus p. 20, 1*): **1** *respic. lux*: **a** *-a est ipsa lux*: *quam emittit sol*: ACC. trag. 584 Sol ..., quianam tam adverso augurio ... Thebis -um lumen ostentum tuum? ([ostentas *Heinsius*]. TRAG. inc. 48 vive, Vlixes, dum licet, oculis postremum l. -um rape. OV. met. 4, 193 forma colorque ... -aque l. *Solis dei. cf. l. 35*). GERM. 497 Phoebus -os extulit ignes. *quam reddunt varia*: SYMPH. 69, 2 (*cod. unus*) fulgor inest *mihi, i. speculo,* ... -a luce coruscans (= HIST. Apoll. rec. B 43; *cf. p. 26, 26*). CARM. de resurr. 218 -i luminis aurum.

**b** *-a sunt, quae lucem emittunt, luce circumdantur*: **α** *proprie, sc. respic. stellae earumve partes, attributa sim.*: *sol*: ACC. praetext. 28 orbem flammeum -um solis. LVCR. 5, 462 matutina rubent -i lumina solis (CIC. ac. 2, 126 s. ... magnitudinem, ipse enim hic -us me intueri videtur *eqs.* AVSON. 14, 1 [372 S.], 5). 5, 700 -um insigne diei. SEN. Herc. O. 1518 (= Phaedr. 678) -e Titan. AVSON. app. A6 Od. 3 (447 S.), 2 sol ... -os prompserat ortus (*sec. Hom. γ 3* ἠέλιος δ' ἀνόρουσε). DRAC. laud. dei 1, 223 -o vertice *solis.* *aliae* (*fort. huc locus obscurus* MART. CAP. 2, 204 *deos* diei noctisque septimo -os [*var. l.* septem *def. Lenaz, comm. 1975, 35 adn. 91*]): CIC. Arat. 392 *Navis sidus* medium ostendit -o stipite malum. COMPVT. Carth. 2, 8 lunaris ... curriculus ... rutilo lumine -us. **β** *translate*: ARATOR act. 2, 1102 mediis ... tenebris apparet -a fides *Pauli* (*cf. act. 27, 20sqq.*).

**c** *-a sunt arte facta radiorum lucis imagines praebentia* (*homo tale ornamentum gerens* HIST. AVG.): MART. 1, 70, 7 miri -a colossi ... moles. PLIN. paneg. 52, 1 horum unum si praestitisset alius, ... illi -um caput et media inter deos sedes auro staret. SVET. Aug. 94, 6 *vidit in somnio filium* cum fulmine ... Iovis ... ac -a corona (*cf. l. 75*). HIST. AVG. Gall. 16, 4 -us saepe processit. MARCELL. med. 20, 98 in lapide iaspide exculpe draconem -um, ut habeat septem radios. *forma* raiat- (*cf. l. 23*): LIB. pontif. p. 108, 14sq. (*describitur oratorium Hilari papae*) concas striatas duas cum columnas purphyreticas -as (*an c.* concas *iungendum?* raitas, ragiatas foratas *al. var. ll.*) aqua fundentes (108, 15) et in medio lacum purphyreticum cum conca -a (reiata, asata *var. ll.*) in medio aquam fundentem.

**2** *cetera exempla; respic.*: **a** *rota eiusve partes* (*in compar.* DIOM.): VARRO rust. 3, 5, 15 axis, qui pro mensa sustinet rotam -am (PROB. Verg. georg. 1, 163 *v. vol. X 1, 2368, 58*). DIOM. gramm. I 478, 6 *milites* in ... orbem coguntur, rotae scilicet similitudine se ventilantes, cuius ... canthus -us †luminibus (*an* hom-*?*) in angustum modioli circulum cohibetur. DRAC. Romul. 7, 84 -is orbibus actas ... rotas.
**b** *partes arborum, herbarum* (*e coni. dub.* ARNOB. nat. 2, 59 p. 134, 4 foliola -a [*Kirschwing*]): PLIN. nat. 16, 86 populorum foliis grandissima lanugo evolat candida et -a (candidae tradita⟨e⟩ *var. ll.*). 27, 36 (*describitur aster*) in cacumine *cauliculi* capitula stellae modo -a (*cf. Diosc. gr. 4, 119* φυλλάρια ἀστέρι ὅμοια). ZENO 2, 11, 3 folia -a procedunt *e vite.*
**c** *phoenix avis* (*ad rem cf. e. g. Plin. nat. 10, 3* plumeo apice, *Claud. carm. min. 27, 18sq.* sidus attollit cristatus apex): LACT. Phoen. 139 aptata est (*Ritschl, alii alia*; aequataque *al. codd.*) ... capiti -a corona phoebei referens verticis alta decus. AVSON. 15 (336 S.), 17 ales cinnameo -us tempora ⌞nimbo⌟ (*Scaliger*; nido *trad.*).

*deriv.*: *cf.* radio(r). *Davies.*

**2. radiātus** *v.* radio. **[rādīcābiliter** *in cod. rec. l. 17.***]**

**rādīcālis,** -e. *a* radix. [*francog. med.* racheau *'stipes',* rageau, rajal, rigault; rigeail *'radices herbarum agrestium inutilium'* (*item pict.* rižai). *cf. M.-L. 6991 et Wartburg X 17sq., qui seram vocem hisp.* raigal *'ima ligni pars igni concipiendo apti' a* raiz *ortam esse putat. Schd.*]

*i. q. radicis vice fungens* (*sensu translato; apud* AVG. *accedit ubique* [*etiam ad adv.*] tamquam *sim.*): AVG. bon. coniug. 24, 32 virtutem *oboedientiae* tamquam -em ... patres ... exercuerunt (*v. vol. VIII 483, 59sqq.*). c. Faust. 13, 12 *in ecclesia catholica* esse veram et ... quodam modo germanam atque -em christianam societatem (*cf. p. 43, 45sqq.*).

*adv.* **rādīcāliter.** *i. q. a radice, radicitus* (*sensu translato; ubique respicitur Adam, cf. p. 43, 27*): AVG. enchir. 14, 48 in uno homine originaliter atque, ut ita dixerim, -r totum genus humanum *damnatum est* (-cabil- *cod. unus*). gen. ad litt. 6, 9 p. 180, 25 in quo genus humanum tamquam -r institutum est. POMER. 3, 2, 2 posteritatem suam, quae in illo -r fuit, necessitati ... mortalitatis addixit. *Grossardt.*

area **rādīcāria** *nomen est loci urbis Romae* (*v. Rodríguez Almeida, Lex. topogr. urb. Rom., I² 119sq.; cf.* area pannaria *vol. X 1, 229, 70sq.*): FORMA urbis (CIL VI 29844) frg. 3 area -a. CVRIOS. urb. (= REG. urb.) 12 p. 92, 10 (*in regione XII*) ariam -am. *a* rādīx, *ut vid.* (*an propter radices ibi venditas? vix persuadet Rodríguez Almeida vocem a* 1. rădius *derivatam esse*).

**1. rādīcātus,** -a, -um *v.* radico(r). *Malloch.*

**2. rādīcātus,** (-ūs) *m.* *a* radicari (-are). *i. q. actio radices capiendi*: GLOSS. II 428, 10 ῥίζωσις: -s. *vix huc pertinet p. 24, 14.*

**rādīcēsco,** -ere. *a* radix. *i. q. radices capere*: SEN. epist. 86, 20 huius *vitis transferendae* capillamenta ... colligenda sunt, deinde liberalius sternenda vitis, ut etiam ex corpore -at.

**rādīcīna,** -ae *f.* [*a* rādīx, *ut* 2. rāpīna, farīna *a* rāpa, far, *cf. etiam nomina carnium ut* agnīna, porcīna *ab* agnus, porcus; *v. Leumann, Gramm. 1977, 327sq. Mei.*] *i. q. radix*: PELAGON. 27 gramen, quod in terra nascitur, id est -as ipsas, quas plerumque aratrum evertit, ... dare cotidie convenit (*Veg. mulom. 1, 56, 25* graminis radices). 91, 1 cucumerem salvaticum vel -as eius ... conteres (*Veg. mulom. 2, 131, 1* radices). 314 chamaeleontis -am combustam vulneribus sparges. ANTIDOT. Brux. 122 corticem -ae abellanae in vino terito. 126 -a ebuli sicca aut certe -a salicis coquitur in aqua.

**rādīcinus,** -a, -um. [*a* rādīx, *ut* cannabīnus, laurīnus *a* cannabis, laurus; *v. Leumann, Gramm. 1977, 321. Mei.*] *i. q. ad radicem (sc. raphanum, cf. p. 46, 1) pertinens; neutr. pro subst. significat oleum*: DIOSC. 1, 40 p. 25, 5 de -u (rafanino *var. l.; v. p. 78, 58*). *Grossardt.*

※**rādīcitus** *adv.* *a* radix (*item* AVG. gramm. p. 109, 18 M. *et* PRISC. gramm. III 78, 7). *inter adv. in* -us *terminantia afferunt* CHAR. gramm. p. 242, 11. PRISC. *loco cit. (simul* -u- *brevem testans). al.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 424, 3 excindit. ... funditus eruit. -s eripuit. GLOSS. -s: ῥιζόθεν. a radice. funditus. V 262, 12 ⌞ab⌟ stirpe: -s, funditus (⌞ ⌟ *Goetz,* ad *cod.*). *legitur apud* PLAVT. *p. 21, 36, postea in orat. prosa inde a* CATONE (*semel, ut e. g.* RHET. Her., VARRO rust., SEN. *rhet.*), CIC. (*quinquies*), SEN. *philos.* (*ter*), COLVM. (*octies*), *raro in versibus, sc. binis locis apud* CATVLL., LVCR., *singulis apud ?*VERG. (*v. p. 21, 1*), PROP., AVSON., PRVD., AVIAN. [*confunditur c.* radicibus (radix) *l. 72. p. 21, 3. al.*]

*est imprimis adv. locale significans actionem a radice vel a parte ima vel intima fieri, quo sensu saepe accedit ad verba extrahendi sim. (v. e. g. IA, IIA1c et cf. p. 22, 28sqq.); alio sensu locali, sc. de eis, quae potius in radice, ima parte fiunt, e. g. cum verbis inhaerendi vel infigendi p. 21, 30sqq.; quia autem ea, quae a radice extrahuntur, tota afficiuntur et saepe pereunt, haud mirum est* -s *etiam ad verba pereundi, perdendi sim. accedere (v. IB, IIA1b, IIB1) et amissa vi locali in adv. modale verti significans i. q. omnino, prorsus* (*v. maxime p. 21, 35. 22, 7 et cf.* fundi-, medulli-, peni-, stirpitus). *iuxta syn.* funditus *p. 21, 18. 42 et* PANEG. 12, 9, 5, penitus *p. 21, 32; gr. respondent adv.* ἄρδην *p. 22, 18 (fort. etiam* ῥιζηδόν *p. 22, 10), adi. praedic.* ὁλόρριζος *p. 22, 17,* πρόρριζος *p. 21, 8. al., ceterum e. g.* ἐκ ῥιζῶν *p. 22, 24,* ἕως πυθμένος *p. 22, 2.*

**I** *proprie vel in imag. refertur ad radices arborum vel herbarum*: **A** *cum verbis extrahendi, evellendi sim.*: **1** *varia exempla*: CATO agr. 50, 1 herbas ... malas omnis -s effodito (COLVM. 11, 3, 7 *veprem* -s effodere). CATVLL. 64, 108 *arborem* turbo ... eruit; illa procul -s exturbata prona cadit. COLVM. 2, 2, 11 exstirpandis -s arboribus et removendis ([-cibus *var. l. ut*: 2, 17, 4 herbas et ... arbores]. VLP. *p. 21, 13*). 4, 33, 4 quae (*sc. planta sim.*) -s exempta ... est (-cibus *var. l.*). 11, 3, 36 *petroselinum* si non totum -s tollas (arb. 6, 3 *vineam* matrem). AMM. 30, 2, 3 (*in imag.*) non posse semina -s amputari discordiarum. *al.* **2** -s

*[Davies]*

eruere: VERG. Aen. 5, 449 (*si recte legitur*) ut … concidit … ⌊-s⌋ eruta pinus (⌊ ⌋ *codd. R, V. al.* [*cf.* CLAVD. DON. *ad loc.* p. 474, 14 bene posuit '-s' *eqs.*], -cibus *M, P. al.; dissentiunt edd.*). PLIN. nat. 18, 243 herbas malas (*pendet e p. 20, 69*). 21, 62 PAVL. dig. 41, 1, 26, 1. AVIAN. fab. 16, 1 ⌊-s⌋ eruta quercus (-cibus *var. l.*). *al.* **3** -s vellere (a-, evellere): SEN. dial. 6, 16, 7 quas *arbores* aut ventus -s avolsit aut … turbo praefregit (MVTIAN. Chrysost. hom. 20, 1 p. 361[in.] *arbores infructuosae* -s avulsae [*gr. p. 143*[in.] *πρόρριζα*]). nat. 7, 5, 1 turbo … arbusta -s vellit (COLVM. 11, 3, 45 *asparagus* non erit decerpendus, sed -s vellendus. HIST. AVG. Prob. 19, 3 arbores validae … ⌊-s⌋ vulsae [⌊ ⌋ *edd.,* -cibus *codd.*]. MARCELL. med. 8, 64 millefolium herbam. *al.*). SVET. Vesp. 5, 4 cupressus … sine ulla vi tempestatis evulsa -s atque prostrata (VLP. dig. 47, 7, 7, 2 si quis arborem -s evellerit vel exstirpaverit. VVLG. Ezech. 17, 9. CASSIOD. in psalm. 48, 15 l. 240 *iumenta* herbas non -s evellunt, sed abscindunt ipsas potius summitates. *al.*).

**B** *cum verbis pereundi, delendi sim.*: COLVM. 6, 3, 1 *sentes tunc* recisi plerumque -s intereunt. SVET. Galba 1 silva omnis exaruit -s. FRONTO p. 232, 11 *ne* venti cuncta funditus percellerent, silvas et sata -s haurirent. PORPH. Hor. carm. 3, 25, 14 proceras arbores -s … vertere (*cf.* OBSEQ. 68 arbores -s et pleraque tecta eversa). QVODV. prom. 1, 36, 52 (*respic. exod. 10, 15*) locustarum multitudo vexans omnia -sque exterminans *eqs.*

**C** *cum variis verbis*: CATVLL. 64, 288 *Penios* tulit -s altas fagos ac … laurus *eqs.* (*i. totas, una cum radicibus; -s effossas sim. intellegit Kroll, comm. ad l., cf. sub A*; -cibus *Nisbet*). VARRO rust. 1, 35, 1 quod (quae *Keil*) iam egit radicem rosa[m], ea con⟨ci⟩ditur -s in virgulas palmares et obruitur. AVSON. 25, 12 (346 S.), 3 *vere primo* -s exigitur stirps (radicatus *var. l.*, radicata *coni. Green*). AVG. civ. 1, 20 p. 34, 28 quidquid humo -s alitur ac figitur (gen. ad litt. 3, 18 p. 83, 18 quae terra gignens -s alit). 11, 9 p. 473, 22 (*respic. gen. 1, 12*) quidquid ei *terrae* -s inhaeret (*sim. cum verbis infigendi l. 29 et* PS. PETR. CHRYS. serm. 53, 2 [*in imag.*] plantare pacem -s dei est, evellere penitus inimici. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 136, 9 quicquid terrae -s adfixum tenetur. *cf. p. 22, 6*).

**II** *translate refertur ad*: **A** *res*: **1** *incorporeas vel cuiuslibet generis*: **a** *varia exempla*: **α** *i. q. omnino, penitus*: PLAVT. Most. 1111 sq. omnia male facta vostra repperi -s, non -s quidem hercle, verum etiam exradicitus. EVSEB. EMES. serm. 29, 22 'altissima paupertas' (*II Cor. 8, 2*) -s eos nihil habere significat. **β** *i. q. a radice, sc. ab origine* (*in compar.*): AVG. c. adv. leg. 1, 23, 49 (*verba haeretici*) cum … creat *deus mala,* ipse illa de seipso tamquam -s generat?

**b** *cum verbis perdendi, delendi sim.*: RHET. Her. 4, 28, 38 rem p⟨ublicam⟩ -s evertisti, civitatem funditus deiecisti. FRONTO p. 153, 13 confusam … eloquentiam … subvertendam censeo -s. CONC.[S] I 5 p. 374, 30 *damnosa* capitula -s discerpere (*alteram vers. et gr. v. l. 66*). IV 1 p. 107, 30 quatenus Nestorii perfidiam … -s perderet *diaconus* (*alteram vers. et gr. v. l. 60*).

**c** *cum verbis extrahendi, excidendi sim.* (*huc pertinere vid. locus mutilus* PAP. Tjäder 8, 6 [*a. 564*] radici⟨t⟩us possit esse c⟨o⟩nputata [*v. comm. Tjäder p. 429 ad l.*]): CIC. dom. 34 videsne me -s non evellere omnis actiones tuas *eqs.*? (LVCR. 3, 310 nec -s evelli mala *ex animis* posse putandumst. LACT. ira 21, 6 *deus* non utique evellit iram -s, sed temperavit. CONSVLT. Zacch. 3, 8, 3 evulsis -s fraudibus *antichristi*. GILD. Brit. 69 chron. III p. 65, 8 memoriam malefacti de corde. GREG. TVR. vit. patr. 17 a pectoribus ipsa -s credulitatis fundamenta. *al.*). fin. 2, 27 *cupiditas* tollenda est atque extrahenda -s (Tusc. 2, 13 *philosophia* extrahit vitia -s et praeparat animos ad satus accipiendos *eqs.* nat. deor. 1, 121 ex animis hominum … religionem). Tusc. 1, 111 hanc excutere opinionem mihimet volui -s. SEN. dial. 5, 42, 1 purgemus … mentem et extirpemus -s *vestigia irae* ([*postea*: ex toto removeamus]. LACT. inst. 6, 14, 8 *morbos animi.* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 227, 3 quatenus mala doctrina Nestorii -s … extirpetur [*Migne gr. 77, 339*[A] *πρόρριζον. v. et supra l. 45*]). LACT. inst. 2, 6, 10 omnes religiones -s eruisti. epit. 26, 6 *sine scientia* philosophia -s amputatur (COD. Iust. 2, 57, 1 [*a. 342*] formulae. FIRM. err. 6, 9 hoc malum *Bacchanalium.* COD. Theod. 12, 14, 1 irenarcharum vocabula. CASSIAN. inst. 7, 21 conl. 16, 6, 4. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 65, 4 *capitula quaedam* -s amputare [*gr. I 1, 7 p. 77, 8 πρόρριζα. v. et supra l. 44*]. BENED. reg. 33, 1 hoc vitium … de monasterio. *al.*). *al.*

**2** *corporeas*: **a** *partes corporis animantium* (*huc spectare vid. locus lacunosus* SEN. contr. 10, 4, 2 extirpentur -s [*v. vol. V 2, 1927, 76 sq.*]; *verrucas v. p. 22, 4 sq.*): PROP. 3, 7, 51 huic *homini submerso* fluctus vivo -s abstulit ungues. TERT. nat. 1, 8, 5 tali membro desecto, vastato ipsius animae organo ⟨e⟩t utique -s caeso (*item agitur de lingua*: COD. Theod. 10, 10, 2 [*a. 319?*]. PANEG. 2, 44, 1 erui. PASS. Macc. 10, 17 ⌊secari -s⌋ [*gr. ἐκτεμεῖν*]. PRVD. perist. 10, 891 *medicus* linguam … detrahat -s. GREG. M. dial. 3, 32, 1 abscidi. *al.*). PLIN. phys. Bamb. 20, 5 (*antea p. 24, 27*) in loco evulsorum -s pilorum. PALLAD. hist. mon. I 11, 2 p. 261[D] aurem sinistram *sibi* -s … secuit (*gr. p. 33, 8 ἕως πυθμένος*). 26, 6 p. 292[A] ut naturalia ipsius putrefacta -s caderent. **b** *varias*: *c. respectu partis infimae*: PLIN. nat. 22, 61 verrucas … heliotropium -s extrahit (*i. ut totae tollantur; sim.* CASS. FEL. 12, 2 *verrucae* putrefactae cadunt -s). GREG. M. dial. 2, 9 *lapis* inmobilis mansit *monachis eum movere conantibus,* ac si -s in terra teneretur. *fere i. q. omnino*: AMM. 29, 5, 13 clades … fundi Petrensis excisi -s. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in II Petr. 3, 5 p. 37, 15 post quos caelos -s amputatos novos caelos *futuros esse* (*gr. ῥοιζηδὸν παρεληλυθότας, sed versum esse vid. ῥιζ-*).

**B** *animantes* (*homines eorumve coetus praeter l. 22*): **1** *c. respectu mortis vel excidii*: LVCR. 3, 877 *homo mortem suam meditans non* -s e vita se tollit et eicit, sed facit esse sui quiddam super (CIL I[2] 887 [*in glande plumbea; a. 49 a. Chr.?*] pertinacia vos radicitu⟨s⟩ tol⟨l⟩et). LACT. inst. 7, 26, 4 genus omne impiorum -s interibit (AMM. 23, 5, 20 *interierunt* -s, quae vexabant *Romanos*; devicta est … Carthago *eqs.* HIER. interpr. Iob 4, 7 [*gr. ὁλόρριζοι*]. ORIG. in Matth. 17, 25 p. 653, 21 [*gr. ἄρδην*]). FILASTR. 119, 2 (*sec. deut. 18, 19*) si quis eum *prophetam* non audierit, -s eradicabitur. AMM. 31, 5, 12 *Teutones bello* -s exstirpati. CASSIOD. Ios. antiq. 6, 261 p. 170 prolem … ⌊-s evellendam⌋ (*gr. διαφθαρήσεσθαι*). *in interpr. allegorica loci biblici*: VEREC. in cant. 4, 17 (*spectat ad exod. 29, 18. 25*) in quo *homine* fuerit superbiae aries … divinis ignibus -s sufflamatus. **2** *vario respectu*: VET. LAT. Iob 31, 12 (cod. 91. *al.*) *libido* ubicumque introierit, -s disperdit (*gr. ἐκ ῥιζῶν,* HIER. interpr. -s perdet, *Vulg. aliter*). HERM. vulg. mand. 9, 9 *dubitatio* multos -s evellit a fide (*sim.* Pal. mand.; *cf. gr. πολλοὺς ἐκριζοῖ ἀπὸ κτλ.*).

*appendicula iuncturarum potiorum (verbalium; aliter* -s … nihil *p. 21, 38); accedit ad verba*: **1** *extrahendi, abscidendi sim.*: amputare *p. 21, 63. al.* (*v. vol. I 2024, 37 sqq.*), caedere *p. 21, 72* (*cf.* abscīdere *p. 21, 75,* excīdere *l. 8 et* COD. Iust. 5, 70, 7, 8), eruere *sub IA2 et p. 21, 62. 73,* ex⟨s⟩tirpare *l. 19. p. 21, 13. 58. 69,* extrahere *l. 4. p. 21, 55,* tollere *l. 13. p. 20, 74. 21, 55,* vellere *p. 21, 8 (cf.* avellere *p. 21, 6,* evellere *p. 21, 12. 49. al. [v. vol. V 2, 1011, 40]), sim. al.; nota verbum cognatum* eradicare *l. 19.* **2** *varia selecta*: cadere *l. 3. 5,* interire *l. 15. p. 21, 17,* vertere *p. 21, 19* (*cf.* evertere *p. 21, 20. 42,* subvertere *p. 21, 43*).

*compos.*: eradicitus (exr-). *Davies.*

**rādīcla** *v.* radicula.

⊠**rādīcor,** -ātus sum, -ārī *et* **rādīco,** -āvī, -ātum, -āre. *a* radix. GLOSS. V 512, 17 -tum: firmatum, fundatum. 556, 48 -atur: firmatur. *legitur apud scriptores rerum nat. vel rust. (sub IA1 tantum), sc. fort.* COLVM. *l. 55 (cf. l. 70), certe* PLIN. nat., PALLAD., *ceterum in sacris script. et apud Christ.; formis act. non ambiguis inde a* VET. LAT., *v. IA1c et IB nec non p. 23, 17. 65. 24, 28.* [*it.* radicare, *pict.* riger, rižé, *prov. vet.* razigar, *aquitan.* (*Périgord*) reijá, *hisp., port.* arraigar. *cf. M.-L. 6992 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3193. Cortelazzo-Zolli*[2] *1307. Wartburg X 18. Machado*[3] *I 314. Schd.*]

**I** *usu communi*: **A** *intrans., i. q. radices capere, agere* (*multa, quae hic ut depon. afferuntur, etiam sensu mediopass. q. e. radicibus figi intellegere possis; cf. formas act. transitivas sub B allatas. part. perf.* -tus *vergit ad sensum adi. q. e. radicem habens e. g. l. 72 sqq. p. 23, 2. 46. gr. resp. fere ῥιζοῦσθαι vel ῥιζοῦν, alia p. 23, 21. 24, 8*): **1** *pro subi. sunt herbae, arbores sim.* (*in imag. l. 64. p. 23, 3; huc rettulimus etiam homines, qui herbae sim. esse dicuntur, e. g. l. 69* [*paulo aliter p. 23, 33*]):
**a** *formae variae depon. vel ambiguae*: COLVM. 4, 2, 2 veteres vineas mergis propagare … Atticus praecepit, quoniam mergi mox facile -entur (*Sobel,* redigentur *trad.*), ita ut quae⟨que⟩ vitis suis radicibus tamquam propriis fundamentis innitatur. PLIN. nat. 13, 36 *palma* arbor strata in solo umido tota -atur, sed in frutices, non in arborem. 18, 51 frumenta multis -antur fibris sine ramis. 19, 99 (*antea*: quae rectam non habent radicem) bulbi … non nisi in rectum -antur. 19, 157 incurvato cacumine alicuius rami cum attigit terram, statim -atur *ruta.* COLLECT. Arian. hom. 4, 1 *semen* caelesti imbre perfusum … -atur et crescit (*sim.* 22, 5 sicut semen … -atur et crescit [*seq. l. 67*]). ISID. orig. 17, 5, 2 vitis dicta, quod vim habeat citius -andi. *in imag.*: VET. LAT. Sirach 3, 30 (Ps. Aug. spec. 34 p. 458, 8) frutex … peccati -bitur in illis *superbis* (*gr. 3, 28 ἐρρίζωκεν,* rec. Vulg. *in var. l.* -bit [*codd. cet.* eradicabitur]). COLLECT. Arian. hom. 22, 5 (*antea l. 62*) ita et semen verbi dei … -atur et crescit in cordibus. AVG. serm. 47, 17 l. 492 (*respic. Matth. 13, 24 sqq.*) triticum esses et eodem agro *cum zizaniis* -reris, eadem pluvia rigareris. **b** *part. perf.* (*non iam legitur* COLVM. arb. 20, 3 -ta semina, *v. p. 39, 8; e coni. dub. p. 21, 28*): PALLAD. 3, 10, 1 plantam generosae vitis prius in seminario nutrire debebis, ut inde -ta transferatur ad scrobem (3, 18, 1. 3, 19, 2 [*cf. fort. Colum. 5, 10, 6* si cum radice p. posueris]. 3, 25, 2). 3, 10, 2 post biennium -tas vites vel arbusculas transferes (3, 10, 3). 3, 10, 7 incisum -tum sarmentum (*antea*: s. … radices creabit. *cf. p. 23, 6*). 11, 14, 14 viridi ac -ta

[*Grossardt*]

canna (11, 17, 1). AMBR. epist. 6, 34, 3 in paradiso et lignum vitae -tum *esse* et lignum scientiae. AVG. in epist. Ioh. 3, 12 omne, quod -tum est, nutritur calore solis. *al.* *in imag.*: VVLG. Is. 40, 24 neque plantatos *iudices* neque satos neque -to in terra trunco eorum repente flavit in eos *deus.* AVG. bapt. 3, 19, 26 p. 218, 1 *ut Cyprianus* esset in vite dominica -tum sarmentum fructuosum. in Matth. 11, 3 *catholici mali non* inter zizania (*v. Matth. 13, 25sqq.*), quoniam illa extra -ta sunt, ... numerantur. FORT. Aug. c. Fort. 14 (*spectat ad Matth. 3, 10. 15, 13*) *apparet* arborem esse -tam (GREG. M. moral. 22, 17 illa a. alte -ta [*i. Paulus apostolus*]).
**c** *formae act.* (*adde var. lect. p. 22, 66*): VET. LAT. IV Esdr. 8, 41 sicut ... *non* omnia, quae plantata sunt *ab agricola,* -bunt (-buntur *al. var. ll.*). APON. 3, 17 *arbusculae transplantatae* penitus -are aut vivere nequiverunt.

**2** *pro subi. sunt varia* (*sc. usu translato; saepe alluditur ad usum sub 1 illustratum*): **a** *animantes eorumve partes, animi sim. vel coetus* (*fere homines [Sapientia per prosopop. l. 17]; Christus l. 36, diabolus l. 39, animal l. 38*): **α** *loci script. sacr.*: *act.*: VET. LAT. Sirach 24, 16 (*loq. Sapientia*) -vi in populo honorificato (erad-, radificavi *var. ll.; gr. 24, 12 ἐρρίζωσα*). *part. perf.*: VET. LAT. Eph. 3, 17 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *vos* in caritate -ti et fundati (*gr. ἐρριζωμένοι*). Col. 1, 23 (Act. Archel. 39, 10) permanete in fide fundati et -ti et immobiles ab spe euangelii (*gr. ἑδραῖοι, cod. 75. al. et Vulg.* stabiles). 2, 7 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) in ipso *Christo* ambulate, -ti et superaedificati in ipso et confirmati fide (*gr. ἐρριζωμένοι*).
**β** *cetera exempla*: Ⓘ *indicatur, ubi quis -etur, sc.*: *in re vel loco*: AMBR. epist. 2, 7, 5 *sapiens* manet perfectus in Christo, fundatus caritate, -tus fide (*sim.* -tus in fide: patr. 5, 27 [*antea*: fidei radice] sicut est ... ecclesia -ta atque fundata in f. in psalm. 118 serm. 5, 5, 1 -tus atque fundatus ... in f. Christi. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 13, 4 [*Migne gr. 78, 981*[B] *ῥιζωθέντες*]. *et saepius; cf. l. 20*). HIER. in Eph. 3, 16 p. 490[C] *nos* -ti et fundati in caritate (PS. PAVL. NOL. epist. app. 1, 3 AVG. bapt. 2, 7, 11. *al.; cf. l. 19*). RVFIN. Orig. in num. 23, 11 p. 221, 29 non est mens tua fixa et -ta in desideriis terrenorum. PAVL. NOL. epist. 19, 2 (*antea: cum* in arborem tuam, *episcope,* videamur inserti) *ut* in via pacis -ti bonae olivae germina *essemus.* AVG. bapt. 1, 17, 26 *spiritales homines* fortissimo caritatis robore -antur. *al.* *in homine (Christo l. 37) eiusve animo sim.*: AMBR. inst. virg. 1, 7 *Christus* -tus et fixus in cordibus nostris. in psalm. 35, 18, 5 ut stes -tus et plantatus in Christo (sacr. 5, 3, 17. *cf. l. 22*). HIER. in Is. 6, 14, 28 l. 43 G. in cogitationibus nostris semen colubri -atur. in Matth. 21, 21 cum *diabolus* ... in ea *anima hominis* fuerit -tus. AVG. civ. 21, 12 p. 514, 14 *Adam* cum ea, quae in illo fuerat -ta, sua stirpe punitus est. Ⓘⓘ *non indicatur, ubi*: AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 21, 2 -tus atque fundatus adversus omnes passionum fluctus inmobilis perseverat. RVFIN. Orig. in lev. 16, 5 p. 501, 10 *iustus* confirmatus ... et tutus et -tus habitat super terram. AVG. epist. 87, 9 (*v. vol. X 2, 484, 15*). in epist. Ioh. 2, 9 quomodo ... -amini, ut non eradicemini? serm. 162A, 7 dicant *Donatistae* nos praecisos et dicant se esse -tos.

**b** *res (pro subi. est enunt. secund. c.* ut *l. 60. indicatur fere, ubi quid -etur; sine tali indicatione e. g. l. 63. 66):* *corp.*: AMBR. hex. 5, 10, 31 ut quasi -tam mari haerere videas *navem pisciculo retentam* (*sim.* ISID. orig. 12, 6, 34). *incorp.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 38, 2 verbum dei ... in timore sancto melius statuitur, fortius -atur (6, 28, 1 -tum ... v. atque depressum et infixum mentibus nostris. COLLECT. Arian. hom. 4, 1 *v. dei* -atur in cordibus singulorum [*antea p. 22, 62*]). AVG. in epist. Ioh. 2, 9 quomodo ... -bitur caritas inter tanta silvosa amoris mundi? (8, 9. *sim.* -antur aliae virtutes: CHROMAT. serm. 2, 2 ut -ante in nobis iustitia dignos fructus fidei afferamus. PETR. CHRYS. serm. 61, 2 [*antea*: sicut radix alte fixa *eqs.*] fides sic -ta pectoris in profundo *eqs.*). 8, 9 -ta est cupiditas? (*item* -antur vitia *sim.*: PETR. CHRYS. serm. 162, 8 cum *avaritia* -ari coeperit in corde. SIDON. epist. 5, 10, 4 fixum est -tumque pectoribus humanis, ut, qui non intellegunt artes, non mirentur artifices. FERREOL. reg. 39, 15 -ta in eis *monachis* praesumptio). OROS. hist. 2, 17, 17 *Athenienses intellexerunt* cuncta ..., quae foris geruntur, internis esse -ta et emissa principiis. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 92, 5 pacem, quae bene fuerat -ta, firmari (*gr. I 1, 4 p. 5, 15 καλῶς ῥιζωθεῖσαν*). p. 106, 15 reliquiae rectae fidei per vestrum sacerdotium -bunt (*cod.,* -buntur *Schwartz*). CHRYSOST. hom. V 751[A] (Sacris Erudiri 16, 1965, 328 l. 33) inveterata ... et -ta multi temporis opinio (*gr. 1 l. 32 ῥιζωθεῖσα*). CASSIOD. inst. 1 praef. 2 quod memoriae sinibus -tum constat infigi. *al.*

**B** *trans. (refl. p. 24, 11), i. q. radicibus instruere* (*sc. non nisi translate vel in imag., ut significet fere i. q. stabilire, figere [saepius indicatur, ubi vel cui homini]; huc activa tantum recepimus, v. p. 22, 48*):
**1** *pro obi. sunt res*: *variae*: AMBR. in psalm. 35, 4, 4 *Christus* servus ad operandum, dominus ad imperandum, ut regnum deo in hominum mentibus -ret (*nisi* r. *casu nom. accepto locum ad A2b trahas*). AVG. c. Iulian. 3, 13, 26 cur ignis iste vitalis bellum in homine -verit, ut eo caro concupiscat adversus spiritum. CONC.[S] II 5 p. 33, 12 aeternam vobis gloriam -astis. EVSEB. EMES. serm. 27, 9 (*spectat ad Matth. 10, 29*) ut propositio paternae dilectionis ... -ret adhortationem (indicaret *var. l.*). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 110, 35 intus plantasti et -asti perniciem. GREG. M. moral. 24, 14 *diabolus* verba ... dei de cordibus hominum molitur evellere atque in eis ... blandimenta -are. germina (*in imag.*): CASSIOD. hist. 2, 6, 4 *Ariani* volentes ... zizaniorum g. -are (*i. sententias haereticas; gr. Theodoret. 1, 8, 4 παγιῶσαι*). **2** *pro obi. sunt animantes*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 105, 8 quo possimus ... eos, qui ab incepta stabilitate desistunt, -are (*Schwartz,* dirudicare *trad.*). GREG. M. in Ezech. 1, 7, 10 l. 241 *Christus* nostris se mentibus invisibiliter -vit.

**C** *part. perf.* ※**rādīcātus,** -a, -um *pro adi.* (*de notione v. p. 22, 39 et* SYNON. accusat 82 firmum, stabile, certum, fixum, -um, fundatum *eqs.* GLOSS.[L] I Ansil. CA 1039 [*vix ad p. 20, 27*] caudicatus: -us. *in interpr. nominis viri* HIER. nom. hebr. p. 11, 13 Sutalam: -us): *de gradu posit. v. p. 22, 50.* *compar.* -ior: RVFIN. Orig. in Rom. 5, 1 l. 15 ut ... -iore erga eum *Christum* fide et inseparabili caritate teneamur. *superl. deest.*

**D** *appendicula ad I*: **1** *syn. potiora*: (con)firmare *p. 23, 22. 43. 64,* (in)figere *p. 23, 36. 52. al.,* fundare *p. 23, 19sq. 25sqq. al.* **2** *opp.*: eradicare *p. 23, 45,* evellere *l. 5,* praecidere *p. 23, 45.* **3** *indicatur, ubi vel cui homini quid (quis) -etur, per* in *c. abl. p. 23, 4sq. 19sqq. et saepe, per casus e. g. l. 1. 11 (pron. refl.). p. 22, 69, per adv. e. g.* extra *p. 23, 7,* intus *l. 4; quo per* in *c. acc. p. 22, 60; quo eventu, sc. quid e radice nascatur, per* in *c. acc. p. 22, 58; quali radice per abl. p. 22, 59; quam alte, quam firmiter per adv.* alte *p. 23, 9,* bene *p. 23, 63,* fortius *p. 23, 51.*

**II** *usu deflexo i. q. eradicare*: PLIN. phys. Bamb. 20, 5 ad pilos *oculorum* -andos (erad- *cod. Cass.*): fellis vitulini *tantum eqs.* (*postea p. 21, 75*). GLOSS. V 290, 39 eruncare: eruere, -are. GLOSS.[L] V Aa R 20 -tum (⟨e⟩rad- *ed.*): a radice vulsum.

*deriv.*: 2. radicatus (-ūs).

**rādīcōsus,** -a, -um. *a* radix. *i. q. radicibus abundans*: PLIN. nat. 16, 151 quamquam omnium hederarum generi -a bracchia, huic *candidae* tamen maxime ramosa ac robusta (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 18, 9 πολύρριζος ... ἅπας κιττός*).

※**rādīcula,** -ae *f.* *a* radix *deminutive.* *scribitur in codd. saec. VI/VII* radicul- ORIBAS. syn. 3 add. Aa p. 918 *et* 7 add. Aa p. 185 (*locis exscriptis e* CELS. 5, 27, 9 *et* 5, 28, 14[D]), radicl- *p. 25, 8; in recentioribus* radicul- *saepe,* radicl- SERV. auct. georg. 3, 451 PELAGON. 84, redicul- GLOSS. III 574, 64. *legitur apud* LAEV. *et* CIC. *et inde a* CELSO, COLVM. *praecipue apud medicos et scriptores rerum rust.* [*it.* radicchio *'cichorium intibus', ligur.* (*Genuae*) reìgua *'talea', langob.* (*Brixiae*) redìč *'raphanus', venet.* (*Tarvisii*) raičo, *tusc.* radicchia, *sard. centr.* raigla, arikrárja *'raphanus sativus'* (*item sard. mer.* arraíga, arr(e)íga), *raet. occ.* (*Poschiavo*) ridìč, *raet. or.* ardile, radigle *'elleborus'. cf. M.-L. 6996 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3193. Wagner II 333. Schd.*] [*confunditur in codd. c.* radix CELS. 6, 7, 7[C] COLVM. 5, 5, 5. PS. APVL. herb. 32 l. 7 (*var. l.* radicem *praefert ed.*).]

*fere i. q. radix parva* (-a *et* radix *in contextu alternant l. 55. 57. 75*): **1** *proprie significatur infima pars stirpis* (*tota herba per synecdochen saepe sub b*): **a** *generatim respicitur*: **α** *usus*: *in medicina*: LAEV. carm. frg. 27, 4 philtra omnia undique eruunt: antipathes illud quaeritur, ... -ae, herbae, surculi *eqs.* CIC. div. 2, 135 secundum quietem visus ei *Alexandro* dicitur draco ... -am ore ferre ..., eius autem esse vim *vulneris sanandi* ...; emissi sunt, qui illam -am quaererent (*de eadem 2, 141* radicem). CELS. 4, 24, 1 *qui alvo laborat,* mali Punici tenues -as colligat ...; eas ... decoquat *eqs.* SCRIB. LARG. 9 pyrethri -am (*v. vol. X 2, 2787, 44; item* PS. THEOD. PRISC. add. p. 277, 27 [*12* radicem]). PLIN. nat. 20, 80 *brassicam prodesse* praecordiis crudam ex aceto ac melle ..., laseris -a sumptam (*inde* GARG. MART. med. 30, 6 -is laseris). PELAGON. 84 -as draconteae (uncias) II (*inde Veg. mulom. 2, 130, 1* radicis d.). *al.* *in cibis*: COLVM. 7, 9, 7 (*de cibo suilli pecoris*) profuit ... dulcis eruisse -as aquatilis silvae. 12, 7, 4 *oportebit* paucas -as laseris ... adici. 12, 48, 1. 12, 48, 4 cum -as *inulae* diligenter eraseris, minute concisas ... macerato (12, 58, 2 c. -as *holeris atri*). **β** *qualitas, incrementum*: COLVM. 3, 15, 5 quod illa *vinacea* provocent et eliciant novas -as (4, 1, 2). 4, 8, 4 *non* tam celeriter -ae *vitis* inveterato iam codice enascuntur. 5, 9, 5 cum iam -ae seminum convaluerunt. 11, 3, 43 -as sic ... connexas holitores sphongeas appellant (*i. -as asparagi ut*: 11, 3, 45 teneris -is). PLIN. nat. 26, 37 gaeum -as tenues habet (PS. APVL. herb. 9 l. 11 paucas et tenuissimas). 27, 92 albas, molles. **γ** *cultura, imprimis recisio*: COLVM. 4, 8, 1 opus *ablaqueationis* adapertas ostendit aestivas -as *eqs.* 4, 8, 2 -as praecidere. 5, 6, 7 ne adhuc tenerae brevesque -ae ulmorum convellantur. 11, 3, 31 ut ... omnis -as *porri* amputes. *al.* PALLAD. 3, 20, 2 *amputandae sunt* -ae (*Colum. 11, 2, 19* aestivas radices). 11, 5, 1 hae -ae non ad siccum debent recidi (*antea*: radices).

[*Grossardt*]

**b** *speciatim respiciuntur certae quaedam herbae* (*sive significantur per synecdochen totae herbae, sive pars infima stirpis earum; vox vel sola ponitur vel ita determinatur, ut ad appellationem propriam pertinere vid.; v. André, Les noms de plantes, 1985, 214*): **α** *raphanus*: *in medicina*: CELS. 1, 3, 22 qui mane vomiturus est, ante bibere mulsum … aut esse -am debet (4, 4. 5, 27, 12$^{C}$. 5, 28, 12$^{H}$). 2, 29, 1 alvum movent panis fermentatus …, portulaca, -a, capparis *eqs.* 2, 33, 1 semen erucae, nasturcii, -ae (6, 7, 8$^{B}$. *al.; cf.* ANON. med. ed. Piechotta 138 s. de radicla). 4, 12, 10 -ae sucus. *al.* SORAN. p. 61, 4 -arum reiectatione (*gr. p. 111, 31 ῥεφανίδων*). *al.* *in cibis*: CELS. 2, 18, 5 ex holeribus valentior rapa … quam pastinaca vel quae specialiter -a appellatur. 2, 21 (*inter cibos* mali suci) siser, -a, rapa *eqs.* 2, 22, 2 *acria sunt* sinapi, -a, intubus *eqs.* AVG. c. Faust. 2, 5 in porris -isque. **β** consiligo (*quae vox in contextu deest e. g. l. 17*; -a consiliginis *l. 20, cf.* radix c. *Colum. 6, 14, 1 Pelagon. 205, 3 Veg. mulom. 4, 13*): COLVM. 6, 5, 3 praesens … remedium *adversus pestilentiam boum* cognovimus -ae, quam pastores c. vocant (*inde* PALLAD. vet. med. 5, 5 PELAGON. 22). 6, 5, 4 facto foramini *auriculae* praedicta -a inseritur. 7, 5, 14 inserta … -a, quam veterinarii c. vocant (*inde* PALLAD. vet. med. 32, 1). 7, 10, 7. VEG. mulom. 1, 12, 2 (*v. vol. X 2, 2598, 24*). 4, 3, 12 -am herbae c., quam alii pulmonariam vocant, alii tantum -am. *al.; ad eandem herbam refert André, Rev. Ét. Lat. 32, 1954, 179 etiam* SERV. auct. georg. 3, 451 ('helleborosque graves') herba, quae et -a dicitur, quae animalibus prodest. **γ** *struthium*: PLIN. nat. 19, 48 (*inde* 1, 19, 18) quae vocatur -a, lavandis demum lanis sucum habet (*postea*: strut⟨h⟩i⟨o⟩n Graeci vocant. *huc spectat*: 24, 96 [*inde* 1, 24, 58] -a …, quam struthion … vocari diximus). 25, 52 farina … mixta -ae, qua lanas diximus lavari. 29, 39. *iunctura* -a lanaria (*varie depravantur syn.* struthion, citocacia): GLOSS. III 542, 26 -a l. id est tritio, id est citicia (*sim.* GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RA 77 [med. p. 69]). 574, 64 -a laniaria id est truccio.

**2** *translate significatur infima pars*: **a** *tumoris*: CELS. 5, 28, 14$^{D}$ acrochordon si excissa est, nullam -am reli⟨n⟩quit ideoque ne renascitur quidem; thymio clavoque excissis subter rotunda ⌊-a⌋ nascitur, quae penitus descendit ad carnem (⌊ ⌋ *inde* ORIBAS. syn. 7 add. Aa p. 185).
**b** *capilli*: CELS. 6, 4, 3 cum paulatim summa pellicula excisa est, adaperiuntur pilorum -ae. *Grossardt.*

**radignē** *v. ?*radagne.

※**radio,** -āvī, -ātum, -āre *et* **radior,** -ātus sum, -ārī. *a* 1. radius (*item* EVTYCH. gramm. V 450, 18 [*inter verba I$^{ae}$ coniug.*]; *prius occurrit part. praes.* -āns *pro adi. [cf. e. g.* gemmāns, stellāns; *v. Leumann, Gramm. 1977, 583], postea ceterae formae*). *de formis (v. etiam p. 27, 3 sqq.): inter* verba activa ⌊*I$^{ae}$ coniug.*⌋ CHAR. gramm. p. 474, 11 (⌊ ⌋ *ita etiam l. 38 et* VIRG. gramm. epit. 8, 2, 6); *in var. ll. codd. medii aevi occurrunt hic illic aliae formae, sc. maxime* -iens (APVL. mund. 29 p. 355 OPT. PORF. carm. 13, 8 ARATOR act. 1, 186. *al.*), *ceterum* -iebat AMBR. incarn. 5, 41, -iebunt PELAG. in I Cor. 3, 13 p. 144, 1. *de notione* (*addе l. 66*): GLOSS. -o: ἀκτινοβολῶ. -at: splendet. inlustrat, splendit. micat vel inluminat. -atur: inluminatur. -tus: inluminatus (*cf. p. 19, 25*). *legitur apud veteres in versibus, sc.* -ans *inde a* CIC. Arat., CATVLLO, LVCR., VERG., *ceterae formae inde a* PROP. (*v. cap. alterum*); *frequentius apud* OV. (*16$^{ies}$*), GERM. (*novies*), SIL. (*13$^{ies}$*), STAT. (*sexies*). *rarius in prosa orat. inde a* SEN. *philos. et* COLVM. (*singulis locis*), PLIN. nat. (*14$^{ies}$*); *saepe apud Christ. inde a* TERT., CYPR. [*val.* rǎzá, *it.* raggiare (*vet.* razzare), *pedem.* rajé, *raet. occ.* (*Engadin*) razzer *'magna vi pluere', tusc.* (*Pisis, Lucae*) raźźà *'plantas circumsecare', francog. vet.* raier, *vasc.* (*Béarn*) arrayá, *prov.* raiar, *cat.* rajar *'fluere', hisp.* rayar, *port.* raiar. *cf. M.-L. 6989 et Faré, Postille. Tiktin-Miron$^{3}$ III 302. Battisti-Alessio V 3197. 3214. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1312. Wartburg X 15 sq. Machado$^{3}$ V 33. Schd.*] [*falso trad.* -at(us) MANIL. 4, 780 (radicis *coni. Housman*).]

**CAPVT PRIVS:** *part. praes.* ※**radiāns,** -antis *pro adi., i. q. praeditus radiis (sc. lucis), nitens, splendidus, praeclarus sim.* (*syn.* coruscus *p. 26, 22; disting.* color -s *ab aliis coloribus p. 26, 3 sq.; gr. resp. ἐκλάμπων p. 26, 71, cf.* PASCHAS. verba patr. 52, 4 -em [*gr. 20, 7 ἔλαμψε*]. *exempla certiora usus verbalis v. sub cap. altero, e. g. p. 27, 41. 28, 10*). *compar.* -ior VEN. FORT. Mart. 1, 138. 3, 387; *superl. solum e coni. dub.* INSCR. Année Épigr. 1998 n. 1044 (*e Pann. Sup., non ante saec. III$^{2}$*) soli … ra⟨dia⟩ntissimo (*i. deo, sc. dedicatum?*). GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RA 70 sq. -s: micans. resplendens.

**I** *proprie vel in imag.* (*in compar. e. g. p. 26, 8; etiam ea attulimus, quorum forma similis est rebus luminosis, sc. sculpturam p. 26, 16, notas p. 26, 51; v. etiam p. 26, 44*): **A** *-es sunt res* (*addidimus sub 1 animantes pro sideribus positos*): **1** *corpora caelestia eorumve attributa*:
**a** *quaelibet*: CIC. Arat. 172 sub pedibus … -is Aquari. frg. 9 uno mentum *Draconis* -i sidere lucet (LVCR. 4, 213. OV. met. 7, 325 -ia … micabant s. CLAVD. DON. Aen. 9, 15 p. 188, 15 s. suo quaeque splendore -ia). VERG. Aen. 8, 23 -is imagine lunae (*item de luna*: PETRON. 89 vers. 55 -i face. EPIST. Alex. p. 199, 14 -es ortus). OV. met. 9, 272 astris. fast. 5, 165 ora micant Tauri septem -ia flammis. CALP. ecl. 1, 78 placida -em luce cometem (placidum -i *al. var. ll.*). PLIN. nat. 2, 79 suus … cuique color est: Saturno candidus …, Mercurio -s …, Soli, cum oritur, ardens, post -s (*disting. etiam* clarus, igneus, candens, refulgens, blandus). STAT. Theb. 6, 385 (*si huc spectat*) *Apollo* Nemeen -e per aethera (aera *var. l.*) saltu … venit (*cf. 388* clara … etiamnum semita lucet). APVL. mund. 29 p. 355 stellis (PS. AMBR. laps. virg. 7 fueras ut s. -s in manu domini. CYPR. GALL. gen. 16 s. tremulo -es lumine). Socr. 2 p. 121 Arcturum … aliosque itidem -is deos. *al.* **b** *sol* (*adde l. 4 et cf. l. 24. p. 25, 65*): CIC. Arat. frg. 23 hoc motu -is (*sc. solis, v. gr. 151 sq.*). CATVLL. 63, 39 oris aurei sol -bus oculis lustravit aethera. OV. epist. 8, 105 equis. OCTAVIA 3 surgit Titan -e coma. VAL. FL. 5, 408 -is … ora dei. STAT. Theb. 1, 28 licet *Sol* … tuis alte -em crinibus ⌊arcum⌋ imprimat, *Domitiane* (⌊ ⌋ SCHOL. circulum, in quo sol suos cursus *diurnos* explet. *an potius lucem quasi coronam impositam, ut ad 3 pertineat?*). DAMIG. lapid. praef. p. 233 solem -em *in lapide sculpendum. al.*

**2** *arma, insignia militaria sim.* (*cf. l. 59*): VERG. Aen. 8, 616 arma … posuit -ia (SIL. 12, 561. AMM. 18, 8, 4 -ium a. splendore). OV. met. 13, 105 nitor galeae claro -is ab auro (PANEG. 7, 6, 2 auro gemmisque). SIL. 4, 326 *Hannibal* -em tegminis orbem extulit (STAT. Ach. 1, 852). AMM. 25, 1, 1 -es loricae … et corusci thoraces. *al.*

**3** *lux, splendor sim.* (*cf.* color -s *l. 3 sq.; addasne l. 15?*): OV. trist. 2, 325 ut … trahunt oculos -ia lumina solis. MANIL. 5, 512 (*respic. ornamenta templorum*) gemmarum … -es lucibus ignes. SYMPH. 69, 2 (= HIST. Apoll. rec. A 43) fulgor inest *speculo* intus -i luce coruscus ([radiata … coruscans *al. var. ll.; cf. p. 19, 34*]. EPIST. imp. Honor. et Theod. [Migne 48, 380$^{A}$, *a. 418; in imag.*] catholicae simplicitatis l. puro semper splendore -em [*sim.* SALV. eccl. 2, 48 *in caelis* l. … puniceo semper splendore -em]). NOVELL. Theod. 1, 1, 1 (*in imag.; antea*: in apertum lucemque) nominis nostri -e splendore.

**4** *varia*: OV. ars 3, 451 templis multo -bus auro (AVIEN. orb. terr. 378 t. … niveo -ia dente. INSCR. christ. Diehl 1756, 1). met. 4, 637 frondes auro -e nitentes (SACERD. gramm. VI 503, 12). 6, 720 vellera … nitido -ia villo (VAL. FL. 8, 461). MANIL. 4, 806 rubri -ia litora ponti. SEN. epist. 115, 7 divitiarum -ium splendor. PLIN. nat. 33, 101 duo eius *alabastri sunt* genera …; horridior est mas … minusque -s (*item de lapidibus, gemmis sim.*: 37, 93 *carbunculos* pinnato fulgore -es. 37, 146 *aspisatim* argentei coloris, -em. *al. in eodem libro.* PS. QVINT. decl. 13, 3 calculos. PANEG. 2, 4, 4 -ium metalla gemmarum. *al.*). PS. QVINT. decl. 9, 17 -es marmore columnae. APVL. flor. 3, 11 vestis … tactu mollis, purpurā -s. OPT. PORF. carm. 1, 17 -bus intus, *sc. in libro*, … scriptis (*propter atramentum aureum vel argenteum, v. Ishøy, Class. et Mediaev. 54, 2003, 335 sq.; sed de forma versuum intextorum cogitat Polara, comm. ad l.*). INSCR. Tripol. 467, 9 (*saec. IV$^{1}$*) statua⟨m⟩ marmoream suo, *i. Constantini,* numine -em (RVFIN. Adamant. 3, 13 *s.* fulgore artis ac metalli -em [*cf. gr. ἀνδριαντοποιὸς … στιλβώσας τὸν ἄργυρον ὄντα … φαιδρόν*]). HIER. epist. 64, 20, 3 *euangelia* domini luce -ia (*in imag. de scriptis ut*: TAVRENT. epist. ad Ruric. 3 p. 444, 30 verba *tua* propheticā claritate -ia … fulserunt). GREG. TVR. glor. mart. 59 -bus cereis. *al.* *-es sunt notae radios habentes*: HIER. praef. Vulg. psalm. p. 3, 11 signa -ia, id est vel obelos vel asteriscos.

**B** *-es sunt animantes eorumve partes, aetas* (*v. et p. 25, 70*): SEN. Herc. O. 1239 -e (radiata *var. l.*) clarum fronte … caput *cervi* (*sc. cornibus aureis conspicuum*). Tro. 1035 gregis ductor -e villo aureo. COLVM. 7, 12, 4 glaucis oculis *canis* acri lumine -bus ([candentibus *var. l.*]. *item de oculis*: CLAVD. carm. min. app. 7, 6 -ia lumina ferro *Martis*). VAL. FL. 8, 257 rosea -e iuventa *Iasonis et Medeae.* SIL. 2, 166 -is tegmina laevae ([laenae *var. l.*]. *respic. corpus armis tectum ut*: AMM. 16, 10, 8 ordo geminus armatorum … corusco lumine -s). CE 1109, 9 (*Romae, saec. I$^{2}$?*) vidi sidereo -em lumine formam *iuvenis mortui* aethere delabi. PASS. Macc. 4, 9 angelici equites igneo fulgore -es armorum etiam instructi specie (*gr. 4, 10 περιαστράπτοντες τοῖς ὅπλοις*). CLAVD. carm. min. app. 2, 97 flavicomis -ia tergora *leonis* villis. IVLIAN. in Am. 1 praef. coetum *prophetarum* siderea luce -em. VEN. FORT. Mart. 1, 138 (*in imag.*) *Hilarius* gemmifer eloquiis, -ior ore lapillis. *al.*

**II** *translate de hominibus vel rebus praeclaris, eminentibus sim.*: *pendet abl. causae*: OPT. PORF. carm. 13$^{a}$, 8 virtus *Constantini* vigore -s (EVCHER. laud. her. 42 *fundatorem monasterii* apostolici spiritus v. et vultus [vultu *var. l.*] -em). CONC.$^{S}$ II 3, 1 p. 49, 20 (*ad episcopum*) tuae sanctitati -i … honestate vitae *eqs.* (*gr. II 1, 1 p. 74, 23 ἐκλαμπούσῃ … ἐπὶ κτλ.*). VEN. FORT. Mart. 4, 707 vir -s meritis. *cetera exempla*: MAR. VICTOR. aleth. 3, 372 (*respic. gen. 12, 15*) pharao -is imagine formae *mulieris* ductus inardescit. ENNOD. dict. 12, 1 p. 461, 15 litteris. VEN. FORT. vita Albin. 4, 6 vitam. *al.*

*[Davies]*

**CAPVT ALTERVM:** *usu v e r b a l i significat intransitive (v. IA et II) i. q. r a d i o s e m i t t e r e v e l r a d i o r u m f o r m ā e m a n a r e, transitive (v. IB) i. q. r a d i i s p e r c u t e r e.* *inde a* PROP. *occurrit usus i n t r a n s.* (*maxime act., sed depon. inde ab* OV., GERM., TAC., *v. l. 34. 52. 56. 63. 70. p. 28, 38. 29, 3, quibus addas* [*nisi pass.*] APRING. in apoc. 4, 8 l. 167. 21, 11 l. 305. 21, 21 l. 492); *p a s s. inde a* LVCANO *p. 28, 63, act. t r a n s. inde a* CYPR. *p. 29, 19.*

**I** *usu c o m m u n i respicitur lux, color* (*cf. caput prius; -ant tam ea, quae lucem ex se edunt, quam ea, quae lucem aliunde acceptam reddunt; -at ipsa lux, sc. quasi radiorum modo emissa, l. 71sqq. p. 28, 39sqq. 29, 19sqq. al.; saepissime accedit abl. causae lucem aliudve significans, v. p. 29, 55; gr. resp.* καταυγάζειν *p. 29, 21. 25*): **A** *i n t r a n s i t i v e* (*accedit acc. obi. interni l. 66*): **1** *v a r i a e x e m p l a*: **a** *p r o p r i e*: **α** *-ant a n i m a n t e s vel partes, aetas eorum* (*v. etiam l. 31; aliter l. 54*): (I) *p r o p t e r e a, q u a e g e s t a n t, quibus induuntur*: PROP. 4, 1, 27 infestis miles *non* -bat i n a r m i s (SIL. 8, 466). SIL. 4, 154 colla viri fulvo -bant … torque. 16, 354 cinyphio rector, *i. auriga,* c o c c o -bat (17, 395). HIER. epist. 22, 28, 3 digiti de anulis -ant. CLAVD. carm. min. 30, 4 solitam … rubro -are mari … reginae … comam (*i. gemmis inde collectis*). CYPR. GALL. iud. 350 (*sec. 7, 20*) *milites faces portantes* noctem multo -antes lumine vincunt. (II) *p e r s e*: OV. am. 3, 3, 9 -ant ut sidus ocelli *puellae* (*item -ant o c u l i*: PLIN. nat. 11, 151 nocturnorum animalium … in tenebris fulgent -antque oculi. SIL. 2, 586 sanguinea -bant lumina *anguis* flamma). BVC. Eins. 1, 44 (*fort. de Homero*) alba … caesaries pleno -bat honore. PLIN. nat. 10, 43 *pavo* expandit colores, adverso maxime sole, quia sic fulgentius -ant. SIL. 3, 629 *Domitiane,* siderei … -bunt tempora nati *tui mortui* (*vergit ad l. 30sqq.*). 15, 141 (*de prodigio*) effulgens … visus *est* anguis … ardenti -are per aera sulco. HIER. epist. 51, 7, 4 fulsit facies *Mosi* valde et -bat veluti fulgor aut sol. PELAG. in II Cor. 3, 10 p. 248, 3 (*respic. Matth. 17, 2*) *Iesus* splendore solis visus est -asse. *al.*

**β** *-ant res* (*adde* nomen *intextum p. 28, 30*): (I) *c a e l e s t i a (sc. maxime sidera) eorumve attributa vel ipsum c a e l u m* (*etiam animantes pro sideribus positi; cf. l. 25*): OV. carm. frg. 1 Pleiades … septem -are feruntur. MANIL. 1, 321 s t e l l a …, in media -at (-ans *var. l.*) quae maxima fronte *Coronae* (GERM. 208 LACT. inst. 2, 9, 14). GERM. 60 -atur Serpentis decline caput. 633 totis -at membris miserabile s i d u s *Engonasin* (TERT. apol. 11, 6. *al.*). frg. 4, 124 cum *Mercurius* vasti calida -bit sede Leonis (rabiabit *al. var. ll.*). *al.* COLVM. 10, 289 Phoebe purpureo -at vultu. CYPR. ad Donat. 14 sponte s o l -at (eleem. 25. PANEG. 3, 22, 4 ab eorundem astrorum regione. CASSIOD. in psalm. 100 concl. l. 248 circuli pulchritudine). FIRM. math. 8, 22, 1 quicumque habuerint horoscopum *talem* …, -ante Saturno *erunt* nautae, piscatores *eqs.* CYPR. GALL. exod. 615 croceo -vit vesper ab axe. GREG. M. moral. 2, 57 l. 26 (*respic. exod. 13, 21, cf. p. 29, 4*) columna nubis, quae … splendore ignis … in nocte -bat. *al.* (II) *a q u a e, l o c a, f l o r e s*: OV. epist. 18, 77 unda repercussae -bat imagine lunae. SEN. Herc. O. 626 aurato flumine clarum -are Tagum (*item propter m e t a l l a*: CLAVD. 5, 181 [*179 armorum* nitor] *Sperchius* amnis … et nemus Oetaeum -at. 20, 260 aquas -are metallo). STAT. Theb. 1, 209 *deis in atria caeli convocatis* -ant maiore sereno culmina. CLAVD. 3, 209 -ant flores et prati viva voluptas. *al.* (III) *m e t a l l a e t q u a e e x e i s c o n s t a n t, e i s o r n a t a s u n t* (*cf. l. 45sqq.*): OV. met. 2, 4 argenti bifores -bant lumine valvae. 11, 115 *Midas* si postibus … admovit digitos, postes -are videntur. Pont. 3, 4, 103 scuta … et galeae gemmis -entur et a u r o (CALP. ecl. 7, 48 balteus *amphitheatri* en gemmis, en illita porticus a. certatim -ant. IVV. 6, 205 lance beata 'Dacicus' et scripto -at 'Germanicus' a. [-ans *var. l.; explicat* SCHOL. solidi ita signati, qui … novae nuptae dantur]. TAC. dial. 20, 7 *templa* marmore nitent et a. -antur). SIL. 2, 211 -vit … umbo (*sim.* 9, 109). STAT. Ach. 1, 861 adverso -vit lumine ferrum (*i. gladius*). MART. epigr. 2, 3 feri -bant atria regis (*i. domus aurea Neronis*). 8, 50, 5 (*de phiala*) vera minus flavo -ant electra m e t a l l o (INSCR. christ. Diehl 1784, 1 aula dei claris -at speciosa metallis [*2* micat]). TERT. idol. 18, 7 quale aurum de capite *Christi* -ret, nisi *eqs.*? HIER. epist. 3, 6 coruscа … metalla (*v. vol. X 1, 2598, 22*). CLAVD. 1, 232 strictas … procul -are secures. DRAC. Orest. 253 (*de veste*) aurea purpureo -antur fila colore. *al.* (IV) *l a p i d e s, g e m m a e e t q u a e e i s o r n a t a s u n t* (*addas l. 52sq.*): PETRON. 135, 8 vers. 2 *in casa* non … fulgebat ebur … nec … -bat marmore terra. PLIN. nat. 37, 103 (*accedit acc. obi. interni*) unam *lychnidem gemmam,* quae purpuram -et, alteram, quae coccum (purpura … cocco *var. l.*). 37, 130 *paederos* Pontica … mollius -at. *al. in eodem libro.* IVV. 6, 381 -ant testudine tota sardonyches (*sc. in digitis fidicinae*). RVT. NAM. 2, 68 levi -at picta nitore silex. APRING. in apoc. 4, 3 l. 47 lapis … iaspis … fulgore -atur (*postea pro syn.* clarescere, praefulgere). *al.* (V) *l u x, f u l g o r*: SEN. Phaedr. 770 f u l g o r, teneris *iuvenum* qui -at genis, momento rapitur (EVSTATH. Basil. hex. 2, 5, 10 [*ad gen. 1, 2*] desuper). HIER. in Matth. 21, 15 l. 1375 igneum … quiddam atque sidereum -bat ex oculis eius *Iesu* et divinitatis maiestas lucebat in facie.

et cauliculos … profudit. 8, 3, 12 si … -es arborum … non ex terrae proprietatibus sucum capiendo ederent fructus *eqs.* TERT. adv. Prax. 8, 5 (*in compar.*) protulit … deus sermonem … sicut -x fruticem et fons fluvium *eqs.* *al.* **γ** esse, fieri (*etiam subaudiendorum*): GERM. 338 vivida *sata* firmat, at quibus … *est* languida -x, exanimat *Canis* (*item indicatur, qualis sit -x alicui herbae*: PLIN. nat. 19, 48 semen ei *struthio* nullum, -x magna. *al.*). COLVM. 11, 3, 46 ut … relaxata humo plenioris crassitudinis fiat -x *asparagi* (PLIN. nat. 21, 104 e folio eius *herbae* -em fieri ac sic eam nasci). PLIN. nat. 19, 98 hortensiis omnibus fere singulae -es, ut raphano, betae *eqs.* VET. LAT. gen. 40, 10 (Ambr. Ioseph 6, 29; *de somnio*) *erant* in vite … tres -es (*gr. πυθμένες, cod. 101. al.* fundi, *Vulg.* propagines). *al.*

**b** -x (initia -um *l. 20*) *pro obi. (subi. in struct. pass.) est verborum capiendi, habendi, agendi, porrigendi sim.* (*exempla selecta inde a* COLVM.): CATO agr. 51 eos *pullos arborum* in terram deprimito extollitoque primorem partem, uti -em capiat (52, 1 *bis.* 133, 1. 3. PLIN. nat. 17, 123 cum pali defixi -es cepissent. 17, 135. 204. *cf.* VLP. dig. 47, 7, 3, 3 cum nulla arbor proprie dicatur, quae -em non conceperit). 133, 3 uti *arbores* -es bene habeant (VARRO rust. 1, 14, 1 COLVM. 2, 11, 4. *al.; cf.* PLIN. nat. 16, 152 [*antea p. 24, 32*] *hedera candida* totidem initia -um habet quot bracchia). VARRO rust. 1, 35, 1 egit -em rosa (1, 37, 5 *platanum* -es … *tot* cubitorum egisse. OV. met. 4, 254 COLVM. 2, 10, 24. *al.* GAIVS dig. 41, 1, 7, 2. *al.*). 1, 40, 4 quo latius aut -es facilius mittit *planta* (COLVM. 5, 10, 13 omnis … nux unam -em mittit. *al.* HIER. in Os. 10, 3 l. 101. *al.; sim.* emittere: COLVM. 3, 18, 6 -es e capite. 5, 10, 13 *v. p. 66, 74*; immittere: VLP. dig. 6, 1, 5, 3). VERG. georg. 2, 31 caudicibus sectis … truditur e sicco -x oleagina ligno. OV. met. 10, 491 (*Myrrha in arborem mutatur*) ruptos … per ungues porrigitur -x. COLVM. arb. 7, 3 ne in summo -es vitis citet. PLIN. nat. 13, 32 inde … spargitur -x (24, 178). 18, 51 -em crassior pars grani *hordei* fundit, tenuior florem, ceteris seminibus eadem pars et -em et florem. POMPON. dig. 47, 7, 6, 2 si arbor in vicini fundum -es porrexit, recidere eas vicino non licebit. *al.*

**c** *abl.* -e, -bus (*etiam c. praepos.*): **α** *aliquid -e figitur, innititur sim.*: CIC. fin. 5, 33 videmus ea, quae terra gignit, corticibus et -bus valida servari. nat. deor. 2, 120 *stirpes* e terra sucum trahunt, quo alantur ea, quae -bus continentur (*cf.* OV. met. 14, 292 *moly* nigra -e tenetur. STAT. Theb. 6, 856 veluti … cupressus … vix sese -e tenens). COLVM. 4, 2, 2 ut … vitis suis -bus … innitatur ([*v. p. 22, 56*]. *cf.* niti: PLIN. nat. 27, 85 una -e. PALLAD. 2, 14, 3 rafanus nititur in -e *lactucae* [*antea p. 46, 10; ad rem v. ed. Martin, 192 sq.*]). LVCAN. 1, 138 quercus … *non* iam validis -bus haerens. GAIVS inst. 2, 74 si modo *planta* -bus terram complexa fuerit (ARNOB. nat. 5, 12 sŏlum -e). CYPR. mortal. 12 arbor, quae alta -e fundata est, ventis … non movetur (unit. eccl. 5 robur *arboris* … tenaci -e fundatum. 9 solida -e. OPTAT. 2, 9, 2. 6, 8, 4). AVG. civ. 12, 26 p. 552, 30 *terra* germinibus erumpentia promovet et fixa -bus continet (serm. 214, 2 Rev. Bénéd. 72, 1962, 15 l. 31). *agitur de hominibus vel rebus in arbores sim. mutatis*: OV. met. 1, 551 pes *Daphnes* modo tam velox pigris -bus haeret (9, 351). 2, 349. 4, 269 *Clytie* -e tenetur. 15, 562 *hasta Romuli* -e nova … stabat. **β** *aliquid ex -e generatur, pullulat sim.* (*exempla selecta inde a* VITR.): VARRO ling. 7, 4 (*in compar. c. origine verborum*) si non norim -es arboris, … *possim tamen* dicere pirum esse ex ramo, ramum ex arbore, eam ex -bus, quas non video. rust. 1, 2, 9 *agricola diligens* effodiebat circum arbores, e -bus quae nascerentur (PLIN. nat. 16, 134 arbores … tribus modis nascuntur, sponte aut semine aut ab -e. *al.* PALLAD. 3, 18, 6. *al.; sim.* renasci: 17, 149 ab -e. GAIVS dig. 50, 16, 30 pr. ex stirpibus aut -bus). VERG. georg. 2, 17 pullulat ab -e aliis *arboribus* densissima silva, ut cerasis ulmisque (PLIN. nat. 17, 65 GELL. 8, 4 tit. AVG. in euang. Ioh. 81, 1 de viva -e. *al.; sim.* repullulare: PLIN. nat. 16, 241 e -bus). VITR. 7, 5, 3 *pinguntur* surgentes ex -bus … ⌊flores⌋ (*Krohn,* plures *codd.*). CVRT. 6, 5, 14 *ex ramis insitis terrae* velut ex alia -e laetiores virent trunci. COLVM. 4, 22, 6 e -bus novellos prorumpentis caules. PLIN. nat. 23, 21 -x *vitis albae* alba, grandis …; ex ea caules … exeunt (23, 125. 27, 56 ab una -e [*Theophr. hist. plant. 4, 6, 6 ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς*]. 27, 78. PRIAP. 68, 21 -x, de qua flos aureus exit). *al.* *oritur aliquid ex -um plantis*: PLIN. nat. 16, 72 omnes *atiniae* … -um p. proveniunt, reliquae *ulmi* semine (17, 58. 17, 64 semine et a -e plantā).

**2** *cetera exempla* (*pauca selecta post* OV.): CATO agr. 61, 1 (*antea p. 36, 57*) in -es vires oleae abibunt *male arante agricola.* CATVLL. 62, 52 ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo … iam iam contingit summum -e flagellum …, sic *eqs.* LVCR. 1, 352 *v. p. 63, 22.* CIC. nat. deor. 2, 29 in arborum … -bus inesse principatus putatur. VARRO rust. 1, 9, 2 ut *sol* -es satorum comburat. 1, 45, 2 venenum … *est* gelum -bus tenellis. 1, 45, 3. VERG. georg. 2, 292 (*inde* PLIN. nat. 16, 127) quae *aesculus* quantum vertice ad auras aetherias, tantum -e in Tartara tendit (-em *var. l., ut loco sim.* Aen. 4, 446). 2, 318 rura gelu tum claudit hiems, nec semine iacto concretam patitur -em adfigere terrae. CVLEX 280 imam viridi -em moverat alte quercus humo *Orpheo canente.* OV. met. 4, 126 madefacta … sanguine *Pyrami* -x purpureo tingit pendentia mora colore. MANIL. 4, 655 *Arabiam* terram … ferentem delicias variaeque novos -is odores. VITR. 2, 9, 7 quae pars *arboris* est proxima terrae, per -es recipiens … umorem. SEN. contr. 9, 6, 9 venena statim ⟨a⟩ -bus pestifera sunt. SEN. benef. 3, 29, 5 tolle -em, nemora non surgent. epist. 58, 14 quaedam solo adfixa -bus aluntur, crescunt. 90, 21 quo solutior terra facilius pateat -bus. COLVM. 2, 13, 2 si -es eius *viciae* … inaruerunt, sucum omnem solo auferent. 3, 12, 2 *humum* praebere rimas, quibus sol ad -es stirpium penetret. 5, 8, 7 quercus … excisa -es noxias oliveto relinquit. PLIN. nat. 18, 165 tenue solum hordeo dabitur, minus enim alimenti -x poscit. 19, 33 *miraculum est* aliquid … vivere sine ulla -e; tubera haec vocantur *eqs.* 22, 24 praestantissima *glycyrrhiza* in Cilicia … -e dulci et hac tantum in usu. STAT. silv. 5, 1, 152 qualiter … pinus … iam -e soluta deficit. PS. APVL. Ascl. 4 *genus* omnium …, quae in terra -um stirpiumque incolumitate vivescunt. *al.*

**B** *respicitur tractatio -um vel arborum, herbarum sim., ad quas pertinent, in agri cultura sim.*: **1** -x (*vel* -is bulbus *sim.*) *ponitur pro obi. acc.* (*subi. in struct. pass.*): **a** *quaelibet exempla*: CATO agr. 49, 2 usque -es *vineae* persequito (*al., v. vol. X 1, 1690, 55. 1694, 47*). 61, 2 diligenter eximere semina et … -es quam plurimas cum terra ferre. *ibid.* ubi -es bene operueris, calcare bene (PLIN. nat. 17, 139. 18, 322). 114, 1 eas -es *contusas veratri atri* dato circum vitem et stercus vetus et *alia* … circumdato -es vitis. 161, 4 fossulas facito, qua -es asparagi demittas. COLVM. 4, 32, 2 seritur bulbus -is *harundinis* (PLIN. nat. 17, 196 vivam -em *vitis* serito [*Cato agr. 33, 3* viveradicem]). 10, 123 holeris pulli -x … ponitur (PLIN. nat. 17, 86 -es inflexas poni melius). 12, 58, 3 siseris -em … condire. *al.* PLIN. nat. 17, 259 ablaqueatis (*v. l. 66*). *al.* **b** *-es secantur, necantur sim.* (*sc. de industria; imprudenter v. sub c*): CATO agr. 61, 1 qui oletum saepissime et alt⟨issime miscebit, is tenu⟩issimas -es exarabit. 114, 1 earum *vitium* -es circumsecato et purgato (*cf.* praesecare *vol. X 2, 835, 19 sq.*; resecare: COLVM. arb. 5, 3 PALLAD. 2, 14, 1; secare: PLIN. nat. 18, 172 *vomer* -es herbarum secans). VARRO rust. 1, 29, 1 *oportet* -es, quae in summa terra sunt, praecidi (*al., v. vol. X 2, 430, 34 sqq.; cf. alia compos. e. g. l. 44 et* PLIN. nat. 17, 254 circumcidisse. 18, 177 intercidantur. POMPON. dig. 47, 7, 6, 2 recidere [*v. p. 37, 31*]). SEN. epist. 86, 17 arborum truncos … *agricola* transtulit, amputatis -bus (COLVM. 11, 2, 19. *al.* PLIN. nat. 17, 238 QVINT. inst. 10, 7, 28. *al.*). COLVM. 2, 1, 6 perruptae … aratris -es herbarum (2, 4, 1). 2, 2, 24 ut … summae -es vitium olearumque vomeribus rescindantur. 11, 3, 11 ut … -es herbarum necentur (PLIN. nat. 18, 45. 176). PLIN. nat. 19, 107 extirpatis -bus herbarum. 19, 109 sarculo leviter convelluntur -es *porri,* ut delumbatae alant *eqs.* *-es inciduntur ad sucum excipiendum*: PLIN. nat. 12, 127 excipitur sucus *galbani* inciso caule messibus, -e autumno (20, 254. *al.* PLIN. med. 1, 13, 4). **c** *-es laeduntur sim.*: CATO agr. 49, 2 caveto, ne -es *vineae* saucies. 161, 2 ne in sariendo -es *asparagi* laedas (COLVM. 2, 11, 8 arb. 6, 2. 7, 4). VARRO rust. 1, 23, 6 ne violent -es *arborum.* COLVM. 2, 11, 1 quod frumenti -es sarculo detegantur, aliquae etiam succidantur (2, 11, 4). arb. 7, 4 vitem ita supplantato, ne -em abrumpas (10, 5). *al.* PLIN. nat. 17, 227 subarator inprudens luxavit -es *vitium.* 18, 184 qui sariet, caveat, ne frumenti -es subfodiat. *al.* **d** *-es effodiuntur, eruuntur sim.*: VARRO rust. 1, 27, 3 -es *arborum* … ut effodiantur, nequid ex iis nasci possit (PLIN. nat. 27, 85 PLIN. phys. Bamb. 19, 1. *cf.* refodere: COLVM. 2, 2, 28 [*v. vol. X 1, 1694, 47*]. 3, 11, 4). COLVM. 12, 48, 1 cum eius *inulae* -em mense Octobri … e terra erueris (12, 58, 1 PLIN. nat. 20, 29. *al.* MARCELL. med. 20, 106. *al.*). *al.* PLIN. nat. 27, 107 cuius *herbae* -x evulsa virus hirci redolet (VVLG. Ezech. 17, 9 MARCELL. med. 23, 35. *al.*). **e** *-es rigantur, nutriuntur*: OV. met. 14, 633 *Pomona* -is fibras labentibus inrigat undis (*cf.* rigare: COLVM. 5, 10, 15 stercore … urinaque vetere -es *mali punici* rigato [*sim.* arb. 23, 1]. arb. 8, 5). COLVM. 11, 3, 23 ut -x eius *brassicae* liquido fimo prius inlita … pangatur (PLIN. nat. 19, 131. *cf.* linere [linire]: COLVM. 11, 3, 25 *lactucae* -x fimo liniri debet. PLIN. nat. 17, 266 lupino trito cum oleo. PALLAD. 2, 14, 1).

**2** -x *varie ponitur*: **a** *respiciuntur res -bus infundendae, imponendae sim.*: CATO agr. 7, 3 lotium suillum aut stercus ad -em *pomorum* addere oportet (COLVM. arb. 6, 2. PLIN. nat. 17, 259 ablaqueatis -bus fimum … addi iubent). 115, 2 tris fasciculos veratri atri circumponito circum -es *vitis* et terram insuper inicito. VARRO rust. 1, 55, 7 *amurca* circum arborum -es infundi solet (COLVM. 5, 10, 10 [= arb. 21, 2] rubricam … ad -em. 11, 2, 29 circum -es amurcam. PLIN. nat. 17, 256 amurca … infusa -bus. *cf.* adfundere: 17, 261 vitium -bus aquam salsam. 17, 263 ad … -es. superfundere: COLVM. 4, 8, 3 -bus *urinam*). COLVM. 5, 10, 8 (= arb. 20, 3) per quos *fasciculos sarmentorum* … aquam -bus subministres. *al.* PLIN. nat. 12, 8 conpertum id *vinum infusum* maxime prodesse -bus. 17, 49 sunt qui … *pulverem* vitium arborumque -bus adsper-

[*Grossardt*]

gant. **b** *respiciuntur arbores, semina serenda, transferenda, ponenda*: CATO agr. 28, 1 oleas, ulmos … cum seres, bene cum -bus eximito cum terra sua quam plurima. 28, 2 operito terra -bus fini. 49, 2 ex -bus bene exfodito *vineam.* 161, 4 (*antea p. 38, 24*) intervallum sit ne minus pedes singulos inter -es asparagi. VARRO rust. 1, 39, 3 quae *semina* transferuntur … viva -e (*sim. abl.* -e *indicat modum serendi*: PLIN. nat. 21, 60 *habrotonum* seritur … semine melius quam -e aut surculo). COLVM. 5, 10, 8 (= arb. 20, 3) arbores ac semina cum -bus autumno serito. *al.* **c** *respiciuntur arbores, herbae subruendae vel eruendae, excidendae sim.*: CATO agr. 161, 3 tertio … anno asparagum vellito ab -e; nam si defringes *eqs.* PLIN. nat. 12, 45 *nardum* Gallicum … cum -e vellitur. 12, 48 amomi uva … carpitur … cum -e. *al.* VLP. dig. 47, 7, 3, 6 (*sec. Labeonem*) quae *arbor* subversa a -bus … reponi potest (*nisi vi ventorum sim. fit, v. D3 infra*). HIER. in Os. 10, 3 l. 103 si *herba quaedam* non imis -bus effodiatur, totos agros veprium similes facit. **d** *cetera exempla*: COLVM. 2, 2, 26 (*in arando*) ne in -em *arboris* maiore nisu vomis inpactus colla *boum* commoveat. arb. 6, 4 *vineam* sic resecato: quattuor digitos ab -bus trunci relinquito *eqs. et saepe.* CALP. ecl. 2, 48 cum fulvis -bus arida tellus pangitur. PLIN. nat. 12, 16 temptavere gentes transferre ad sese *malum Assyriam* … fictilibus in vasis, dato per cavernas -bus spiramento (radicitus *var. l.*). *al.*

**C** *respicitur usus -um* (*de -bus ad propagationem adhibitis v. supra l. 6 sq.*): **1** *ad varia*: CATO agr. 55 ligna domino in tabulato condito; codicillos oleaginos, -es in acervo sub dio; metas facito (*alii aliter interpungunt*). 114, 1 veratri ⟨atri⟩ -es contundito in pila (*ad vites nutriendas, cf. p. 38, 23*). SALL. Iug. 94, 2 Ligus saxa et si quae vetustate -es eminebant, laqueis vinciebat **(***quo facilius ascenderetur, ut*: LIV. 21, 36, 7 [*in transitu Alpium*] *non* stirpes circa -esve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant**)**. VITR. 7, 14, 1 fiunt … purpurei colores infectā cretā ⌊rubiae -e et hysgino⌋ (*Giocondo*; rubra -e [*an ad p. 46, 61 sqq.?*] et excygno *sim. trad.*). COLVM. 2, 9, 10 quidam cucumeris anguinei … tritam -em diluunt aqua (*quo madefacta semina frumenti pestibus resistant*). PLIN. nat. 12, 41 *arborum* fructus constant -e, frutice, cortice, suco *eqs.* 12, 94 (*in dedicatione*) -em eius *cinnami* magni ponderis vidimus in Palatii templo. 13, 72 -bus *papyri* incolae pro ligno utuntur. 13, 106 e -e *loti* cultellis capulos brevesque alios usus excogitant. *al.* PS. PHILO antiq. 12, 9 lignis balsami … et -bus mirre … inspersisti domum tuam. *al.*

**2** *in medicamentis* (*sive hominum sive animalium; in arte magica, venefica e. g. l. 48. p. 40, 5*): **a** *praeparandis* (*saepe in compositionibus; pauca selecta inde a* CELSO): CATO agr. 127, 1 addito … feniculi -em puram contusam minam **(**CELS. *l. 49.* COLVM. 6, 17, 2 PLIN. nat. 24, 46. 25, 98 MARCELL. med. 8, 92. *al.; cf.* tundere: COLVM. 6, 17, 8 eadem -x tunsa et cum oleo lentisci inuncta. PLIN. nat. 13, 126. 20, 187. *al.* SER. med. 390. 744. *al.***)**. 158, 1 addito … betae coliculos duos cum -e sua. VARRO (*?*) frg. Apic. 3, 2, 4 *betaciorum* detersas -es et mulso decoctas (*huc neque ad 3a locum refert André, ed. Apic.* $^{2}$*1974, 151 sq.*). VERG. georg. 4, 279 huius *amelli* odorato -es incoque Baccho pabulaque *apibus* … appone **(**OV. met. 7, 264 *Medea* -es … resectas … incoquit. SCRIB. LARG. 127. *al.; cf.* coquere: CELS. 4, 29, 2 inulae … -x contusa et ex vino … cocta. 6, 9, 2. *al.* SCRIB. LARG. 80. 156. *al.* PLIN. nat. 20, 4. *al.* SER. med. 271. *al.*; decoquere *v. l. 45 et* CELS. 4, 31, 6 SCRIB. LARG. 57 PLIN. nat. 20, 29. *al.***)**. CELS. 4, 8, 3 sumenda … mulsa aqua, ⟨cum qua⟩ … contrita capparis -x sit **(**4, 22, 2. *al.* PLIN. nat. 21, 159. 166. *al.* MARCELL. med. 10, 61. *al.; cf.* terere: COLVM. 6, 17, 3 -es … *trifolii* tritae atque … sali commixtae. *al.* SCRIB. LARG. 253. *al.* PLIN. nat. 20, 165. *al.* PS. APVL. herb. 14 l. 3. *al.***)**. 5, 6, 2 rodunt alumen …, narcissi -x *eqs.* 5, 23, $3^{A}$ gentianae -is *tantum.* COLVM. 6, 5, 2 (*de bubus sanandis*) panacis … -es faeniculi seminibus miscendae *sunt* (6, 31, 2 PLIN. nat. 20, 110. 21, 173 SER. med. 365. *al.; cf.* commiscere *l. 55. 68*). 6, 10, 2 *porri* -es diligenter lotae et cum farre … pinsitae *eqs.* (SCRIB. LARG. 83. 136 PLIN. phys. Bamb. 13, 12). SCRIB. LARG. 136 filicis -x lota et rasa atque … concisa (156 PLIN. nat. 22, 46. 25, 115. *al.*). *et saepe.* **b** *dandis, imponendis, ore sumendis sim.*: HOR. epist. 2, 2, 149 sq. si vulnus tibi monstrata -e vel herba non fieret levius, fugeres -e vel herba proficiente nihil curarier. CELS. 4, 16, 4 extrinsecus -em contritam vel corticem eius *capparis* … imponere expedit (6, 18, $6^{A}$. *al.* SCRIB. LARG. 80. 160 PLIN. nat. 20, 260. *al.*). 5, 27, 9 *danda est* lolii -x ex vino (COLVM. 7, 10, 5 -x … cucumeris trita et commixta cum aqua datur sitientibus *subus. al.* SCRIB. LARG. 192. 195 PLIN. nat. 20, 31. 206. *al.* CHIRON 814. *al.*). COLVM. 6, 17, 8 inuncta (*v. l. 43*). SCRIB. LARG. 55 pyrethri … -x commanducata multorum levavit dolorem (PLIN. nat. 20, 235. 21, 166. *al.* PS. APVL. herb. 1 l. 61. *al.*). PLIN. nat. 20, 29 -em eius *hibisci* … suppuratis alligant (*cf.* adalligare: 20, 225. 21, 171. *al.*). 20, 134 silvestris *rutae* -x cum vino sumpta (20, 225. 257 PS. APVL. herb. 85 l. 3). 20, 142 -x rutae … inlita (20, 196. *al.* PS. APVL. herb. 90 l. 15. *al.*). 20, 253 *mēum herba* [m]urinam ⟨ci⟩et in aqua pota -e trita vel decocta (21, 126. *al.* SER. med. 340. *al.*). *al.* **c** *cetera exempla* (*selecta post* MANIL.): CIC. div. 1, 13 quae sint animadversa a medicis herbarum genera, quae -um ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos *eqs.* 1, 16 quid scammoneae -x ad purgandum … possit (*huc spectat* 2, 47). HOR. epod. 5, 68 (*loq. venefica*) nec herba nec latens in asperis -x fefellit me locis. OV. epist. 5, 147 quaecumque herba potens ad opem -xque medenti (*Heinsius,* -di *codd.*) utilis … nascitur. *al.* MANIL. 2, 45 herbas fata … vitamque sua -e ferentis. SEN. Med. 718 *quodcumque* dirus … tortis sucus in -bus causas nocendi gignit, *Medea* attrectat manu. SCRIB. LARG. praef. 2 antiquos herbis ac -bus earum corporis vitia curasse. PLIN. nat. 8, 152 a morsu *canis rabidi* … unicum remedium … -x silvestris rosae. APVL. apol. 31, 8 vim herbarum et -um *eqs.* CAEL. AVR. chron. 5, 1, 19 ex -e herbae, quam struthium vocant, loca ulcerari praecipiunt. *al.*

**3** *ad victum* (*saepe iuxta ponitur* herba; *cf. nonnulla sub 2a et b*): **a** *hominum*: **α** *-es propter inopiam, paupertatem sim. eduntur*: CIC. Verr. II 5, 87 nautae coacti fame -es palmarum agrestium (*cf. l. 49*) … colligebant et iis … alebantur. CAES. civ. 3, 48, 1 est … genus -is inventum …; id ad similitudinem panis efficiebant. VERG. Aen. 3, 650 victum infelicem … dant rami et vulsis pascunt ⌊-bus⌋ (*abl. instr.*) herbae **(**SEN. dial. 1, 3, 6 *Fabricius* ad focum cenat illas ipsas -es et herbas, quas in repurgando agro … vulsit. *cf.* LVCAN. 6, 113 *milites* letum … minantis vellere ab ignotis dubias -bus herbas**)**. LIV. 23, 19, 13 ad id ventum inopiae est, ut … omne herbarum -umque genus … eruerent. 23, 30, 3 *obsessi* coriis herbisque et -bus … vixere **(**SEN. epist. 17, 7 herbarum -bus [HIST. AVG. Sept. Sev. 16, 1 SVLP. SEV. dial. 1, 15, 2]. *al.***)**. SEN. dial. 5, 20, 3 postquam inter harenas -es … et herbae defecerant. CVRT. 9, 10, 11 *Macedones* -es palmarum … ubique rimantes **(**HEGES. 5, 18, 2 p. 336, 20 -es agrestium [*cf. gr. 5, 437 λαχάνων … ἀγρίων*]**)**. PLIN. nat. 37, 107 *fame laborantes* cum herbas -esque foderent. *al.* **β** *cetera exempla: quaelibet*: VARRO AT. carm. frg. 20 illius *harundinis* … lentis premitur -bus humor, dulcia cui nequeant suco contendere mella. CELS. 2, 18, 3 ea *holera,* quorum -es vel bulbos adsumimus. 2, 25, 1. 2, 26, 1 omnes … -es *inflant,* excepto sisere et pastinaca. PLIN. nat. 22, 20 caule et -e in cibos Graecorum receptis utroque modo, sive coquere libeat sive cruda vesci (AMM. 31, 2, 3 -bus). *al.* *respicitur cibus praeparandus*: PLIN. nat. 18, 122 -x *fabae est* perquam grata incolarum cibis, cruda et … cocta (21, 93. 22, 76. *al.; cf.* decoquere: 21, 96. 107). APIC. 3, 4, 3 teres piper, cuminum, coriandri semen …, laseris -em (4, 3, 4 sq. *al.*). 5, 2, 2 mittis in mortario piper …, laseris -em (8, 7, 9 ANTHIM. 3). 6, 6, 1 adicies … laseris -em (6, 8, 1. 8, 6, 11. *al.*). *al.*

**b** *animalium*: CAES. civ. 3, 58, 3 erat summa inopia pabuli, adeo ut foliis … et teneris harundinum -bus contusis equos alerent. VARRO rust. 3, 10, 5 *anseres voraces* saepe …, si -em prenderunt, quam educere velint e terra, abrumpunt collum (*sim.* PLIN. nat. 10, 163). PLIN. nat. 9, 7 beluae … pastae … -es fruticum. 10, 199 *aluntur* sues omni cibatu et -bus. *al.* VVLG. num. 22, 4 quomodo solet bos herbas usque ad -es carpere. OROS. hist. 5, 11, 2 *cum locustae* herbas … cum parte -um … consumpsissent. *al.*

**D** *vario respectu*: **1** *-es afficiuntur actionibus, operibus hominum vel deorum*: CIC. Verr. II 5, 99 *piratae* -es palmarum agrestium, quas in nostris navibus invenerant (*v. l. 16*), iactabant. CAES. Gall. 6, 27, 4 *venatores, ut alces capiant,* omnes … aut ab -bus subruunt aut accidunt arbores. VERG. georg. 1, 20 adsis, … teneram ⌊ab -e⌋ ferens, Silvane, cupressum (⌊ ⌋ *i. una cum -e; sunt qui 'ab -e erutam' intellegant, cf. p. 21, 23 sqq.*). Aen. 3, 27 (*prodigium narratur*) quae prima solo ruptis -bus arbos vellitur, huic *sanguis fluit.* 12, 773. 12, 787 *Venus* telum … alta ab -e revellit. OV. met. 9, 366 *vir paterque Dryopes mutatae* suae -bus arboris haerent. *al.* LIV. 9, 16, 18 (*verba imperatoris*) lictor, excide -em hanc … incommodam ambulantibus (*de eadem re*: PLIN. nat. 17, 81 VIR. ill. 31, 5). CVRT. 7, 5, 34 ut vasta solitudo … ⌊excisis⌋ etiam -bus linqueretur (⌊ ⌋ *Castiglioni, alii alia coni.*; -cuss- *trad.*). DIOSC. 3, 92 p. 417, 19 (h)astilibus iaculantur in -e *euphorbii* et cum percussa fuerit -x, *effluet sucus* (*aliter gr. 3, 82, 1 καυλόν*). **2** *-es afficiuntur actionibus animalium*: CIC. div. 2, 141 cum -em ore teneret, locutus est *draco.* VARRO ling. 5, 79 *lutra* succidere dicitur arborum -es in ripa. COLVM. 2, 17, 1 ungulae *pecorum* … adterunt scinduntque -es herbarum. *al.* PLIN. nat. 8, 8 *elephanti dente altero* fodiunt -es. SIL. 6, 196 *monstrum* penitus … revulsam *molem arboris* evertit fundo et -bus eruit imis. **3** *-es afficiuntur rebus naturalibus* (*cf. p. 39, 13*): LVCR. 5, 1254 flammeus ardor … silvas exederat altis a -bus. 6, 141 *flatus* alta arbusta evolvens -bus haurit ab imis. VERG. georg. 1, 319 quae *proelia ventorum* gravidam late segetem ab -bus imis sublimem expulsam eruerent. Aen. 5, 449 (*si legas* -bus; *v. p. 21, 1 sqq.*). PS. QVINT. decl. 12, 4 levi rore evocata -x in pulverem incurrit. **4** *quaelibet exempla*: VARRO ling. 7, 4 -es arboris (*v. p. 37, 51*). OV. met. 8, 379 *Telamon* pronus ab arborea cecidit -e retentus. VITR. 4, 1, 9 calathus fortuito supra acanthi -em fuerat conlocatus. CVRT. 5, 1, 34 (*de Babylone*)

*[Grossardt]*

haec moles *hortorum pensilium,* quae tot arborum -bus premitur. Lvcan. 7, 856 qui *tumuli* -e vetusta effudere suas victis compagibus urnas. 9, 434 nullā putris *terra Libyca* -e tenetur. Calp. ecl. 1, 11 fagus aquas -e sub ipsa protegit. Frontin. aq. 126, 3 *arborum* -bus ... latera *aquae ductuum* solvuntur. *al.*

**II** *in imag. et translate (meton. sub B1b) -es appellantur, quae quodammodo similia sunt -bus arborum, herbarum sim.*: **A** *sec. formam, situm, speciem* **(***est fere pars rei corporeae infima vel ea pars, qua una res cum altera vel una pars cum altera parte eiusdem rei coniuncta est, ei adhaeret; saepius et haec et illa simul intellegi possunt, e. g. sub 2a, 2b, 4c; aliter, sc. propter speciem similem, l. 67***)**: **1** *spectat ad corpus animantium; -x pertinet*: **a** *ad unam partem corporis, sc. fere qua ceteris iuncta est (aliter l. 14. 21); agitur de -e*: **α** *cuiuslibet partis*: Plavt. Curc. 238 cruciatur iecur, -es cordis pereunt (*i. partes intimae?*), hirae omnes dolent. At. Cap. Macr. Sat. 7, 13, 15 pollex ita inferior est, ut vix -em eius *digiti indicis* excedat. Ov. met. 2, 583 (*loq. puella in avem mutata*) *pluma* in ... cutem *meam* -es egerat imas. Cels. 8, 1, 22 non ossi, sed carni magis -bus suis inhaerent **(***sc. ungues ut*: Cass. Fel. 13, 2 ad rizonychia⟨s⟩ [*sic Rose; fort.* -chia, *i.* τὰ ῥιζονύχια] id est -es unguibus excludendas**)**. Vet. Lat. Iob 13, 27 (cod. 91. *al., sim.* Hier. interpr.) in -es ... pedum meorum (*Vulg.* vestigia). Chiron 62 e -e auriculae *animalis* (*inde sim.* Veg. mulom. 2, 14, 2). Avg. in psalm. 67, 18 *inter scapulas* sunt quodammodo -es alarum. Marcell. med. 27, 99 de ipsis -bus *cornus cervini,* quae capiti haerent. Cael. Avr. chron. 5, 4, 61 veretri (5, 4, 66 Vindic. nat. hum. l. 205). *al.* **β** *linguae*: Plavt. Aul. 250 si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab -bus, impero ..., ut tu me quoivis castrandum loces. Cic. nat. deor. 2, 135 linguam ... ad -es eius haerens excipit stomachus. 2, 136 cum aspera arteria ... ostium habeat adiunctum linguae -bus (Ov. met. 6, 557 -x micat ultima l., *sc. Philomelae, quam Tereus mutilaverat.* Cael. Avr. chron. 2, 1, 8 -em l., quam Graeci epiglottida vocant). *al.* **γ** *tumoris*: Cato agr. 157, 15 ubi exciderit *polypus,* tamen aliquot dies idem facito, ut -es polypi persanas facias. Cels. 5, 28, 1[B] *carbunculus* subteractis quasi quibusdam -bus serpit. 5, 28, 14[D] myrmecia latissimis -bus inhaerent. 7, 7, 12 *clavos* ad imam -em perforare acu. *al.* Scrib. Larg. 227 -es earum *haemorrhoidarum,* quas basis (*i.* βάσεις) dicunt. Chiron 682 verrucae. Ambr. in psalm. 61, 4, 2 (*in imag.*) *Iesus* -es prius ulceris, *i. peccati,* debuit amputare. *al.* **δ** *oculi*: Lvcr. 3, 563 avolsus -bus ut nequit ullam dispicere ipse oculus rem seorsum corpore toto. Sen. Oed. 966 *Oedipus* -e ab ima funditus vulsos simul evolvit orbes. Avg. civ. 22, 8 p. 573, 18 (*in compar.*) oculus eius *iuvenis* in maxillam fusus tenui venula ab interiore quasi -e pendebat. Cael. Avr. chron. 1, 1, 5 *dolor capitis* occupat etiam oculorum -es (gyn. 2, 108 Cass. Fel. 1, 2). Soran. p. 54, 17 dolor ... oculorum vel maxime -um (*gr. p. 105, 19* τὰς βάσεις). **ε** *capillorum sim.*: Varro rust. 2, 11, 9 *oves tondendae* languidae minus aegre -es lanae retinent. Vitr. 3, 1, 2 a mento ad frontem summam et -es imas capilli (*et bis ibid.* Petron. 126, 15 Marcell. med. 6, 33. *al.*). Cels. 5, 28, 13[B] ad singulorum pilorum -es foramina sunt (7, 7, 8[B] *bis. cf.* Scrib. Larg. 230 -es adversus naturam p. natas *in palpebris*). Plin. nat. 8, 207 in -e saetae dorso suīs evolsae. 11, 231 recisi *pili* non ... ab incisura augentur, sed ab -e exeunt. Plin. phys. Bamb. 20, 1. **ζ** *dentis*: Vitr. 8, 3, 23 *aquam cuiusdam fontis,* si bibatur, excutere e -bus dentes. Cels. 7, 12, 1[A] dentes nonnumquam moventur ... propter -um inbecillitatem. 8, 1, 10 priores *dentes* singulis -bus, maxillares utique binis ... nituntur, fereque longior -x breviorem dentem edit. *al.* Marcell. med. 12, 42. *al.*

**b** *ad totum corpus; est ea pars*: **α** *qua adhaeret*: Lvcr. 5, 808 crescebant uteri terram -bus apti (*in doctrina philos., qua explicatur origo animantium, ut*: Cens. 4, 9 *Epicurus* credidit limo calefacto uteros nescio quos -bus terrae cohaerentes ... increvisse). Plin. nat. 9, 149 (*antea*: avulsas) *spongeas* ex relictis -bus recrescere in petris **(***cf. Arist. hist. anim. 548b18* ἐκ τοῦ καταλοίπου. *de eisdem*: 9, 150 subesse membrana quaedam -bus earum intellegitur [*gr. ibid. 548b32* περὶ τὰ κάτω]**)**. Tert. carn. 21, 4 (*ironice in adversarios; cf. e. g. 20, 5* si non adhaesit utero) quis hic 'fructus uteri' (*Luc. 1, 42*), qui non ex utero germinavit, qui non in utero -em egit *eqs.*? Plin. phys. Sang. p. 238 l. 1 fimum caprinum ... omnes tineas cum ⸤-bus⸥ ... tra(h)it (*an quibus intestinis adhaerent?*). **β** *quae speciem similem praebet atque -x herbae sim.*: Plin. nat. 9, 147 ora ei *urticae marinae* ⸤in -e⸥ esse traduntur, excrementa per summa tenui fistula reddi (⸤ ⸥ in -es *codd.*, iuxta -es *Mayhoff in app. crit. coll. Arist. hist. anim. 531b4* ἐν μέσῳ).

**2** *spectat ad molem lapideam*: **a** *montis* **(***saepissime in locut. c. praepos., sc.* sub *vel* in -bus [-e] *sim.; exempla selecta post* Liv.; *ita intellegas nomina locorum* Tab. Peut. 8, 1/2 Sub -e. 8, 2 Ad -es [*v. Miller, Itineraria Rom., 1896, 586sq.*]**)**: **α** *varia exempla*: -x montis (montium; *cf. e. g. p. 42, 14. 19*): Cato agr. 1, 3 si poteris, *praedium* sub -e m. siet, in meridiem spectet **(**[*inde* Varro rust. 1, 7, 1. Plin. nat. 17, 36 ab -e montium]. Varro rust. 1, 12, 1 Nep. Milt. 5, 3 Liv. 8, 10, 7. *al.* Vitr. 8, 1, 2. *al.; cf. l. 17. 25***)**. Lvcr. 6, 695 mare montis ad eius *Aetnae* -es frangit fluctus. Caes. Gall. 1, 38, 5 -es eius m. ... ripae fluminis *contingunt.* Bell. Alex. 40, 3 ad -es montium (Liv. 22, 17, 2. 40, 22, 1). Varro rust. 3, 14, 2 sub rupibus ac montibus, quorum adluant -es ... fluvii. Liv. 7, 14, 9 in -bus montium (36, 22, 5 Oetae m. *al.* Cvrt. 7, 3, 23. *al.*). Sen. nat. 3, 27, 9 cum Danuvius non iam -es nec media montium stringit, sed iuga ipsa sollicitat. *al.* *cetera*: Cic. leg. agr. 2, 66 in Massici -es (*item c. nomine montis*: Tusc. 2, 52 Caucasi. *al.* Liv. 21, 41, 4 Alpium. Plin. nat. 2, 234 Aetnae. *al.*). Caes. Gall. 7, 51, 4 Vercingetorix ab -bus collis suos ... reduxit (*al., v. vol. III 1628, 58sq.*). *al.* **β** *vis vocis augetur additamentis, sc.*: *adi. superl.*: Caes. civ. 1, 41, 3 ab infimis -bus montis (*al., v. vol. VII 1, 1396, 62sqq.*). Aetna 450 imis -bus Aetnae (Ov. met. 15, 548 Mela 2, 62. *al.*). Vitr. 2, 10, 1 montis Appennini primae -es ab Tyrrenico mari ... oriuntur. ipsa: Caes. Gall. 7, 36, 5 erat ... collis sub i. -bus montis egregie munitus **(**civ. 1, 45, 6 Sall. Catil. 57, 3. Aetna 394 -e sub i. *Aetnae.* Liv. 34, 28, 7 [*acc. plur.*]. 36, 18, 3. 38, 20, 6 Flor. epit. 3, 3, 7**)**. Cvrt. 6, 4, 4 ex i. -bus montium. propria: Peregr. Aeth. 2, 7 *ut mons* videri non possit, nisi ad p. -em illius veneris. 3, 1.

**b** *saxi* (*cf. l. 6*): Acc. trag. 401 nisi ... forte Triton fuscina evertens specus supter -es penitus ... molem ... saxeam ... eruit. Lvcr. 2, 103 haec *corpuscula condensata* validas saxi -es ... constituunt. Verg. Aen. 8, 238 *Hercules rupem* concussit et imis avolsam solvit -bus. Ov. met. 14, 713 durior *est puella* ... saxo, quod adhuc vivum -e tenetur. Cvrt. 7, 11, 28 sub ipsis -bus petrae. 8, 11, 7. Clavd. 20, 29 -e revulsa vitant instabilem rursum Symplegada nautae. *al.*

**c** *insulae (vel paene insulae), cui -x posita est:* *subtus*: Sen. Ag. 372 (*370* prius errantem) nunc iam stabilīs fixā terras -e tenet (*spectat ad Delum ut*: Stat. Theb. 5, 338 abruptam credas -bus ire Ortygiam). Stat. Theb. 3, 437 motis -bus *Cycladum.* Plin. epist. 8, 20, 6 in speciem carinae humili -e descendunt *insulae lacui innatantes.* *iuxta, sc. in isthmo*: Mela 2, 5 terra ... tenui -e litori annectitur. 2, 24 in -e[m] magnae paene insulae sedens Lysimachia.

**3** *spectat ad orbem terrarum, mare, mundum* (*cf. p. 44, 19 sqq.*): Lvcr. 5, 554 (*cf. l. 49*) communibus inter se -bus haerent *terra caelumque* ex ineunte aevo coniuncta (Cic. ac. 2, 122 terra penitusne defixa sit et quasi -bus suis haereat an media pendeat). Manil. 2, 821 ⸤aeternis nixum⸥ -bus orbem (alternis mixtum *sim. trad.*). Apvl. mund. 1 p. 290 eam *sphaeram caeli volubilem* ... -bus oportet teneri, quas divina machinatio verticibus adfixit. Filastr. 96, 4 haec terra, *quam habitamus* (*gen. 1, 10*), ... veluti de -bus ⸤illius prioris⸥ cognoscitur habere substantiam (⸤ ⸥ *v. gen. 1, 2; utrum gen. poss. an explic.?*). Hier. interpr. Iob 36, 30 *deus* -es maris contexit. Drac. laud. dei 1, 154 *terris* sunt pro -bus undae (*v. e. g. psalm. 23, 2*). *in imag. de cruce Christi ut -e mundi*: Firm. err. 21, 4 ut ... totus orbis ... immortalis -is ⸤fundamento teneatur⸥ (*Oehler, alii alia coni.*; fundamenta teneantur *cod.*).

**4** *spectat ad varia; -em habent*: **a** *animi, animae, corpora sec. doctrinam Epicuri*: Lvcr. 3, 325 communibus inter se -bus haerent, nec sine pernicie divelli posse videntur. **b** *machinae earumve partes, naves; respicitur pars:* *infima*: Vitr. 10, 2, 9 in -e ... machinae, *qua onera tolluntur,* conlocatur tertia troclea; ... ea troclea religatur ad ⸤machinae⸥ -em (*Giocondo*; trocleae *codd.*). 10, 7, 1 cuius *machinae* in -bus modioli fiunt gemelli. 10, 10, 5 (*de catapulta*) *bracchii* crassitudo ab -e *tanta* ..., in summo *tanta* (*sim. de ballista*: 10, 11, 9 in -e ..., in extremis). *qua haerent* (*sc. in compar.*): Amm. 20, 7, 10 *bellicae* ⸤machinae⸥ (*Gelenius; v. app. crit.*) haerebant velut altis -bus fixae. Evstath. Basil. hex. 7, 6, 8 ut *pisce parvulo naves* ... efficiantur immobiles, velut quibusdam ⸤fundatae -bus⸥ in profundo (⸤ ⸥ *gr. p. 422 Giet[2]* καταρριζωθέν. *cf. Ambr. p. 23, 49*). **c** *aedificia, civitates*: Plin. nat. 36, 87 pyramides complures ... senas -e ἀρούρας optinentes. CE 1552A, 43 (*Byzac., saec. II*) sic de -e *sepulchri* levatos in melius crevisse gradus. Clavd. rapt. Pros. 2, 153 repens ... configere turres pronaque vibratis -bus oppida verti. *in compar. vel imag.*: Bachiar. fid. l. 184 (*si recte huc*) 'basis ... altaris' (*e. g. lev. 4, 7*) velut quaedam -x profunditatis est, cuius secreto etiam rationem animae *creandae* iungamus. Comm. instr. 2, 3, 17 -em in terra, sed caput cum caelo peraequat *civitas dei.* **d** *lapides, gemmae*: Plin. nat. 36, 148 *anthraciten lapidem* attritum ... reddere ab ea parte, quae fuerit ab -e, nigrum colorem, ab altera parte croci. 37, 136 *iris gemma est* cetera sui parte crystallus; itaque quidam eam -em crystalli esse dixerunt. 37, 180 ab oris gemmae ad -em usque albo descendente. 37, 183 trichrus ... tres sucos reddit, ab -e nigrum, medio sanguineum, summo ochrum (*inde sim.* Isid. orig. 16, 11, 7). *al. in eodem libro.*

**B** *sec. munus, officium sim.* **(***significantur variae res vel personae; exempla sec. notiones quasdam praevalentes disposuimus, quas confitemur*

[*Grossardt*]

*non semper facile distingui posse; saepe accedunt aliae voces ex natura vel cura arborum, herbarum sim. tractae*): **1** *praevalet notio originis, causae* (*coniunguntur voces notionis affinis e. g.* caput *l. 49. 68. al.,* fons *l. 18. 42. al.,* origo *l. 51. p. 44, 63. al.*): **a** *usu sollemni -es pertinent potius*: **α** *ad animantes eorumve coetus*: (I) *respicitur genus vel progenitor sim. (in explic. pro syn. est* genus *p. 44, 56,* origo *p. 36, 15; cf. usum meton. sub b), unde procedunt*: Ⓐ *homines vel dei*: ① *singuli: quilibet* (virga, flos *pro progenie l. 11*): CIC. Sest. 50 virum … ex isdem, quibus nos, -bus natum ad salutem huius imperi, C. Marium. PLIN. nat. 35, 71 *Parrhasius dixit* Apollinis se -e ortum. VET. LAT. Is. 11, 1 (Tert. adv. Marc. 5, 8, 4, *sim. al. et* VVLG.) prodibit virga de -e ⌊Iesse⌋ (*gen. explic.*) et flos de -e ascendet (*cf. p. 44, 53sqq.*). IREN. 1, 21, 5 si mater vestra, *i. potestatum,* ignorat suam -em. ARNOB. nat. 2, 70 p. 149, 7 dii vestri quas origines habeant, quas causas, vel ex quibus proruperint emicuerintque -bus. *al.* *Christus vel Maria mater eius* (*cf. p. 44, 63*): ARNOB. nat. 1, 53 p. 49, 7 *Christus,* deus -e ab intima (*vix ad 3b; v. Scheidweiler, Zeitschr. neutest. Wiss. 45, 1954, 49sq.*). AMBR. fid. 4, 10, 132 quia fons pater fili est, quia -x pater fili est. RVFIN. Orig. in iud. 6, 2 p. 500, 6 'verae vitis' (*i. Christi, v. Ioh. 15, 1*), quae adscendit de -e David, sanguine inebriemur. *al.* ② *gentes, populi*: GELL. 16, 13, 8 non … veniunt *coloniae* extrinsecus in civitatem nec suis -bus nituntur, sed ex civitate quasi propagatae sunt. LACT. inst. 2, 13, 9 adulescentes *Hebraei terram suam relinquentes* … a stirpe sanctae -is avulsi (PELAG. in Rom. 11, 21 p. 90, 7 qui *Iudaei* ex -e s. sunt). HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 4 p. 364, 29 propter familiae -em. *al.* ③ *totum genus humanum*: HIER. adv. Iovin. 1, 17 Noe, qui quasi secunda -x humano generi servabatur. AVG. c. Iulian. 3, 12, 24 -x profert damnata damnatos (*respic. protoplasti ut*: QVODV. prom. 1, 5, 7 -x humani generis Adam. *cf. p. 44, 2. 69*).

Ⓑ *animalia*: VARRO rust. 2, 8, 1 mul[t]i … bigeneri atque insiticii *sunt,* non suop⟨t⟩e genere ab -bus. VVLG. Is. 14, 29 de -e … colubri egredietur regulus.

(II) *respicitur religio; spectat ad*: Ⓐ *originem Christianorum ab Iudaeis tractam*: VET. LAT. Rom. 11, 16 (cod. 89, *sim. al. et* VVLG.) si -x sancta, et rami (*cf. p. 36, 15*). 11, 17 (*ibid.*) tu …, *gentilis,* cum oleaster esses, insertus es in illos *Iudaeos* et socius factus es -is pinguidinis olivae *eqs.* (*pendent e. g.* AVG. c. adv. leg. 2, 2, 6 in -e sancta Israelitarum *eqs.* ORIG. in Matth. 15, 26 p. 427, 13 *gentiles* communicantes -i patriarcharum *eqs.*). 11, 18 (*ibid.*) non tu -em portas, sed -x te. SVLP. SEV. chron. 2, 30, 7 Christianos ex Iudaeis extitisse, -e sublata stirpem facile perituram. Ⓑ *originem haereticorum* (*-x est vel doctrina vel is, qui docet; cf. l. 69sqq.*): PS. TERT. haer. 1, 1 qui *Saducaei* ex huius erroris -e surgentes. IREN. 1, 22, 2 *referemus* prius … fontem et -em eorum, uti … intellegas arborem, de qua defluxerunt tales fructus. HIER. epist. 51, 3, 3 (*Epiphan.*) *Origenem* Arrii patrem et aliarum hereseon -em et parentem. *al.* Ⓒ *ecclesiam quasi matrem Christianorum* (*v. Plumpe, Mater Ecclesia, 1943, 96sq.; cf. infra p. 44, 8*): CYPR. epist. 45, 1, 2 *haereticorum* pertinacia … -is et matris *ecclesiae* sinum atque complexum recusavit. 48, 3, 1 *hortati sumus quosdam,* ut ecclesiae catholicae (*gen. explic.*) -em et matricem agnoscerent ac tenerent (73, 2, 2 e. unius caput et -em. *cf.* OPTAT. 1, 11, 1 *schismatici* a -e matris ecclesiae invidiae falcibus amputati). Fort. 11 l. 107 mater, origo et -x, quae ecclesias septem postmodum peperit. AVG. bapt. 1, 6, 8 viriditatem -is catholicae (epist. 128, 4 [*v. p. 67, 53*]. *al.*). serm. 47, 28 (*nisi ad p. 44, 4sqq.*) *catholici* permanent in -e unitatis, in plantatione caritatis. *al.*

(III) *respicitur scientia, peritia sim.*: ENNOD. epist. 1, 18, 3 p. 29, 22 doctorum -x Maro, vestri formator eloquii.

**β** *ad res*: (I) *quaslibet*: Ⓐ *malas*: CIC. Tusc. 3, 13 (*v. p. 67, 7*). 4, 57 sunt … omnia ista, *i. perturbationes animi,* ex errorum orta -bus, quae evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt. 4, 83 hunc errorem quasi -em malorum omnium stirpitus philosophia se extracturam pollicetur (VET. LAT. I Tim. 6, 10 [Cypr. eleem. 10. *al.* = VVLG.] -x … omnium m. est cupiditas [*pendent e. g. l. 66 et* TERT. idol. 11, 1 CYPR. domin. orat. 20]. CYPR. zel. 6 *zelus* -x est m. omnium, fons cladium *eqs.* AVG. lib. arb. 3, 167 [*bis*]. *al.; cf. p. 45, 65*). Att. 10, 11, 3 ea *vitia* … suas -es habent, quas tamen evellerem profecto, si liceret. HIL. in psalm. 119, 8 apostolus … curam pecuniae -em totius malitiae condemnat (AMBR. Isaac 7, 60 p. 685, 14. QVODV. c. Iud. pag. Ar. 2, 3 *diabolus est* -x m., scelerum caput *eqs. al.*). OPTAT. 1, 15, 1 ex qua -e sese … erroris protenderint rami (*i. haereseos ut*: PS. ATHAN. Lucif. epist. 4 l. 16 -x eorum *Arianorum* pravitatis. *cf. p. 45, 46*). AMBR. apol. Dav. I 13, 62 plus est …, ut ipsa iniquitas deleatur, excidatur -x et seminarium peccatorum; tollatur mala -x, ne malos fructus faciat (AVG. in epist. Ioh. 5, 2. QVODV. prom. 1, 8, 14 -x peccati superbia. *al.*). HEGES. 5, 42, 3 -es rebellionis eruendas *esse* funditus (*cf.* OROS. hist. 6, 6, 7 motus … quasi succisa -e compressus est). HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 4 p. 412, 23 superbia … quas habeat -es. AVG. civ. 22, 22 p. 604, 14 ab illa … erroris … -e venientia, cum qua omnis filius Adam nascitur. VEN. FORT. virt. Hil. 11, 33 *sceleratus* videns sibi a -e suae conscientiae tantae turpitudinis opprobria pullulasse. *al.* Ⓑ *bonas, utiles*: SEN. dial. 7, 7, 1 (*ironice*) ex huius *virtutis* -bus etiam ea *iucunda,* quae vos … expetitis, oriuntur. TERT. pudic. 10, 14 cessatio delicti -x est veniae, ut venia sit paenitentiae fructus. VET. LAT. sap. 15, 3 scire iustitiam … tuam, *deus,* -x est inmortalitatis. OPTAT. 2, 4, 1 de -e veritatis (*i. ecclesia catholica; v. p. 67, 49*). AMBR. Hel. 3, 4 *ieiunium* remedium salutis, -x gratiae, fundamentum est castitatis. PAVL. NOL. epist. 34, 8 (*alludit ad p. 43, 62*) talis cupiditas, quae … bonum perenne desiderat, -x bonorum est (AVG. grat. Christ. 18, 19 b. et malorum. ANIAN. Chrysost. hom. 2, 3 -x atque principium omnium … b. *al.*). AVG. in epist. Ioh. 6, 2 de -e dilectionis ([*v. p. 67, 13*]. GREG. M. in euang. 27, 1). c. Petil. 3, 47, 57 conscientiam *baptismum* dantis … esse originem, -em, caput, semen, arborem, unde nascatur sanctificatio baptizati. in psalm. 143, 3 l. 10 (*ad 143, 1*) verumtamen in digitis agnoscimus divisionem operationis et ⌊tamen⌋ -em unitatis ([⌊ ⌋ *an legendum* in manu*?*]. *ibid.* l. 17 *spiritus* [*I Cor. 12, 11*] -x est u. serm. 47, 28. *al.*). *al.* Ⓒ *mundum, summam rerum* (*cf. A3*): IREN. 1, 1, 1 hanc esse primam … pythagoricam quaternationem, quam et -em omnium dicunt (*ibid.* -em et substantiam o.). PS. AMBR. mans. praef. p. $11^{C}$ mundi -es quatuor numerantur, terra, aqua, ignis et aer. VEN. FORT. laud. Mar. 144 *Maria in ventre* subportans fabricata fabrum …, virgula -em *eqs.* (*i. Christum quasi deum creatorem omnium*).

(II) *vocabula* (*cf. p. 37, 50*): VARRO ling. 5, 13 qua cognatio eius erit verbi, quae -es egerit extra fines suas, persequemur (7, 28 eius *vocis est* origo Sabina, quae usque -es in Oscam linguam egit). 5, 74 nonnulla nomina *deorum* in utraque lingua, *sc. Latina Sabinaque,* habent -es, ut arbores, quae in confinio natae in utroque agro serpunt (6, 37 primigenia dicuntur verba ut 'lego' …, quae non sunt ab aliquo verbo, sed suas habent -es. 8, 53). *al. in eodem opere.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 527, 12 quae -em ducunt a Graecia.

(III) *sermones, argumenta*: VARRO rust. 1, 1, 11 ea, *quae exponam,* erunt ex -bus trinis: et quae ipse in meis fundis colendo animadverti et quae legi *eqs.* TERT. adv. Marc. 4, 34, 8 (*spectat ad Luc. 16, 16. 18*) *propositio repudii* habens -em ex … Iohannis mentione. VVLG. Iob 19, 28 -em verbi inveniamus contra eum (*cf.* HIER. interpr. -em sermonis. *locum explicat* GREG. M. moral. 14, 79 *perversi* verbi -em quaerunt, ex qua … loquendi originem sumant *eqs.*).

(IV) *numeros* (*-es sunt, unde generantur alii numeri vel incipit series*): BOETH. arithm. 1, 28, 8 l. 55 primas eorum *numerorum* -es (*cf. Nicom. 1, 21, 1 πυθμένας*). *ibid.* l. 60 -es … proportionum voco numeros …, quasi quibus omnis summa … comparationis innititur (mus. 2, 8 p. 236, 22). 2, 15, 3 l. 16 erunt … eorum *numerorum* -es et fundamenta, ex quibus iunctis omnes exagoni nascuntur (*cf. Nicom. 2, 11, 1 γνώμονας*). 2, 25, 1 l. 4 de solidis *quibusdam* … a propria velut -e multiangula figura progredientibus (*cf. Nicom. 2, 15, 1 σπέρμα καὶ ῥίζαν*). *al. apud eundem.*

(V) *scientiam*: BOETH. arithm. 2, 4, 2 l. 18 ipsa geometriae scientia ab arithmetica velut quadam -e ac matre producta est (*cf. Nicom. 2, 6, 1 ἀρχεγονωτέρα*).

**b** *metonymice -x est progenies* (*agitur sive de singulis sive de gente*): **α** -x Iesse (*aliter supra p. 43, 11; v. Maurer, Theol. Wb. NT, VI 986sq.*): VET. LAT. Is. 11, 10 (Cypr. testim. 1, 21, *sim. al. et* VVLG.) erit in illa die -x I., qui surget imperare omnibus gentibus (*inde* Rom. 15, 12 [cod. 77. *al. et* VVLG.]). TERT. carn. 21, 5 -x … I. est genus David. adv. Marc. 5, 8, 4 Christum … oriturum ex virga profecta de -e I., id est virgine generis David. AVG. un. eccl. 7, 15 -es I. Christum esse ex semine David. PS. ORIG. tract. 9, 8. *al.* **β** *cetera exempla*: VET. LAT. I Macc. 1, 10 (rec. L) exiit ex eis *successoribus Alexandri* -x delicti Antiochus inlustris filius Antiochi regis (*gr. ῥίζα ἁμαρτωλός,* recc. B, V -x peccatrix). apoc. 5, 5 (Primas., cod. 51. *al.* = VVLG.) leo de tribu Iuda, -x David (*cf.* 22, 16 [Primas.] ego *Iesus* sum -x et origo David [cod. 51 *et* VVLG. -x et genus]). III Esdr. 8, 89 quoadusque non relinquatur -x et nomen nostrum. LACT. mort. pers. 50, 1 ut eorum *persecutorum* nec stirps nec -x ulla remaneret. LVCIF. Athan. 2, 6 l. 49 (*facta mentione de Cain*) videtur, Constanti, unde sit -x tua, de qua descendisset stirpe. VVLG. Is. 14, 30 *ego deus* interire faciam in fame -em tuam. AVG. in psalm. 84, 7 quod accepit ad mortalitatem istam -x nostra, duxit de Adam. *al.*

**2** *praevalet notio fundamenti (sc. -x est id, quod cui [rei] firmitatem, vires sim. praebet; accedit* fundamentum *p. 45, 11. 14sqq. 24. al., cf. l. 9. 44); -es habent*: **a** *res* (*maxime incorp., sed vinum p. 45, 21*): CIC. Cael. 14 nisi tot vitiorum tanta immanitas, *sc. Catilinae,* quibusdam … patientiae -bus niteretur (*vergit ad 1aβ*). Phil. 4, 13 virtus est una altissimis defixa -bus, quae numquam vi ulla labefactari potest. off. 2, 43 vera

[Grossardt]

gloria -es agit atque etiam propagatur, ficta omnia celeriter tamquam flosculi decidunt. VARRO frg. Non. p. 133, 20 (= 211, 22) ab huiuscemodi lusionibus -es crudelitas agere solet. OV. rem. 106 (*in imag. de amore*) tacitae serpunt in viscera flammae et mala -es altius arbor agit. VAL. MAX. 3, 3 pr. *patientiam* non sane infirmioribus -bus stabilitam. 6, 9 ext. 7 *vires et opes humanae* nulla in persona stabilibus nixā -bus consistunt. SEN. epist. 95, 12 imbecilla sunt per se *praecepta quaedam* et, ut ita dicam, sine -e. PLIN. nat. 3, 56 (*de ambitu Latii antiqui*) tam tenues primordio imperi fuere -es. QVINT. inst. 1, 1, 28 cum sit in studiis praecipuum, quōque solo verus ille profectus et altis -bus nixus paretur, scribere ipsum (*de eadem re*: 10, 3, 3 illic -es, illic fundamenta sunt). 1, 3, 5 non subest vera vis *ingeniis praecocibus* nec penitus inmissis -bus nititur. APVL. apol. 101, 3 -em iudicii huius, id est hereditatis quaesitae invidiam, funditus sustuli. CYPR. patient. 10 Abraham … -em ac fundamentum fidei primus instituens. PANEG. 4, 10, 2 fundamentum ac -em otii. LACT. inst. 4, 24, 19 ut … doctrina *Christi* habeat … -em ac fundamentum. AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 28 fidem esse -em virtutum omnium (*gen. poss., ut* CASSIAN. conl. 2, 9; *gen. explic. e. g.* CASSIOD. var. 2, 3, 4 *superbia* v. -bus non tenetur). HIER. epist. 18[B], 4, 3 quando … fides eius *animae* alta -e fixa est. CLAVD. 28, 77 hinc tibi, *imperator,* concreta -e tenacius haesit … Roma (*i. amor Romae*). MACR. Sat. 7, 12, 7 faex … vino sustinendo … et viribus sufficiendis quasi -x eius est. *al.* **b** *homines eorumve coetus*: CIC. Att. 6, 6, 4 Pompeius eo robore vir, iis -bus. BRVT. Cic. ad Brut. 25, 2 si *Cicero* vindex illius mali, *i. Antonii,* auctor exstitit alterius, *i. Octaviani,* fundamentum et -es habituri altiores. IREN. 5, 8, 3 *Iudaei* stabilitatem … -is suae non infigunt in patre et in filio. CYPR. epist. 37, 4, 2 *vos* vere martyres Christi -bus eius innixi. 43, 2, 1 apparuit Felicissimi factio … quibus -bus et quibus viribus staret. laps. 2 *fideles* inconcussis praeceptorum caelestium -bus nixos. HIER. epist. 65, 15, 3 quae … iam super petram Christum stabili -e fundata est catholica ecclesia. VVLG. IV reg. 19, 30 quodcumque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet -em deorsum et faciet fructum sursum. PETR. CHRYS. serm. 106, 3 *synagoga* patriarcharum … -e solidata. *al.* *in doctrina philos. agi vid. de capite* (*cf. Plato Tim. 90[A] τὴν κεφαλὴν καὶ ῥίζαν ἡμῶν, quamquam alii de spiritu cogitant*): PS. APVL. Ascl. 6 quae *genera* sunt animalia, desuper deorsum -es pervenientes habent, inanimalium autem *genera* de imo in superna viva ⌊-e⌋ silvescunt (⌊ ⌋ *ad IA pertinet*).

**3** *praevalent notiones variae*: **a** *respicitur initium*: CIC. orat. 147 omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, -es stirpesque non item. frg. inc. I 18 (Iul. Ruf. rhet. 19 p. 43, 30; *sim. al., v. Otto, Sprichw. n. 963*) literarum -es amaras, fructus dulces. SEN. epist. 124, 7 cacumen -is loco ponis (*sc. summum bonum infantiae tribuendo; an proverbialiter?*). HIER. hom. Orig. in Luc. 26 p. 156, 13 sciat … se … semina et -es habuisse negandi *Christum* iam veteres. AVG. gen. ad litt. 6, 8 p. 180, 7 in temporum tamquam semine vel tamquam -e. IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 14, 37 olim in -e pravitas Nestoriana damnata nunc rursus vivacior adsurgit. **b** *respicitur pars intima vel maximi momenti*: AVG. in euang. Ioh. 26, 2 (*ad Rom. 10, 10*) de -e cordis surgit ista confessio (serm. 91, 5 facta procedunt … de c. -e, ubi si plantaveris cupiditatem, spinae procedunt *eqs.* GREG. M. moral. 8, 78 REGVLA mag. 8, 7. *al.; cf. p. 41, 14. sim.* -x animi ENNOD. epist. 7, 14, 7 p. 184, 2, mentis GREG. M. moral. 2, 69). EVSTATH. Basil. hex. 3, 4, 2 antequam -em eorum, quae scripta sunt, adtingamus (*gr. τῆς διανοίας τῶν γεγραμμένων*). **c** *cetera exempla, sc. in imaginibus:* *ad excisionem sim. spectantibus*: PHAEDR. 3, 10, 49 *paterfamilias* a -bus non evertisset … domum, *sc. filium occidendo* (VET. LAT. Iudas 12 [Lucif. non conv. 15] *impii sunt* arbores … mortuae ⌊a -bus evulsae⌋ [*gr. ἐκριζωθέντα, Vulg.* eradicatae]. BARNAB. 12, 9 amputabit a -bus omnem domum Amalech … Iesus. COD. Theod. 7, 13, 7 pr. ut … munus *quoddam* … ab imis, ⟨ut⟩ dicitur, -bus eruatur. *al.*). VET. LAT. Matth. 3, 10 (cod. 3. *al., sim. al. et* VVLG.; *Ioh. baptista Pharisaeis*) iam … securis ad -es arborum posita est. IVVENC. 3, 156 (*sec. Matth. 15, 13*) *deus* semina … abiciet penitus -bus eruta longe. HIER. adv. Iovin. 1, 12 p. 227[B] si *dominus nuptias vetando* praecidisset -em, quomodo fruges *virginitatis* quaereret? (*item -x caeditur sim.*: RVFIN. Clement. 1, 36, 1 *non* posse de eis -em mali huius, *i. idololatriae,* excidi. ENNOD. opusc. 3, 166 p. 374, 6 cuius *hostis* imperii -es vicibus amputantur). *variis*: ENNOD. opusc. 3, 15 p. 334, 18 (*spectat ad lev. 21, 16 sqq.*) cum in illa veteri mandatorum caelestium -e sit insitum sacerdotum corpora … debere … lustrari. COD. Iust. 3, 28, 35, 3 *haec* sanctio suas -es extendat … ad omnes personas, quae *eqs.* GREG. M. moral. 3, 70 linguae -em (*v. etiam p. 67, 17*). *al.*

**1** *est genus quoddam piscium planorum, sc. 'Raja' L.* (*v. Saint-Denis, Vocab. des animaux marins, 1947, 93; apud* PLIN. *vertitur gr. βάτος ex Arist. hist. anim., in glossis resp. etiam βατίς. e coni. dub. pro* pupa *vol. X 2, 2674, 51*): PLIN. nat. 9, 78 planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet, ut ⌊-ae⌋, pastinacae, squatinae *eqs.* (⌊ ⌋ *Barbarus,* rapae *vel* trape *codd.*). 9, 144 squatina et rhombus …, item quae vocantur -ae. 9, 161 piscium diversa genera non coeunt praeter squatinam et -am (ranam *codd. plerique*), ex quibus nascitur priore parte -ae (ranae, rariae *var. ll.*) similis. GLOSS. biling. I 6, 16 (*saec. I/II*) ⟨*βατις*⟩ *ρεια* (*cf.* 5, 4 [*saec. II*[2]] *βατος* ⟨*ραια*⟩). GLOSS. -a (*scrib. etiam* raea, reza, rina): *βατὶς ἰχθύος εἶδος* (*etiam β. εἶ. ἰ.*). *βατίς*. **2** *transfertur ad genus herbarum q. d. 'Aristolochia' L. (sc. propter formam foliorum; v. André, Les noms de plantes, 1985, 215); eadem esse dicitur atque* aristoloc⟨h⟩ia: GLOSS. III 536, 7 a., id est -a, ⌊id est vites alba⌋ (*non huc pertinet, sed ad 536, 6* ampiololeuce [*i. ἄμπελος λευκή*]). 550, 4 raga. 568, 41 (*si recte legitur*) aristolo⟨cia i⟨d est⟩⟩ reia. GLOSS.[L] I Ansil. AR 399 (med. p. 9). RA 97 (med. p. 69).

**raiātus** *v.* 1. radiatus. *Bl.*

**rāllum,** -ī *n.* (*etiam* rālla, -ae *f. et* rāllus, -ī *m.*). [rāllum (< *rād-lom) *a verbo* rādere *derivatum est eodem modo quo alia nomina instrumenti, cf. e. g.* 1. caelum *a* caedere, sella *a* sedēre; *v. Walde-Hofmann II 415,*

[*Malloch*]

*Leumann, Gramm. 1977, 311. Mei.*] Not. Tir. 71, 98 -a (rasina *var. l.; cf. 97* rasile). [*it.* ralla (*notione 'acies scalpri' a fem.* -a *l. 10sq., sed 'limus, axungia' fort. a* *rāllāre *'rallo expolire'*), *hisp.* rallo, *port.* ralo *'ferramentum, quo quid teritur vel raditur'. cf. M.-L. 7022 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3200. Cortelazzo-Zolli$^2$ 1314sq. Corominas-Pascual IV 761sq. Machado$^3$ V 35. Schd.*] [*restit.* Gloss. II 520, 11 *pro* sella, 591, 8 *pro* ralbum; *v. etiam vol. VII 2, 977, 58.*]

*i. q. instrumentum ad radendum aptum* (*ad rem v. White, Agricultural Implements, 1967, 140sq.*): Plin. nat. 18, 179 purget vomerem … stimulus cuspidatus -o. Gloss. -a: ξυστήρ. †runctia (*fort.* runcina). -um: ξυστήρ. rasorium. II 378, 41 ξυστήρ: haec -a, -um, -us, rasorium.

**1. rāllus,** -a, -um. [*potius a* rārus (*rāro-lo-) *quam a verbo* rādere (*rād-lo-) *derivatum vid., cum adi., quae ad verba redeunt, numquam suffixo* -lo- *formentur, cf. Leumann, Gramm. 1977, 306; aliter Walde-Hofmann II 415, de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 512. Mei.*] *de origine*: Non. p. 539, 15 -a vestis dicta a raritate (*affert* Plavt.). [*cf. it.* rallo *'avis e familia rallidarum'* (*Battisti-Alessio V 3200*). *Schd.*]

*i. q. rarus, subtilis* (*de vestimentis*): Plavt. Epid. 230 quid istae *mulieres,* quae vesti quotannis nomina inveniunt nova? tunicam -am, tunicam spissam *eqs.* Isid. orig. 19, 22, 23 (*in cap.* de … nominibus vestimentorum) -a, quae vulgo rasilis dicitur.

*cf. Onom.* *Malloch.*

**2. rāllus** *v.* rallum. **rāma** *v.* ramus.

**rāmālis,** -e. *a* ramus (*cf. Leumann, Adj. auf -lis, 1917, 30*). Not. Tir. 104, 82 -ia (ramn- *var. l.*). *de notione et usu*: Serv. georg. 4, 303 (*v. p. 57, 29*) dicimus … et 'hic ramus' et 'hoc -e' (*affert l. 43*). Gloss.$^L$ I Ansil. ra 101 -ia: pro -bus ⌊posuit⌋ seu pro frondibus vel pro opacitate; dicitur enim et -bus (⌊ ⌋ *an Verg. georg. 4, 303, ita ut lemmatis loco* ramea *ponendum sit?*). 102 -ia: rami arborum vel frondes. *legitur maxime neutr. plur. pro subst.* (*cf. e. g.* minutalia, nugalia; *neutr. sing. l. 26. 43. 49sqq., adi. sub 2*). [*a neutr. plur.* -ia *fort. it.* ramaglia *'ramulorum sectorum congeries'. cf. Faré, Postille 7024a. Battisti-Alessio V 3201. Cortelazzo-Zolli$^2$ 1317. Schd.*]

*i. q. ad ramos pertinens*: **1** *neutr. pro subst. significantur ramuli, virgulae* (*sive in arbore manent, sive abscisa sunt; accedit adi. indicans genus ligni l. 49sqq.*): **a** *potius collective*: Ov. met. 8, 644 *Baucis* multifidas … faces -iaque arida tecto detulit et minuit parvoque admovit aeno (*cf. Callim. Hecale frg. 243 Pf.* δανὰ ξύλα [*sec. Hom. o 322*]). Sen. epist. 90, 10 *tempore prisco* spissatis -bus ac fronde congesta et in proclive disposita decursus imbribus … erat. Tac. ann. 13, 58 Ruminalem arborem … mortuis -bus et arescente trunco deminutam prodigii loco habitum est. *in compar. vel imag.*: Pers. 1, 97 'arma virum' nonne hoc spumosum et cortice pingui, ut -e vetus ⌊vegrandi⌋ subere coctum? (⌊ ⌋ *Porph., Serv.,* praeg- *codd. Pers.*). 5, 59 cum … cheragra fregerit articulos *hominum,* veteris -ia fagi (*cf. e. g. Schol. 5, 58, 4* ut *digiti* sint similes … veteribus ramis fagi). Mart. Cap. 3, 263 (*loq. Grammatica*) ne densis obumbrata -bus, *i. argumentis perplexis sim.,* … silvescam. 7, 730 (*loq. Arithmetica*) quamvis … vos *deos* … recenseam ex meis -bus germinari. **b** *potius de singulis*: Mart. Cap. 1, 7 ut *Apollo* -e laureum gestitat (*postea*: divinatrice … virga). 9, 917 (vers.) Cupido arcus … dulcinerves roseo ligans -i. Cassiod. var. 11, 38, 4 *chartis nondum inventis* erat indecorum … in veternosis -bus imprimere, quod sensualis poterat elegantia reperire.

**2** *usu adi.*: Isid. orig. 17, 7, 72 (*inde* Gloss.$^L$ I Ansil. cl 236) haec *pix* a Graecis appellatur κλωνία, nos -em (-e *var. l.*) dicere possumus. Gloss. II 227, 33 ἀνθρακιά: -is pruna (*inde corrigas* III 264, 16 ἀ.: -is pugna).

Crispos Boud⟨…⟩ *?***ramedon** CIL XIII 3204 (*saec. I?*). *sunt qui vocem celt. esse et viam significare putent, v. Holder, Alt-celtischer Sprachschatz II, 1904, 1072, Wierschowski, Fremde in Gallien, 2001, 384 n. 537; sed non constat* ram- *initium esse vocis.* *Bl.*

*?***rāmen:** pulvis, qui raditur de aliqua specie Gloss.$^L$ V Abba ra 12 (*nisi legendum est* ramen⟨tum⟩ *coll. l. 72; sed cf. de formatione Leumann, Gramm. 1977, 370*).

**rāmenta** *v.* 1. ramentum.

**rāmentōsus,** -a, -um. *a* 1. ramentum. *i. q. ramentis plenus*: Cael. Avr. chron. 4, 3, 41 *si* retenta putredine parva excluserint aegrotantes, quae sint sanguinolenta et -a (*cf. p. 57, 12sqq.*).

**1. ‡rāmentum,** -ī *n. et* rāmenta, -ae *f.* *a* radere (*cf. l. 72 et Leumann, Gramm. 1977, 370*). *fem. sing. in proverbio apud* Plavt. *p. 56, 14sqq. (sed neutr. p. 56, 17); ceterum fort. p. 56, 63.* *de notione* (*v. etiam p. 56, 19 et vol. VII 1, 2148, 67sq.*): Gloss. -um: pulvis, qui raditur de (*vel* ab *vel* ex) aliqua specie. -a: ξύσματ⟨α⟩, ξέσματα. rasura cuiuscumque rei. aeramenta. musculae, ⌊alibi firma⌋ (-a musculae *ex* -um astula *ortum susp. André, Rev. Phil. 33, 1959, 243sq.*; ⌊ ⌋ *'ad* rata*?' Goetz*). II 594, 1 strigmentum: -um. *legitur inde a* Plavto, Lvcr., Manil., *saepius apud rerum nat. scriptores; praevalet plur.* [*it. vet.* ramento *'actio radendi', it. sept.* rümenta *sim., raet. occ.* (*Unterengadin*) rumant, *francog. mer.* ramento, reménta *'reliquiae ciborum, scobis'. cf. M.-L. 7025 et Faré, Postille 7024b. 7025. Battisti-Alessio V 3202. Wartburg X 38. Schd.*]

*significatur id, quod radendo fit, decidit* (*pro syn. est* scobis *l. 51* [*comparatur l. 54, disting. autem l. 8*], strigmentum *p. 56, 1* [*cf. l. 65*]; *disting.* massa *p. 57, 5,* scobis *e. g. l. 35. 37. 50. 51. 56,* squama *l. 68; accedit gen. materiae p. 57, 9* [*exemplum certius*], *qualitatis p. 57, 20, gen. indicans, unde quid radatur l. 40. 71. al., quid radat p. 57, 2, ceterum praepos.* ex *l. 36. 53, adi. l. 14. p. 57, 6*): **1** *respiciuntur potius qualitates -orum propriae*: **a** *exiguitas, pusillitas sim.* (*proverbialiter, cf. Otto, Sprichw. n. 1503*): Plavt. Bacch. 513 quam *meretrix* illa umquam de mea pecunia -ā fiat ⌊plumeā⌋ propensior, … malim *mendicare* ([⌊ ⌋ plumbea *Non. p. 222, 4*]. *sim.* $519^b$ quam illa … -ā fiat gravior aut propensior [*fort. per dittographiam; om. cod. A*]. *item abl. mensurae*: Rud. 1016 omitte vidulum! :: numquam hercle hinc hodie -ā fies fortunatior). 680 patri omne cum -o reddidi (*684* omne aurum … reddidi). **b** *vilitas* (*fort. transfertur ad personam*): Fvlg. serm. ant. 31 -a dici voluerunt quasi quoddam proiecticium purgamentum; unde et Quintus Fabius Lucullus in epico carmine ait: 'vilissimum -um, proluviosa pestis' (*cf. vol. X 2, 1841, 28sq.*).

**2** *respicitur potius materia ipsa; de iis*: **a** *quae opere hominum raduntur, runcinantur, limantur sim.* (*secantur l. 66; hic illic indicantur instrumenta, sc.* pumex *l. 39,* runcina *l. 53,* terebra *l. 49, cf.* acus *l. 67; -is parantur medicamenta e. g. l. 53sqq. 58sqq.*): **α** *metallum* (*cf. l. 74. p. 55, 74*): Lvcr. 6, 1045 *hoc* vidi et -a simul ferri furere intus ahenis in scaphiis, lapis hic magnes cum subditus esset. Plin. nat. 29, 80 gallinacei … circulo e -i⟨s⟩, *sc. auri,* addito in collum non canunt ([sarmentis *var. l.*]. *cf.* -a *auri*: Hist. Avg. Ver. 10, 7 ut capiti a. [ro]ramenta respergeret. Comm. 17, 3 capillo … a. -is inluminato). 33, 127 vatillis ferreis candentibus -o imposito (*sc. argenti, ut ibid.* inficitur … -um obiter). 34, 175 *cerussa* fit … -is *plumbi* tenuissimis super vas … impositis (Cael. Avr. acut. 3, 17, 169 *catapotium* ex p. -o et cocco *eqs.*). **β** *cornu, ebur sim.* (*pellis l. 38sq.*): Cels. 6, 9, 2 coquitur … in aceto *cornus cervini* -um (*ad dentes sanandos ut*: Marcell. med. 12, 43 -a c. c. vel scobem eius lima factam. *cf.* Plin. nat. 21, 5 *coronae* hibernae … -o e cornibus tincto). Plin. nat. 28, 88 eboris (*disting.* scobe. *cf.* Ser. med. 547 nivei … elephanti). 28, 233 (*inde* Plin. med. 3, 24, 7) -a pellis cervinae delecta (dei- *var. l.*) pumice ex aceto trita (*cf.* Marcell. med. 19, 31 pelliculae caprunae). Chiron 455 desubtus pedes ipsa -a (sam- *cod.*) pedum conterere. **γ** *lignum sim.* (*e contextu -a lignea intellegenda est l. 42. 45; dubitanter huc traximus l. 45*): Sen. nat. 1, 1, 8 ⌊-a⌋ sulphure aspersa ignem ex intervallo trahunt ([⌊ ⌋ stram-, ium-, sarm- *var. ll.*]. *cf. Vlp. dig. 32, 55, 8* sulpurata … de ligno. *sim.* Mart. 10, 3, 3 linguae probra circulatricis, quae sulphurato nolit empta -o Vatiniorum *calicum* proxeneta fractorum [*cf. 1, 41, 4sq. qui* sulphurata fractis permutat vitreis. *sim. Stat. silv. 1, 6, 74. Iuv. 5, 48, quod Schol. explicat* ut solent sulpure calices fractos sive calvariolas componere. *ad rem v. Blümner, RE IIA 799, 28sqq., qui cogitat de filis sulphuratis*]). Colvm. 4, 29, 16 (*de inserenda vite*) *terebra Gallica* non sc[r]obem, sed -a facit, quibus exemptis *eqs.* ([tram- *SA,* rasam- *recc.*]. *sim.* arb. 8, 4 [*sed Pallad. 3, 17, 7* scobe]). Plin. nat. 15, 67 uvas in sc[r]obe -isve abietis, populi, fraxini servare (*cf.* 16, 225 abies … spectabilis -orum crinibus, … orbe se volvens ad … runcinae raptus). 23, 129 inlinuntur ⌊-a e ramo⌋ *caprifici* sine cortice quam minutissima ad scobis modum (ramenteramo *sim. codd.*). 24, 6 -a ligni *loti herbae* decocta in vino prosunt dysentericis (*cf. ibid.* his -is nihil esse amarius; … fit et e scobe eius medicamentum). 24, 16 -a *cupressi* pota menses cient. 24, 46 -a eius *fraxini* et scobem. **δ** *varia*: Fest. p. 241 quae *remedia* … uxor Tarquini Prisci invenisse existimatur et inmiscuisse zonae suae, qua praecincta statua eius est …; ex qua zona periclitantes -a sumunt (*sc. pro amuletis usuri*). Scrib. Larg. 39 *cucurbitae* -orum sucus … infusus *auribus* ([*inde* Marcell. med. 9, 32]. Marcell. med. 1, 47. Plin. phys. Bamb. 13, 10 c. viridis -a … dolore⟨m⟩ tumoremque *oculi* emendat [*an* -a⟨n⟩t*?*]. *cf.* Plin. nat. 20, 17 *colocynthis* -is corticis recentis podagras refrigerat … et ignes sacros … iisdem strigmentis impositis. Garg. Mart. med. 6, 11 [*cf. Diosc. gr. 2, 134* ξύσμα]). Plin. nat. 13, 76 *charta* Saitica … ex vilioribus -is *constat* (*cf. 74 papyro* diviso acu in praetenues, sed quam latissimas philyras *eqs., 77* schida). 36, 162 invenere et alium usum in -is squamaque *lapidis specularis*: Circum Maximum … sternendi, ut *candeat.* 37, 48 -a *sucini* … oleo addito flagrant *dilucide.* Ser. med. 362 (*inter medicamenta*) navis -um (*sim.* 444 -a carinae. *cf. p. 50, 72sq. et e. g. Plin. nat. 24, 41* zopissam eradi navibus). *al.*

**b** *quae viribus variis eroduntur, resolvuntur sim.*: **α** *vi naturae* (*sc. aquae, sed aliter fortasse p. 57, 5. 10*): ① *metallum* (*cf. l. 25*): Manil. 5, 529 ille *sub Cassiepia natus* … parva … -is faciet momenta

[*Spoth*]

minutis ⌞Pactoli⌟ve leget census spumantis in ⌞aurum⌟ (⌞ ⌟ *cf.* PLIN. nat. 33, 66 aurum invenitur … fluminum -is, ut in Tago …, Hebro …, Pactolo …; nec ullum absolutius aurum est, ut cursu ipso attrituque perpolitum. SERV. auct. Aen. 10, 142 cum *in Pactolo* -a quaedam auri inveniri dicantur. *ceterum cf.* PLIN. nat. 33, 62 *aurum* solum in massa ⌞aut -o⌟ capitur [auramento *var. l.*]. MAR. VICTOR. aleth. 1, 281 [*respic. gen. 2, 11*] aurea fulgentis inter -a metalli). AVIEN. ora 297 amnis … fluctibus stagni gravis -a volv⟨i⟩t. Ⓘ *sal*: PLIN. nat. 31, 75 amnes Ochus et Oxus ex adpositis montibus deferunt salis -a. 31, 85 in igni … *non* crepitat … *sal* Tragasaeus neque Acanthius … nec ⌞ullius spuma aut -um tenuius⌟ (*Mayhoff, v. app. crit.*).

**β** *vi veneni, medicamenti, sc. qua resolvuntur membranae non tam motu radendi quam effectu exedendi*: SCRIB. LARG. 191 *qui venenum quoddam biberunt*, reiciunt … ab stomacho -a, quae etiam similia torminosis (*i. dysenteria affectis; locum huc traximus coll. l. 18; sunt autem, qui de offis cogitent*). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 28 exclusis … cum medicamine … muculentis humoribus atque -is, *sc. partium exulceratarum,* et variis defluxionibus intestinorum (*cf.* 4, 6, 84 sequitur *dysentericos* … muculenta ventris egestio atque [e] -is innexa. 4, 8, 117 si -a fuerint exclusa sanguinolenti coloris).

*deriv.*: ramentosus.

*?***2. rāmentum,** (-ī) *n.* *a* ramus (*fort. e* *rām[ām]entum *per haplologiam, cf. Leumann, Gramm. 1977, 370*; duramentum, *i. partem duram vitium, confert Bruno, Lessico agricolo lat., 1969, 362*). GLOSS.[L] I Ansil. RA 105 -um tenue[m]: ramum tenerum (106 r. aridum).

**rāmes** *v.* ramex.

**rāmeus,** -a, -um. *a* ramus. *i. q. e ramis constans vel ad ramos pertinens*: VERG. georg. 4, 303 -a costis *vituli caesi* subiciunt fragmenta, thymum casiasque recentīs (SERV. fracta de ramis, id est ramorum fragmina. *v. etiam p. 55, 29*).

**rāmex,** -icis *et* rāmes, -itis *m. vel f.* (*cave confundas c.* ramites [-ces] *p. 58, 60sqq.*). [*voci* rāmes (*vel* -ex *per nimiam latinitatis affectationem*) *radix* *u̯reə₁ĝ- *subesse vid. (stirpe* *rāmus < *u̯reə₁ĝ-smo- *transformata in* rāmes, *ut p. 58, 61sq.), cf. gr.* ῥηγμός *'fractura', russ.* rézatь *'secare', armen.* ergicanem *'discindere'; v. Pokorny, Indogerm. etym. Wb., 1959, 1181sq., Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, ²2001, 698. parum constat, quid significet suffixum* -c- *similiter accedens ad alias voces, quibus partes corporis designantur (e. g.* pantex, pōdex, pollex). *Mei.*] NOT. Tir. 111, 62 -s. *genus masc. indicatur per attrib. vel praedic. l. 62. 67. p. 58, 20. 22 (cf. deriv.* ?ramicellus), *fem. p. 58, 10. 11 et fort. p. 58, 5. formas stirpis dentalis exhibent codd.* MARCELL. med. (*cf. p. 58, 45sqq.*) *et pars codd.* PLIN. nat. (*universi* 26, 78 sq., *plerique e. g.* 20, 142 [*cf. p. 58, 40*]; *nom. sing.* -es *l. 38 et* PLIN. nat. 30, 135 [*si recte trad., v. l. 73*]. MARCELL. med. 33, 26 [*bis*], -is GLOSS. II 300, 29 [*iuxta* -ix; *e cod. saec. VII*] *et fort.* 591, 13), *stirpis gutturalis fere ceteri* (*in frg. saec. VII in.* PS. APVL. *l. 74; nom. sing.* -ex *passim [sed* -ix *l. 44], restit.* PLIN. phys. Sang. p. 245 l. 11 ram[i]ex arefiat [*Fischer, Galenos 2, 2008, 141*]; *acc. plur.* -cīs *ibid.* p. 245 l. 8 [*fort. et* l. 12 sq.]). *de notione v. l. 57sqq. p. 58, 17. legitur inde a* LVCIL., CELSO (*v. sub 2*), PLIN. nat. [*it. vet. et francog. med.* ramice *'hernia scroti'. cf. Battisti-Alessio V 3202. Wartburg X 38. Schd.*] [*falsa var. l. pro* ames COLVM. 9, 1, 3; *e coni. dub.* CELS. 7, 18, 11 inguen … nonnumquam ⌞⟨fit ut⟩ -e⌟ inplicetur (⌞ ⌟ *Marx in app. crit.,* varice *codd. corrupte*).]

*significantur partes scroti vel inguinum aegrae morbis, q. d.* κῆλαι (*potius de ipso morbo e. g. p. 58, 4. 17; longe praevalet stirps gutturalis [v. l. 45], cf. subst. similia e. g.* famex, pantex, podex, varix): **1** *proprie respicitur scissura, ruptura, sc. de scroto labentibus intestinis tumente (v. p. 58, 7); fere ingruit morbus q. e.* ἐντεροκήλη (*cf. l. 70. p. 58, 5. 11 et* GLOSS. II 300, 29. III 206, 46 GLOSS.[L] II Philox. RA 13) *vel hernia intestinorum (cf. l. 71. p. 58, 3. 41. 65. vol. VI 3, 2659, 4 et* GLOSS. III 604, 53. V 656, 40; *cum Cels. 7, 18, 3 non* -x, *sed voce* hernia *utatur, haec deest* PLIN. nat.): **a** *in satura, per ludibrium*: LVCIL. 332 quod deformis senex arthriticus ac podagrosus est, … exilis, -e magno (*item senis*: IVV. 10, 205 iacet exiguus cum -e nervus [SCHOL. -em dicit intestinum]). ANTH. 137, 4 tam tereti -e vincis opus *figulorum* (*1sq.* inguine suspensam gestas ⌞…⌟ [*lacuna*] lagoenam, quae tibi fit turgens amphora flante Noto).

**b** *in arte medica sim.; dolent: homines*: PLIN. nat. 20, 142 adeo peculiari in visceribus his *rutis* effectu, ut silvestri ruta … inlitos -es sanari prodant. 20, 251 *lini semen* emendat … testium vitia et -es. 24, 15 cupressi folia … imponuntur … -i, qua de causa et bibuntur; testium quoque tumori *eqs.* (*inde* SER. med. 683 -is … tumorem. *cf. Diosc. 1, 74, 2* ἐντεροκήλας. *Marcell. med. 33, 24* hirneoso). 26, 79 infantium -i et umbilicis eminentibus psyllion inlinitur ([*cf. Diosc. 4, 69, 2* ἐντεροκήλας]. 30, 135 -s i. lacertae … morsu *emendatur* [rumes *var. l.*; -x *edd. rec.*, -⟨ic⟩es *vet.*]. 30, 137 PLIN. phys. Sang. p. 244 l. 24). *al.* PS. APVL. herb. 77 l. 5 ad -em pueris ([puerorum *pars codd.*]. *item puerorum*: MARCELL. med. 33, 26 si puero tenero -s descenderit, cerasum … findito ita, ut per plagam puer traici possit *eqs. ibid.* -s pueri. 33, 60 ydroceles puerorum sive -es [*pendet e l. 39*]. PS. THEOD. PRISC. add. p. 286, 4 [*tit.* de herniosis] per ipsam fissuram *rami* puerum transduces, qui -em patitur. *al.*). THEOD. PRISC. eup. faen. 79 p. 85, 7 -em …, ⌞quam⌟ appellamus, sic curabis (⌞ ⌟ *fort.* quam ⟨enterocelen⟩ *coll.* CAEL. AVR. chron. 5, 10, 128 chirurgia -is, quam Graeci e. vocant). PS. DEMOCR. med. 1, 16 cui intestinum cadens doluerit, ⌞quem⌟ medici -em dicunt (⌞ ⌟ quod *Fischer*). PLIN. phys. Bamb. exc. 114 -es et hernias exsiccas. Sang. p. 244 l. 1 (*tit.*) -es tumentes et dolentes testiculos. *ibid.* l. 29 -em reprimendam. *al.* *iumentum*: CHIRON 728 si cui iumento -x nata fuerit *eqs.* (*cf. Hippiatr. gr. I p. 226, 20* ἐντεροκήλης).

**c** *in quolibet opere*: FVLG. myth. 2, 4 Diogenes … dum dolore -um torqueretur (*plur. mirus vid.*).

**2** *transfertur ad venas eiusdem fere loci tortas, glomeratas sim.* (*non nisi nom. sing.* -x *apud* CELS.; *ambigua ad 1 relegavimus*): **a** *in tunicis sim. scroti, testium, sc. morbo ingruente q. e.* κιρσοκήλη: CELS. 7, 18, 9 integris tunicis (*abl. absol.*) -x innascitur: 'cirso⟨ce⟩len' Graeci appellant; venae intumescunt ⟨e⟩aeque intortae conglomerataeque … scrotum inplent vel mediam tunicam vel imam. 7, 22, 1 -x …, si super ipsum scrotum est, adurendus est … ferramentis, quae ipsis venis infigantur …; maximeque, ubi inter se implicatae glomerantur *eqs.* 7, 22, 2 sq. 7, 22, 5 ubi … -x est ortus. **b** *in inguine* (*vix addas p. 57, 52*): CELS. 7, 24 ubi … in ipso inguine -x est, si tumor modicus est *eqs.*

*deriv.*: *?*ramicellus, ramicosus (*et* -tosus), *?*ramitarius; *cf.* ramiculosus.

*?***rāmicārius** *v. ?*ramitarius.

*?***rāmicellus,** -ī *m.* *a* ramex *deminutive, si recte restit.* [*it.* ramicello. *cf. Battisti-Alessio V 3202. Schd.*] *i. q. ramex* (*vis demin. evanuisse vid.; cf. e. g. Langslow, Medical Latin …, 2000, 328*): PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 69 hippuris *herba* … et -os curat (ramos cellos *cod.; an latet* κήλας *vel* celicos? *cf. Galen. XI 889* ἐντεροκήλας). *cf.* ramiculosus.

**rāmicēs** *v.* ramex *aut* ramites.

**rāmicōsus** *et* rāmitōsus, -a, -um. *a* ramex, rames (*cf. p. 57, 40 sqq.*). NOT. Tir. 111, 63 -tosus (*62* rames). *de notione*: SVPPL. Lucan. 1, 57 -cosus …, id est herniosus (GLOSS.[L] I Ansil. RA 110 -cosus: ⟨h⟩erniosus. *cf. l. 41*). GLOSS. II 300, 28 ἐντεροκηλήτης: -tosus (III 330, 21 ⌞ἐ.⌟: -cosus [-σκηλησ *cod.; cf. 20* κηλήτης: hyrniosus]).

*i. q. ramice affectus (adhibetur adi. pro subst.): forma -cosus* (*adde l. 35bis. 37*): PLIN. nat. 30, 136 ⌞-is⌟ coclearum cinis … inlitus … medetur (⌞ ⌟ *cod. unus et fere edd.,* -tosis *cett.; pendet l. 2*). SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 105 multum interest inter eunuchum et hirneosum, id est inter -um et spadosum (*Porph. ad l. affert proverbium* ἢ σπάδων ἢ κηλήτης). PLIN. phys. Sang. p. 216 l. 10ᵇ (*inter capp.*) ad erniosos et ⌞-us⌟, ad idrocelicos et interocelicos et sarcocelicos (⌞ ⌟ *sed* p. 244 l. 27 [*tit.*] -os). *forma -tosus* (*adde l. 34. 36; cf. l. 40*): MARCELL. med. 33, 23 hirneosis, -is ydrocelicisque asparagi … radices … subveniunt. 33, 25 lapidem ignarium contusum … pro emplastro impone -o. 33, 51 ad -os et quibus veretra et testiculi dolebunt.

**rāmiculōsus:** in testiculis ydropicus GLOSS. II 591, 11 (*sc. hydrocelicus? quod tamen alias distinguitur, v. l. 2. 43. 46. al.*). *derivatum esse vid. a* *ramiculus, *vi demin. sane evanida; cf. ?*ramicellus.

**rāmis** *v.* ramex. *Spoth.*

*?***rāmitārius** (-cār-?), -a, -um. *a* rames (ramex). *i. q. ad ramicem pertinens, sc. ei medens* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 50*): DIOSC. gr. Vind. 3, 12 ἄκανθα λευκή· … Ῥωμαῖοι σπίνα ἄλβα …, οἱ δὲ κάρδους ῥαμπτάρια (ramptāria < *rām[i]tāria *per syncopen? pro* cardus -a *vel* -caria *sec. André, l. cit.; quibusdam* c. r. *significari vid. 'Cnicus ferox' L. vel 'Cardus acarna' L.; an cogitandum est de cirsio?* [*cf. morbum q. d. cirsocele supra l. 17*]). *Harbsmeier.*

**rāmitēs** *et* rāmicēs, -um *m. pl.* [rāmitēs *a stirpe* *rāmus *derivatum est; quae formatio cum vocibus* tarmes -itis (*a radice* *terə₁- *'terebrare'*), tudes -itis *comparari potest, cf. Leumann, Gramm. 1977, 372. Mei.*] *formas stirpis dentalis v. l. 64. 66. 69. 71. 72, gutturalis l. 64. 72. 73; acc. plur.* -īs *l. 72. de notione*: NON. p. 166, 4 -ces (-tes *cod. Lugd. prior*) dicuntur pulmones vel hirnea (*affert locos infra cit. omnes nec non* LVCIL. *p. 57, 61; inde* GLOSS. V 646, 58 -tes: p.).

*fere i. q. bronchia, sc. ramis similia, vel pulmones; non nisi in iunctura -es rumpere (c. allitteratione q. d., maxime l. 72)*: PLAVT. Merc. 138 volo adquiescere; tua causa rupi -tes (tram- *var. l.*); iamdudum sputo sanguinem (*cf. 151sq.* me rupi causa currendo tua. *item cursu*: Poen. 540 tua causa nemo nostrorumst suos rupturus -tes). VARRO Men. 192 (*in re venerea*) rapta a nescio quo mulione raptoris -tīs rumpit (-cīs *var. l.*). 561 priusquam in orchestra pythaules inflet tibias, domi suae -ces rumpit.

**rāmitōsus** *v.* ramicosus. **rāmix** *v.* ramex.

**rammus** *v.* ramus. **ramnus** *v.* rhamnus. *Spoth.*

※**rāmōsus,** -a, -um. *a* ramus. *compar.* -ior PLIN. nat. 21, 58 (*cf. Theophr. hist. plant. 6, 2, 6* πολυκλωνότερον). 26, 96. 102 (*cf.* magis -us *l. 15*), *superl.* -issimus PLIN. nat. 32, 22 TERT. apol. 35, 11 (*cf.* maxime -us *l. 29*). GLOSS. II 350, 10 κλαδοειδής: -us. 444, 39 σύνδενδρος: arbuscolosus, -us. *legitur hic illic in versibus inde a* LVCR., VERG., *in prosa orat. inde a* LIV., *saepe apud* PLIN. nat. (*41$^{ies}$*). [*fort. sermoni docto tribuenda sunt it.* ramoso, *sard. centr.* ramozu, *raet. occ.* (*Engadin*) ramus, *francog.* rameux, *prov., cat.* ramos, *hisp., port.* ramoso. *cf. M.-L. 7031. Battisti-Alessio V 3203. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1317. Machado$^{3}$ V 37. Schd.*]

*i. q.* *ramis abundans* (*fort. aliter, sc. i. q. rami speciem praebens, rami similis,* GLOSS. *l. 4 et* SIDON. *l. 64; neutr. plur. pro subst. l. 44; accedit abl. l. 42, praepos. sub 1b et l. 59*): **1** *proprie respiciuntur rami arborum, herbarum*: **a** *quaelibet exempla*: **α** *-ae sunt ipsae arbores vel herbae* (tegmen *arboris l. 26*): LVCR. 5, 1096 -a … arbor (*[v. p. 63, 22]*. LIV. 33, 5, 6 maiores et magis -as a. caedebant, quam quas ferre … miles posset. ISID. orig. 17, 8, 2 tus *est* a. Arabiae inmensa atque -a [*inde* GLOSS.$^{L}$ I Ansil. TU 249. 251]). OV. ars 3, 149 *non* -a numerabis in ilice glandes (CLAVD. DON. Aen. 9, 380 p. 240, 10 i. nigris -is et spissis). PLIN. nat. 16, 125 -arum, *sc. arborum.* 16, 197 *abietes sunt* -ae ibi et contortae (*cf. Theophr. hist. plant. 5, 2, 1* ὀζώδεις). 21, 94 quaedam … multicaulia ⌞-aque sunt⌟ ut carduus, uno autem caule nec -um cnecos (⌞ ⌟ *cf. gr. ibid. 6, 4, 4* καὶ ἀποφύσεις ἔχειν). *et saepe.* TERT. apol. 35, 11 quam recentissimis et -issimis laureis postes praestruebant *scelesti quidam.* VET. LAT. Ezech. 31, 3 (Hier. Victorin. Poetov. in apoc. 11, 7) -us, *sc. cypressus* (*gr.* καλὸς ταῖς παραφυάσι, *Vulg.* pulcher ramis). IVL. VAL. 3, 53 l. 1272 myrti quaedam -ae. INSCR. christ. Rossi II p. 245 n. 4, 2 (*ante saec. VIII*) tegmine … -o roboris alti. **β** *-i sunt stipites sim. arborum vel herbarum* (*radices v. sub 2aγ*): OV. fast. 3, 751 -o stipite. PLIN. nat. 16, 151 bracchia … maxime -a ([*v. p. 24, 33*]. AMBR. in psalm. 36, 14, 2). 18, 57 *caulis* -us (*v. app. crit.*). 26, 96 -iore frutice *orchis cuiusdam.* PS. DIOSC. herb. fem. 19 *camaemelos* virgulta … habet -a. **γ** *-a sunt loca, ubi arbores crescunt*: PROP. 4, 4, 5 lucus erat …, Silvani -a domus. 4, 7, 81 -is … arvis (*v. vol. X 1, 2592, 67*).

**b** *indicatur per locut. c. praepos. dispositio ramorum, sc.: pars, ex qua arbor sim. -a est*: PLIN. nat. 16, 39 pinus silvestris … a medio -a. 16, 123 alia *arbor* ab radice bracchiata, ut ulmus, alia in cacumine -a, ut pinus (25, 38 caule … -o in c. 25, 151 in cacuminibus). 22, 58 hoc *helioscopium* ab ⌞una⌟ radice -um *est* ([⌞ ⌟ *trad., quod def. André*; ima *edd. vet., Mayhoff*]. 26, 59 sucus herbae ab r. -ae). *intervalla ramorum*: PLIN. nat. 26, 108 *geranion herbam* -am ex intervallis.

**2** *transfertur*: **a** *ad corporea, quibus forma est ramis arborum similis* (*pars ramorum speciem praebens indicatur per abl. l. 49. 60sq.*): **α** *-a sunt varia*: LVCR. 2, 446 quae nobis durata ac spissa videntur, haec magis hamatis inter sese esse necesse est et quasi -is alte compacta teneri. 6, 133 -a videmus nubila saepe modis multis atque aspera ferri. MANIL. 1, 846 *cometes* lampadas … fissas -os fundit in ignes. PLIN. nat. 32, 22 *corallium* probatissimum quam maxime rubens et quam -issimum (*inde* ISID. orig. 16, 8, 1 corallius … forma -us). 37, 191 bostrychitis in nigro -a candidis … frondibus. *in imag. de via*: PERS. 5, 35 vitae nescius error diducit trepidas -a in compita mentes *adulescentis* (*cf.* SCHOL. Pers. 5, 34, 3 dicit plures vias habentia *eqs.*).

**β** *-a sunt animantia eorumve partes*: (I) *cornua quaeque ad ea pertinent* (*ipsum animal l. 59*): VERG. ecl. 7, 30 -a … cornua cervi (*item cervorum*: PHAEDR. 1, 12, 5 CLAVD. DON. Aen. 7, 485 p. 74, 4 GLOSS. IV 435, 50. *aliorum*: PLIN. nat. 8, 124 tarandro … *sunt* c. -a [*cf. Theophr. frg. 172, 2* ἔχει δὲ τὸ κέρας ἀποφυάδας]. 11, 124 *natura* dedit -a *c.* capreis …, convoluta *arietibus*). CALP. ecl. 6, 42 -a … tempora *cervi.* CLAVD. 24, 291 *cervis Dianae* cornua -o surgunt procera metallo. CARM. CIL XI 258, 17 -i in cornua cervi (*nom. plur.*). (II) *hydra*: OV. met. 9, 73 (*verba Herculis*) hanc ego -am natis e caede colubris … domui. STAT. Theb. 4, 168 *in scuto* squalet triplici -a coronā hydra. (III) *variae partes corporis* (*sive externae, sive internae*): TERT. carn. 9, 3 aspice … venarum -os discursus ut ambages rivorum. SIDON. carm. 15, 29 cui *Briareo* vertice ab uno cernas -is palmas fruticare lacertis. epist. 3, 13, 9 *parasito turpi* ossium -a compago sub … *abdomine* latet. ALC. AVIT. carm. 1, 91 (*homo creatur*) pectus spargit -as post bracchia … palmas (*item respiciuntur digiti*: VEN. FORT. vita Germ. 16 manus -a distenditur et … dextra saluti reducitur).

**γ** *-ae sunt radices arborum vel herbarum*: PLIN. nat. 16, 127 crassiores *sunt radices* … oleae, cui et -ae (*cf. Theophr. hist. plant. 1, 6, 4* ὀζώδεις). 21, 89 radices -as ac multiplices (*cf. gr. ibid. 1, 6, 12* σχιζομένας πολλαχῇ). 25, 116. *al.*

**b** *ad incorporea, quorum multae exstant species*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 4 p. 10, 18 harum quinque rerum scientia -ā quadam et multifidā vi in omnes sese philosophiae partes infundit (1, 26 p. 78, 11 unitas generum … in m. -asque species segregabitur).

*?***rampium,** -ī *n.* *fort.* ῥάμφιον, *ita ut significetur genus cultelli formam rostri habentis* (*cf.* ῥαμφή. *vocem lat. medii aevi* rampinus *confert Cugusi*): CORP. epist. lat. 206, 8 (*a. 232/7*) armatos cum ⌞ranpiis⌟ et scut⟨is⟩ (⌞ ⌟ *ita Cugusi,* can- *vel* cin-, -piis *vel* -tiis *Marichal; omnia dubie leguntur*).

**ῥαμπτάρια** *v. ?*ramitarius. **[rāmula** *v. l. 22.*]

**rāmulārius,** -ī *m.* *a* ramulus. *i. q.* ἀντεπίτροπος, *i. procurator vicarius* (*v. Rudorff, Abh. Berl. Ak., 1865, 266sq.*): GLOSS.$^{L}$ II Philox. AR 4 a -is: ἀπὸ τῶν ἀντεπιτρόπων (*additur* liber de officio proconsulis, *de quo v. Laistner in praef. p. 132sq.*). *v. etiam* ramuscularius.

**rāmulōsus,** -a, -um. *a* ramulus. [*val.* rămuros, *nisi a* ramură (*v. l. 19*). *cf. M.-L. 7033 et Faré, Postille. Tiktin-Miron$^{3}$ III 283. Schd.*]
*i. q.* *ramulis abundans*: PLIN. nat. 16, 92 *folia sunt* disposita myrto …, plura eodem pediculo exeuntia malis pirisque, -a ulmo et cytiso (*i. multis peciolis, pediculis praedita? v. André, ed. 1962, 131 ad l.*).

※**rāmulus,** -ī *m.* *a* ramus *deminutive.* *nom. neutr.* -um *v. l. 69.* GLOSS. -us: κλαδίον. κλωνίον. *legitur in prosa orat. inde a* CATONE, CIC., VARRONE, *in versu apud* CATVLL. *solum; vocem frequentant* COLVM. (*25$^{ies}$ praeter coni. l. 41*), PLIN. nat. (*22$^{ies}$*). [*val.* ramură, *nisi a plur.* *rāmora. *cf. M.-L. 7034 et Faré, Postille. Tiktin-Miron$^{3}$ III 263. Schd.*] [*confunditur in codd. c.* ramus *e. g.* PLIN. nat. 26, 63 CASS. FEL. 82, 2; *fem.* -a *in falsis var. lect. p. 74, 12sq.*]

*i. q.* *parvus ramus* (*accedit adi.* tener *l. 63. p. 61, 10; genus indicatur per gen. l. 38sqq. et saepe, per adi. l. 35. p. 61, 30; iuxta ponitur vel disting.* ramus *e. g. l. 37. 46. 68. 72; aliae voces idem fere indicantes accedunt vel locis respondentibus occurrunt e. g.* cacumen *l. 53. 57,* calamus *l. 56,* surculus *l. 51. 55; gr. resp. e. g.* κλάδος *p. 61, 24. 36,* κλών, κλωνίον *p. 61, 15sq. 21,* παραφυάς *p. 61, 25*): **1** *proprie significantur partes arboris, fruticis, herbae sim. sive a stirpe vel caule ortae sive supra terram separatim a radice procedentes* (*nec genera nec -orum formas infra distinximus; caules ipsi significari vid. p. 61, 13, cf. gr.* καυλός *p. 61, 12; partes radicis v. p. 61, 43; in imag., compar. sim. p. 61, 5sqq. 33. 37*): **a** *respiciuntur -i ab hominibus tractandi, ad usus varios adhibendi*: **α** *in re rustica vel cultu hortorum*: (I) *varia exempla*: CATO agr. 101 si -os ficulneos voles cum foliis *servare,* inter se alligato, fasciculos facito. COLVM. 5, 6, 15 (*de ulmo formanda*) tribus lateribus singuli -i summittendi primo tabulato adsignentur; mox … alii rami submittendi sunt *eqs.* 7, 8, 2 fici -is glaciatus caseus iucundissime *sapit.* 12, 36 *ad mustum* adicies -os roris marini …; deinde eximes -orum fasciculum *eqs.* 12, 46, 3 (*ad mala granata servanda*) *in fossulis* infiguntur sabuci -i; deinde … granata leguntur cum suis pediculis ⟨et -is⟩ inseruntur (*add. Hedberg,* ⟨et sambuco⟩ *edd. vet.*). 12, 46, 7 (*v. vol. X 1, 901, 52sqq.*). *al.* PALLAD. 3, 13, 2 circumcisis capreolis et -is inutilibus *vitium.* 12, 22, 1 -is olivae subditis (*sc. in condiendo*). (II) *in insitione, propagatione sim.*: CATO agr. 133, 3 calicem pertusum sumito tibi aut quasillum; per ea -um transserito …; ubi bimum erit, ramum tenerum … *praecisum* serito (*cf.* inserere: VARRO rust. 1, 40, 6 [*antea l. 48*] eius -i, quem inseret, cacumen. PALLAD. 4, 9, 14). VARRO rust. 1, 40, 6 ex arbore, qua vult *insitor* habere surculum, in eam, quam inserere vult, -um traducit et in eius ramo … diffisso inplicat. COLVM. 5, 11, 3 de -is, qui … integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi; surculi sint bifurci *eqs.* (*sim.* arb. 26, 2 de -is anniculis). 5, 11, 15 *cum fico arbore* -os *olivae* colliga; … quarto anno, cum bene coierit, velut propagines -os olivae a matre resecabis (*cf.* arb. 27, 4 cacumina … colligato; … velut ⌞propaginis -os⌟ [propagines *Schneider in comm.*] olivae ramos a matre resecabis). arb. 26, 4 (*antea*: surculos demittito) in una … arbore duos aut tres -os figito (*cf. 5, 11, 5* duos … calamos). 27, 3 amputatis ceteris -is ea tantum cacumina, quae inserere voles, relinquito (*cf. 5, 11, 14* ramis). SVET. Galba 1 (*antea p. 61, 31*) pangi -um *placuit.* PALLAD. 4, 9, 13 -i eius *rutae* … verno tempore pro plantis tenebunt.

**β** *in medicina*: SCRIB. LARG. 114 facit … myrthae fasciculus cum … olivae -is … incoctus. 142 si foverit … verbenis ex myrthae et olivae -is factis. PLIN. nat. 27, 50 urinam … cient tres quattuorve -i *absinthii.* MARCELL. med. 33, 20 rutae -i tenerrimi triti et inliti. PS. APVL. herb. 93 l. 18 herbae pulei -os lana involutos. *al.*

**γ** *in aliis rebus*: VAL. MAX. 2, 6, 5 duobus oleae conexis -is … Periclis cingendo caput (*item honoris causa*: 2, 8, 5 laureae -os. ARNOB. nat. 5, 16 [*in cultu deorum*] quid *sibi volunt* compti violaceis coronis et redimiti arboris -i? FVLG. Virg. cont. p. 102, 3 [*antea*: ramum aureum, *cf. infra p. 66, 15*] huic … doctrinae aureum -um dedicatur [-us, ramum *var. ll.*]. *cf.* SVET. *p. 61, 30*). APVL. met. 11, 10, 6 auream vannum aureis (⟨l⟩aur- *Passerat*) congestam -is (*i. congerendo effectam, cf. Griffiths, comm. 1985, 213*). IVL. VAL. 2, 25 l. 650 *Alexander* cornibus … ramos adnecti iubet, tumque aliis -is adnexis ad caudas pecudum *eqs.* (*in eadem re ibid.* l. 655 ut … tractis -is pulvis excitus omnem dinoscentiam veri eminus confudisset). PALLAD. 1, 24, 3 rutae -os plurimis locis *columbarii* oportet

[*Harbsmeier*]

contra animalia inimica suspendere. AMBR. Noe 19, 68 hunc ... -um *olivae* pacem petentes praeferre consuerunt. APIC. 1, 19 eligis mala ... cum -is et foliis et condes *eqs.* (*item in praeceptis artis coquendi*: 8, 1, 2 cum -is lauri. *haud multum distant quaedam sub aa allata, v. p. 60, 38sqq.*).

**b** *respicitur natura, condicio sim. -orum: in compar. vel imag.*: CATVLL. 61, 22 *sponsa* floridis velut enitens myrtus Asia -is. HIL. in Matth. 21, 8 (*comparatur synagoga arbori*) si quando inciderit, ut in sinu virgularum ex -o eodem prodeuntium emerserint *poma.* *cetera exempla*: COLVM. 5, 6, 14 cum enati -i recte convaluerint. 5, 10, 21 (= arb. 25, 2; *antea*: ramos ... disponere) dum *arbores* teneros -os habent. *al.* PLIN. nat. 21, 59 frutex humi se spargens dodrantalibus -is. 22, 63 utrique *adianto* -i nigro colore nitent (*cf. Theophr. hist. plant. 7, 14, 1 καυλόν*). 24, 132 chamaedaphne unico -o est cubitali ferme (*cf. Diosc. 4, 147 ῥάβδους ... μονοκλώνους*). 25, 93 pseudodictamnum ... -is minoribus (*cf. Theophr. hist. plant. 9, 16, 2 κλωνίοις*). 26, 69 *helioscopion* -is stantibus a radice ... suci plenis (*cf. Diosc. 4, 164, 7 κλῶνας*). *et saepius.* SOL. 2, 41 *fruticum* -i sunt, quales arborum visimus, ad semipedem frequentius longi. PALLAD. 3, 9, 6 si *vitis* fetu inpleverit -os ex ima parte surgentes. PS. APVL. herb. 51 l. 3 herba politricum, quae habet -os quasi seta porcina. herb. interpol. 49 l. 21 (= 63 l. 10) tenui radice, ex qua *heliotropia* ⌞-os IV vel V atque ab ipsis plurimas furcas⌟ emittit (⌞ ⌟ *cf. Diosc. 4, 190, 1 κλωνία ..., μασχάλας, unde aliter* DIOSC. 4, 185 p. 92, 2 hastas ..., -os habet quam plurimos). 109 l. 48 (*antea*: ramis ... rubris) *herba* latior atque rubrior supradictis -is (*cf. Diosc. 4, 164, 9 κλάδους*). DIOSC. 3, 73 p. 408, 3 haec *herba smirrion* virgas habet similes apio, -os plurimos habens (*gr. 3, 68, 1 παραφυάδας*). *al.*

**c** *varia exempla*: CIC. div. 1, 123 in agro ambulanti *cuidam* -um adductum, ut remissus esset, in oculum suum recidisse. VARRO rust. 1, 55, 3 percussa olea secum defert de -o plantam. COLVM. 5, 5, 12 (*antea*: brachia) cornibus boum -i vitium *defringuntur.* SVET. Iul. 81, 3 avem regaliolum cum laureo -o Pompeianae curiae se inferentem (*in omine ut*: Galba 1 gallinam ... -um lauri rostro tenentem). APVL. met. 1, 4, 5 quod *baculum* -is semiamputatis nodosum gerit *Asclepius.* TERT. adv. Marc. 4, 22, 12 (*in interpr. allegorica*) de quibus *Moyse et Helia* ... Zacharias vidit in figura duarum olearum et duorum -orum oleae (*cf. Zach. 4, 12, ubi gr. κλάδοι, Vet. Lat.* [*Hier. in Zach.*] rami, *Vulg.* spicae). VET. LAT. Matth. 13, 32 (cod. 1) ut volatilia caeli ... inhabitent in -os eius *arboris* (*gr. κλάδοις, cod. 2. 3. al. et Vulg.* in ramis. *inde in compar.*: PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 3 p. 265, 29 quatenus ... angeli sicut aves caeli super bonos nostros fructus tanquam super -os opacissimos requiescant). SCHOL. Germ. Bas. (p. 60) 4 l. 5 Terram mala aurea cum -is suis attulisse muneri (*cf. Hyg. astr. 2, 3, 1* ramis). *al.*

**2** *transfertur*: **a** *ad corporea, sc.: fistulas purulentas*: CELS. 7, 4, 1^A si plures se quasi -i ostendunt. *partes radicis*: PLIN. nat. 25, 53 nunc *hellebori* -os ipsos ab radice quam gravissimi corticis ita dant *medici* (*cf. antea*: tenuissimae radices). *vias*: CIL VI 31338a, 14 (*a. 214*) mancipes et iunctores iumentarii viarum Appiae, Traianae, item Anniae cum -is (*restit. loco sim.* 31370, 5 cum ⟨-is⟩). **b** *ad incorporea, sc. ad partes parvas: quaestionis*: TERT. adv. Marc. 1, 17, 3 regrediar necesse est ad originem quaestionis dei ignoti, ut ceteros quoque -os eius excutiam. *?vectigalium eorumve curae: v. p. 67, 66.*

*deriv.*: ramularius, ramulosus.

**rāmunculus,** -ī *m.* *a* ramus *deminutive.* [*variat c.* ramusc- *in codd.* CASSIANI *utroque loco* (-mun- *e. g.* inst. 10, 13 *cod. C saec. VII; in falsa var. l.* VVLG. Is. 18, 5).]

*i. q. ramulus arboris*: BREV. EXPOS. Verg. georg. 2, 33 (*ad p. 63, 57*) alieni ... -i. *in imag. vel compar.*: CASSIAN. inst. 7, 23 quam noxie fomes iste *philargyriae* ... fruticet et omnigenis pullulet -is vitiorum. 10, 13 (*antea*: inquietudinis ... radix) qui *morbus, sc. curiositas,* ex isto velut quidam -us oritur. *Harbsmeier.*

^※^**rāmus,** -ī *m.* (rāma, -ae *f. v. p. 65, 29*). [rāmus (< *u̯r(e)ə₂d-(s)mo-) *ab eadem stirpe atque* rādīx (*q. v.*) *derivatum est; cf. Walde-Hofmann II 416, de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 513. Mei.*] *de origine*: FVLG. Virg. cont. p. 97, 4 -us dictus est apo tes rap⟨s⟩odias, id est a scriptura, sicut Dionysius *Thrax* ... memorat (*ars 5 ῥαψῳδία † οἱονεὶ ῥαβδῳδία κτλ.*). *scribitur* ramm- VET. LAT. Os. 14, 7 (cod. 176) *et in var. lect. p. 65, 32.* NOT. Tir. 104, 81 -us. *genus masc. testantur* SERV. *p. 55, 26 et* DVB. NOM. gramm. V 588, 26 (*affert* CORN. SEV. *p. 66, 22; voluitne reicere fem.* rama *p. 65, 31? cf. etiam errorem man. pr. cod. W* CARM. de resurr. 26 -arum). *de notione*: ISID. orig. 17, 6, 17sq. -i sunt, qui de trunco manant; ... (18) virgultum est, quod de radice pullulat; -us, qui de ipso robore arboris; virga, quae de -is. GLOSS. -us: *ῥάβδος. κλάδος* (*cf. p. 64, 22*). III 263, 40 *κλάδος, κλών, ὄζος, κορμός, πτόρθος*: -us. 263, 51 *ἀκρεμόνες*: brac(c)hia arborum, -i. *sim. al.* *legitur inde a* TRAG. inc., CATONE. [*it.* ramo, *sard. centr. et mer.* (ar)ramu, *raet. occ.* (*Engadin*) ram, *francog. vet.* ram *sim. (et var. dial.), prov., cat.* ram, *hisp., port.* ramo; *a plur. collect.* *rāma: *val.* (*megl.*) ramă, *dalm.* ruoma, *tusc., raet. occ.* (*Engadin*) rama, *raet. or.* rame, *francog. vet.* raime, *pic., wall., loth., burg.* (*Morvan*) rem, *prov., cat., hisp., port.* rama. *cf. M.-L. 7035 et Faré, Postille. Tiktin-Miron*[3] *III 272. Battisti-Alessio V 3203. Cortelazzo-Zolli*[2] *1317. Wagner II 335. Wartburg X 39sqq. Coromines VII 71sqq. Corominas-Pascual IV 764sq. Machado*[3] *V 35. 37. Schd.*] [*confunditur in codd. e. g. cum* ramulus PLIN. nat. 26, 63, *falsa var. l. pro* remus SEN. Oed. 455, *falso trad. pro* racemus PLIN. nat. 27, 142; *trad. locis corruptis* AETNA 462 VAL. MAX. 4, 6 ext. 3. *al.*]

*significatur pars arboris, fruticis vel etiam herbae (v. enim p. 63, 1. 5. 36. 65, 25. al.), quae e trunco provenit varieque se diffundit, fere i. q. κλάδος* (*de germine p. 63, 10, de talea p. 63, 63sqq., sing. collect. de multitudine -orum p. 64, 7. 65, 29; distinguuntur* palmites *vitium e. g. l. 49. p. 67, 50* [*qui simul* -is *comprehenduntur l. 67, sed vix significantur p. 63, 52*]). *praemonenda quaedam: distinguitur saepius* truncus, *sc. l. 41. 70. p. 63, 20. 22. 64, 72. al.* (*cf.* caudex *l. 47,* scapus *p. 63, 36,* stipes *p. 65, 15,* stirps *l. 48. p. 63, 24. 55,* traps *p. 64, 58*), *ceterum e. g.* radix *p. 63, 22. 60. 67, 4. al.,* semen *p. 63, 70; variat cum demin.* ramulus *p. 60, 36. 63, 61*; -i *similes putantur* bracchiis *corporis l. 67. p. 61, 73. 66, 28sq.* (*cf.* -os et b. *l. 72,* b. -orum *p. 63, 3*) *vel* digitis *p. 64, 3. 66, 31. 52* (*cf.* -orum d. *p. 63, 53*); *memorantur* -orum *partes quaedam, e. g.* ala *p. 63, 33,* cacumen *l. 50 et* PLIN. nat. 16, 91. *al.* SIL. 16, 588, latus *l. 49.* *epitheta frequentiora respicientia: speciem, situm, firmitatem*: altus *p. 66, 7 et* OV. met. 5, 295 SIL. 3, 39. *al.* (*cf. e. g.* summus *l. 44 et* SEN. Herc. f. 146. *al.*), aureus *p. 66, 15,* cubitalis *vol. IV 1273, 41sq.* (*cf. e. g.* dodrantalis *infra p. 63, 3,* pedalis PLIN. nat. 24, 139), fortis *vol. VI 1, 1157, 79sq.* (*vix addas ibid. 72; cf.* firmus *infra p. 64, 73*), frondens *vol. VI 1, 1345, 5sqq.* (*cf.* frondosus *ibid. 1347, 14sq.*), ingens VERG. georg. 3, 333 CVRT. 4, 3, 9. *al.,* longus *p. 65, 70. 66, 9. 29. al.,* nitidus COLVM. *p. 63, 66. al. apud eundem,* tener *p. 65, 26. 66, 31. al.,* tenuis *p. 63, 6 et* OCTAVIA 922. *al.,* virens *l. 54. p. 65, 59* (*cf.* viridis *p. 65, 65. 68. 66, 2. al.*). *varias qualitates*: felix *vol. VI 1, 436, 2sq. 437, 67sq.,* laetus SEN. Thy. 652 COLVM. 5, 9, 18 arb. 17, 3, novellus COLVM. *p. 63, 66. al. apud eundem* (*cf.* novus OV. ars 2, 649, recens *p. 63, 67 et* PLIN. nat. 28, 126), sacer *p. 63, 30. 66, 21,* tristis *p. 64, 28. 66, 3.*

**I** *proprie*: **A** *de quibuslibet -is*: **1** *illustratur, quid -is natura vel casu contingat* (*exempla pauca selecta inde a* VERG.):
**a** *respectu -orum frondes, fructus sim. ferentium*: TRAG. inc. 135 (*Ennio tribuit Vahlen, sc. scaen. 153*) -i bacarum ubertate incurvescere (*cf.* VERG. georg. 1, 188 *nux* -os curvabit olentes, *sc. floribus onustos.* OV. rem. 175 curvatos pondere -os. *al.*). CIC. Arat. 119 *sidus fervidum* denudat foliis -os et cortice truncos (Q. CIC. carm. frg. 10). phil. frg. XII (Prisc. gramm. II 267, 5sq.) ibi quercorum -i ad terram iacent, ut sues quasi caprae ex -is glande pascantur. LVCR. 1, 252 -i ... virescunt arboribus (*cf. l. 54 et* 1, 1092 arboribus summos frondescere -os). VARRO ling. 7, 4 *v. p. 37, 51.* VERG. georg. 2, 500 quos -i fructus ... tulere (OV. met. 14, 627 -os ... poma ferentes. *al.; cf.* -is ferre: PLIN. nat. 13, 56 *ficus Aegyptia* pomum fert non -is, sed caudice [*Theophr. hist. plant. 4, 2, 1 ἀπὸ τῶν βλαστῶν*]. 17, 241 [*inter prodigia*] vitem et malum punicam stirpe fructum tulisse, non palmite aut -is. *al.; sim.* 16, 112 quaedam *arbores* et lateribus -orum et cacuminibus ferunt *fructus*). DIRAE 17 immatura cadant -is pendentia mala (*cf.* PLIN. nat. 16, 49 e -is ... nucamenta ... dependent. *sim. al.*). OV. ars 2, 263 -i pondere nutant (*cf. e. g. l. 40 et* met. 14, 660 pandos autumni pondere -os). met. 13, 812 poma gravantia -os (CARM. de resurr. 220 virentis ... gravant ... germina -os. *cf.* PLIN. nat. 15, 114 *sorba* -os ... uvarum modo degravant). SEN. epist. 95, 59 folia per se virere non possunt, -um desiderant, cui inhaereant, ex quo trahant sucum. CVRT. 8, 11, 8 -i fronde vestiti (9, 5, 4). PLIN. nat. 16, 125 -orum aliqui caeci, qui non germinant. *al.* *pertinet ad umbram* (*cf. imprimis l. 63. 65. 75. p. 64, 67*): VERG. georg. 2, 55 altae frondes et -i matris opacant *surculos imae stirpis* (*in eadem re*: PLIN. nat. 17, 65 paucarum *arborum* ... -i parcunt suboli). OV. met. 5, 390 silva coronat aquas; ... frigora dant -i. *al.*
**b** *respectu -orum nascentium, crescentium, se diffundentium*: SISENNA hist. 8 ingens ... ilex, quae circum proiectis -is ... tegebat *locum* (CVLEX 52 *a capellis* pendula p. carpuntur ... arbuta -is). CIC. de orat. 1, 28 *platanus* ad opacandum hunc locum patulis est diffusa -is (SEN. Oed. 544 *arbor* magno ambitu d. -os [-is *var. l.*]. COLVM. 3, 10, 11 *natura virgulta et vitem* -is diffudit quasi bracchiis [*antea comparantur* radices *et* pedes, truncus *et* corpus]. *al.; cf.* LVCAN. 1, 139 nudos ... per aëra -os effundens trunco *quercus*). Cato 52 quae *vis* e ... minutissimis seminibus tantos truncos -osque procreet. VERG. georg. 2, 287 *arboribus ordine positis* in vacuum poterunt se extendere -i (COLVM. arb. 19, 3. *sim.* -os tendere: VERG. georg. 2, 296 *aesculus* fortis late -os et bracchia tendens [pandens *var. l.*]. 3, 333. *al.; cf.* SEN. nat. 2, 6, 6 *spiritus* arbores ... distendit in -os). CVRT. 4, 7, 16 *sedes Iovis Hammonis* undique ambientibus -is, vix in densam umbram cadente sole, contecta est. SCRIB. LARG. 227 *centauria*

[*Gutiérrez*]

*herba* est … tenuis, multorum -orum in rectum surgentium. Bvc. Eins. 2, 12 *arbor quaedam* spargit -os (Plin. nat. 15, 131 *chamaedaphne* -os s. a radice dodrantales. *al.; cf.* 13, 62 *arbor quaedam* in bracchia -orum spargitur. 16, 121 *nux abellana* in plures dispersa -os. 16, 125 quaedam *arbores* statim in -os sparguntur, ut mali). Plin. nat. 27, 82 *herbae cuiusdam* -i in terra serpunt quini seni admodum tenuis. Vet. Lat. Sirach 50, 14 *alii sacerdotes* circa illum *sacerdotem magnum* steterunt quasi -i in palma. Evstath. Basil. hex. 5, 8, 6 *humor* nunc folium fit, nunc in palmites -osque formatur (*gr. p. 113*$^{A}$ *εἰς ἀκρεμόνας καὶ κλάδους*). *al.* *significatur germen, surculus excrescens* (*exempla potiora; cf. e. g. p. 67, 13. 27sq.*): Sen. clem. 1, 8, 7 quemadmodum praecisae arbores plurimis -is repullulant (*cf.* Vvlg. Iob 14, 7 si praecisum *lignum* fuerit, rursum virescit et -i eius pullulant. Rvfin. patr. 1, 6 [*ad Vet. Lat. gen. 49, 9* de germine] *vox gr. βλαστός* vel virgultum vel -us rectius interpretatur, qui vel de radice pullulare vel de ipso robore arboris solet). Plin. nat. 27, 137 *telephii herbae* -i a radice septeni octonique fruticant foliis crassis. Svet. Vesp. 5, 2 quercus antiqua … per tres Vespasiae partus singulos repente -os a frutice dedit. Pelag. in I Tim. 6, 10 p. 501, 12 radix … excisos semper densius reparat -os. *al.* **c** *vario respectu*: Varro Men. 271 *venti* secum ferentes tegulas, -os. Cic. de orat. 3, 179 *in arboribus* non truncus, non -i, non folia sunt …, nisi ad suam retinendam naturam. Lvcr. 1, 353 ab radicibus imis per truncos ac per -os diffunditur *cibus.* 5, 1097 ramosa … in -os incumbens arboris arbor (*explicatur origo ignium ut*: 5, 1100 inter se -i stirpesque teruntur. Vitr. 2, 1, 1 *arbores* inter se terentes -os). 6, 136 *ventis flantibus* dant sonitum frondes -ique fragorem (*cf.* Ov. met. 11, 600 moti flamine -i … sonum reddunt [*versus del. Tarrant*]. Cvrt. 5, 4, 25 concurrentibus -is … sonum edebat *ventus.* Clavd. rapt. Pros. 1, 205 stridula coniferis modulatur carmina -is *pinus. al.*). Verg. georg. 2, 307 *ignis* per -os victor perque alta cacumina regnat (*cf.* Aetna 365 serpunt iunctis incendia -is. Sil. 10, 167 sacros … -os *quercus fulmine ictae* populantur … flammae). Ov. met. 3, 410 quem *fontem* nulla volucris … turbarat nec lapsus ab arbore -us. Plin. nat. 16, 22 *hemeris quercus* comosa ⌊alasque -orum crebro cavata⌋ ([*vix apte vertitur Theophr. hist. plant. 3, 8, 4 πολυμάσχαλος*]. 16, 29 gignunt … alae -orum eius *roboris* pilulas *quasdam* [*gr. ibid. 3, 7, 5 ἐνδοτέρω τῆς τῶν ῥάβδων μασχαλίδος*]). 25, 43 veram Achilleon *herbam* esse scapo caeruleo … sine -is. Svet. Aug. 92, 2 (*inter omina*) ilicis demissos … languentisque -os convaluisse. *al.*

**2** *illustratur, quomodo animantes -os tractent, adhibeant iisve afficiantur sim.*: **a** *in re rustica* (*exempla selecta inde a* Varrone): Cato agr. 32, 1 arbores hoc modo putentur, -i uti divaricentur, quos relinques, et uti recte caedantur et ne nimium crebri relinquantur (*item respicitur putatio*: Lvcr. 5, 936 arboribus veteres decidere falcibus -os. Verg. georg. 2, 370 -os compesce fluentes. Hor. epod. 2, 13 inutilīs … falce -os amputans *agricola.* Fest. p. 348 sublucare arbores est -os earum supputare. Pavl. Fest. p. 37 cum … -i deciderentur officientes lumini. Sen. clem. 2, 7, 4 *agricolae arbores* circumcidunt, ne proceritatem -i premant. *et saepe*). 32, 2 vites bene nodentur; per omnes -os diligenter caveto, ne vitem praecipites et ne nimium praestringas (*item per -os arborum ducitur vitis l. 75 et* Paneg. in Mess. 171 lenta excelsos vitis conscendere -os *didicit.* Colvm. 5, 6, 24 *quidam* in celsissimum quemque -um extendunt *vitem.* 5, 6, 33 nisi extremis -is … praecipitari palmitem non oportet. 5, 6, 36 vitem in ⌊-os⌋ deducere [⌊ ⌋ *vix de palmitibus vitis, cf. enim* 5, 7, 3]. *al.* Plin. nat. 14, 12 *vites* sub rectos -orum digitos *arboris* flagella dispergunt. *al.*). 40, 2 quem -um insiturus eris, praecidito *eqs.* (*item respicitur insitio*: Lvcr. 5, 1365 stirpīs committere -is. Varro rust. 1, 40, 6 *agricola* in … -o praeciso atque diffisso implicat *ramulum ex alia arbore traductum.* Verg. georg. 2, 32 alterius -os … vertere in alterius. 2, 81 exiit [exilit *var. l.*] ad caelum -is felicibus arbos. Ov. met. 4, 375 si quis conducat cortice -os, crescendo iungi … cernit *eos. al.*). 52, 1 per … qualum -um, quem radicem capere voles, traicito; eum qualum … terra impleto calcatoque bene …; -um sub qualo praecidito (*sim.* 133, 3 [*syn.* ramulus]. *inde* Plin. nat. 17, 98. *cf.* 17, 97 *propagatio fit* -o ab arbore depresso in scrobem *eqs.*). Varro rust. 1, 40, 44 ut *semen* sit de tenero -o ex utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clavolas, alii taleas appellant (*item in plantando*: Sen. epist. 86, 19 -os fortes nec corticis duri … deposuit. Colvm. 5, 9, 2 -os novellos proceros et nitidos … feracissimis arboribus adimito et quam recentissimo⟨s⟩ i⟨n⟩ taleas recidito. 11, 2, 42 seminaria plantis vel -is conserere [*cf.* arb. 20, 2 quae *arbor* -is aut plantis ponitur]. *al.* Plin. nat. 17, 123 casus … defractos serere -os docuit [*inde* 1, 17, 27 -o nascentia]. 21, 61 *amaracus* seritur et semine et -o. *al.; cf. l. 61*). Hor. epod. 2, 56 lecta de pinguissimis oliva -is arborum (*cf.* Ov. epist. 4, 29 plenis pomaria carpere -is. Pont. 3, 5, 19 adducto pomum decerpere -o. Sen. Phaedr. 389 fila -is … Seres legunt. *al.*). Nvx 13 nisi subdita -o … laboranti furca tulisset opem. Colvm. 5, 6, 11sq. tabulata instituenda sunt; hoc enim nomine usurpant agricolae -os trunco[s] prominentis …; (12) *tabulata* ita formentur, ne superior -us in eadem linea sit qua inferior (*cf.* 5, 6, 16 *p. 60, 37.* Plin. nat. 17, 201 ulmus … in tria -orum scamna digeritur. 17, 202 *in tabulatis* -i a proiectu digitorum modo subrigi *debent. v. etiam l. 8*). Plin. nat. 18, 161 rubigo … lauri -is in arvo defixis transit in ea folia ex arvis. Pompon. dig. 7, 1, 10 ex silva caedua pedamenta et -os ex arbore usufructuarium sumpturum. *al.* *significatur ipsum tabulatum -is factum* (*cf. p. 63, 74sqq.*): Colvm. 5, 7, 2 *rumpotina* arbor in tres -os dividitur, quibus singulis ab utraque parte complura bracchia submittuntur.

**b** *in re sacra* (*cf. p. 66, 13*): **α** *-i adhibentur ad varios usus, ritus*: Verg. Aen. 3, 25 *ut* -is tegerem … frondentibus aras ([Clavd. Don. *ad loc.* p. 264, 22 maxime -is myrti]. *item in paranda ara*: Ov. fast. 2, 648 *minuta* ligna senex … construit arte et … -os figere pugnat humo. Gratt. 442 struitur -is felicibus ara). 6, 230 *post funus purgavit* socios … spargens rore levi et -o felicis olivae (*item ad lustrandum*: Val. Fl. 3, 433 *adducuntur victimae; sacerdos* -o … vocat iamque stat tumulo … transmittens agmina lauro. *cf. l. 26*). Ov. fast. 3, 528 *in sacris Annae Perennae* pauci tentoria ponunt, sunt quibus e -is frondea facta casa est (*sim. in scenopegia Iudaeorum*: Vet. Lat. lev. 23, 40 [Ps. Philo antiq. 13, 7] accipietis … -um palmae et salicum … et myrti -os [-os mirre *var. l.; gr. bis κλάδους,* Vvlg. -os ligni densarum frondium. *allegorice explicatur* Hesych. *ad loc.* p. 1098$^{A}$ *κλάδους*, -os, id est continentiae castique coniugii]. Vvlg. II Esdr. 8, 15 adferte … -os palmarum …, ut fiant tabernacula). 4, 737 frondibus et fixis decorentur ovilia -is *in lustratione, quae fit Parilibus.* Gratt. 446 -um … sacerdos termiteum quatiens *e sacrario pellit scelestos.* 490 *in pompa lustrationis* praeveniunt … haedus et ad -os … haerentia poma. Sen. Med. 805 tibi, *Trivia,* … sacrum sollemne damus, … tibi iactatur tristis Stygia -us ab unda. Apvl. met. 6, 3, 4 lacinias auro litteratas -is arborum postibusque suffixas *in fano Iunonis.* Vvlg. Ezech. 8, 17 *idololatrae* adplicant -um ad nares suas (Hier. *ad l.* -um … –haud dubium quin palmarum, quas graeco sermone *βαΐα* vocant–, ut per hunc eos idola adorare significet. *in textu hebr. obscuro latet fort. quaedam obscenitas*). **β** *-i pro indicio vel ornamento sunt sacerdotis eorumque, qui sacris intersunt*: Verg. Aen. 5, 71 ore favete omnes et cingite tempora -is. 6, 808 *Numa* -is insignis olivae sacra ferens. 7, 135 *Aeneas* frondenti tempora -o implicat. 7, 418 *Allecto sacerdotis speciem induens crinibus* -um innectit olivae. 8, 286 Salii … populeis adsunt evincti tempora -is. Ov. fast. 2, 25 *februum est* nomen … -o, qui caesus ab arbore pura … sacerdotum tempora fronde tegit. Sen. Herc. f. 913 te -us oleae fronde … tegat, Theseu. Plin. nat. 27, 53 *absinthii marini* -um Isiaci praeferre sollemne habent. Val. Fl. 6, 297 cui *sacerdoti* … glauco tempora nectuntur -o. *al.* **γ** *-i sunt sacri, coluntur tamquam numen* (*cf. e. g. Bömer ad Ov. fast. 3, 267 et met. 8, 722sqq. 744sqq.*): Ov. met. 8, 723 pendentia vidi serta super -os *arborum, in quas mutati erant Philemon et Baucis.* fast. 4, 753 (*precatio, quae fit Parilibus*) si mea falx -o lucum spoliavit opaco …, da veniam culpae. Act. Arv. a. 38 (CIL VI 2028; ed. Scheid 12) c 22 promagister ob -um vetus⟨tate delaps⟩um in luco deae Diae sacrificium piaculare fecit -um⟨que ⌊consumi⌋ iu⟩ssit (⌊ ⌋ exportari *Henzen, sed v. Scheid ad l.; cf.* a. 87 [CIL VI 2065; ed. Scheid 55] II 55 quod -us ex arbore ilicina … deciderit). Apvl. apol. 56, 6 in finibus eius *Aemiliani deos contemnentis nullum fuisse* aut lapidem unctum aut -um coronatum. Arnob. nat. 6, 11 p. 319, 9 ridetis temporibus priscis … coluisse … -um pro *Iunone* Cinxia Thespios (*cf. l. 29*).

**c** *in re alia* (*in medicina p. 65, 16. 25*): **α** *generatim* (*exempla selecta inde a* Verg.); *-is utuntur vel impediuntur*: ① *homines* (*eorum domus p. 65, 22*): Varro Men. 388 alius caballum arbori -o in humili alligatum relinquit. 390 caeditur lotos alta …, platanus -is (*excidit verbum, e. g.* privatur. *in eadem re*: 391 traps *caesa* … proxumae frangit -os cadens). rust. 2, 11, 4 *ad caseum faciendum* pro coagulo addunt de fici -o lac. Cic. Caecin. 60 non fuisse armatos eos, qui praetereuntes -um defringerent (*item -i pro armis sunt*: Lvcr. 5, 1284 lapides et … silvarum fragmina -i [*inter arma antiqua*]. Verg. Aen. 8, 250 Alcides *Cacum* telis premit … et -is vastisque molaribus instat. Prop. 4, 9, 15 Maenalio iacuit pulsus … -o Cacus [*sc. clava Herculis*]. *al.* Ov. met. 12, 442 bifurcum. *al.*). Lvcr. 2, 30 (= 5, 1393) sub -is arboris altae … corpora curant (Verg. Aen. 7, 108 corpora sub -is deponunt arboris altae *cibum capturi.* Calp. ecl. 6, 2. *cf. p. 65, 37; sim. respiciuntur -i umbra recreantes e. g.* Verg. georg. 2, 489 o qui me … -orum protegat umbra. Hor. carm. 2, 3, 11 quo pinus … *et* populus umbram hospitalem consociare amant -is? Sen. benef. 6, 7, 4 -orum opacitas. *cf. p. 62, 58*). Caes. Gall. 2, 17, 4 teneris arboribus incisis atque inflexis, crebrisque in latitudinem -is enatis et rubis sentibusque interiectis *viam praecluserant* (*item munitioni sunt*: 7, 73, 2 truncis arborum aut admodum firmis -is abscisis. Liv. 33, 5, 9sq. Romanus leves et bifurcos plerosque et trium aut … quattuor -orum vallos caedit … [10] et … densos obfigunt implicantque -os. *al.*). Sall. Iug. 93, 4 quoius *ilicis* -is

[Gutiérrez]

modo, modo eminentibus saxis nisus Ligus *montem ascendit* (*cf.* CVRT. 9, 5, 13 *rex vulneratus* dextera impendentes -os complexus temptabat adsurgere). VERG. Aen. 5, 854 *Somnus* -um Lethaeo rore madentem ... super utraque quassat tempora *Palinuri* (*inspergendo ut*: VAL. FL. 8, 84 Lethaei quassare silentia -i. *cf. p. 64, 15*). 9, 384 Euryalum tenebrae -orum onerosaque praeda impediunt (*item impediunt motum vel visum*: LIV. 40, 22, 3 prae densitate arborum immissorumque aliorum in alios -orum. SEN. epist. 41, 3. *al.; cf. p. 64, 71 sqq.*). 10, 835 -is dependet galea et prato ... arma quiescunt *Mezentii aegri* (*item -is pendent res*: NEMES. ecl. 3, 5 ex tereti pendebat fistula -o. PRVD. tituli 92 *gens Hebraeorum* organa ... in -is salicis suspendit [*sec. psalm. 136, 2*]. *al.; pendent suspendio interempti*: OV. rem. 603 *Phyllis* spectat zonam ... suam, adspicit et -os. STAT. Theb. 11, 647 *Erigone* fortes -os moritura ligabat). HOR. sat. 1, 5, 81 udos cum foliis -os urente camino (*item comburuntur*: OV. met. 8, 462 *Althaea* conata quater flammis imponere -um [*451* stipes]. PLIN. nat. 24, 56 *salicis* corticis e -is primis cinis clavum ... sanat [*in conficiendo medicamento ut*: SER. med. 377. *al.*]. 34, 133 antispodon vocant cinerem ... myrti foliorum cum tenerrimis -orum partibus. *al.*). OV. met. 7, 277 *Medea* arenti -o ... olivae ... confudit *substantias potionis* (*cf.* APIC. 4, 2, 21 -o rutae agitabis. *al.*). 8, 367 *Nestor aprum fugiens* arboris insiluit ... -is (*cf.* SIL. 5, 493 *cohors* adscendens ... pressit nutantes ... -os *quercus ingentis. al.*). SEN. contr. exc. 5, 5, 3 quasdam partes domus meae -i premebant, iam etiam quosdam parietes moverant. PLIN. nat. 14, 104 (*ad myrtiten vinum faciendum*) -is teneris *myrti* cum suis foliis in salso musto coctis tunsis (*sim. coquuntur ad medicamentum parandum*: 20, 139 *rutae* -os III decoctos in vino. 20, 245. *al.*). 20, 142 testium ... epiphoris cum -is lauri teneris *rutam imponunt* (*cf.* 24, 94 contra serpentes -i *rubiae* cum foliis imponuntur. *al.*). STAT. Theb. 2, 100 tangere -o pectora ... visus *Mercurius* (*sc. virga sua*). *et saepe.* *fem. sing.* -a *collective de* -is (*cf. Stotz, Handb. zur lat. Sprache des Mittelalters IV, 1998, 146*): LEX Sal. Merov. 41, 4 (cod. A4, *sim.* A3) *si quis* eos, *quos occiderit,* de callis aut ⌞de -a⌟ super cooperuerit *abscondendo* (⌞ ⌟ de ram(m)is *var. ll.; sim. loco gemino* 41, 7 *in iisdem codd.*). (II) *animalia* (*exempla selecta; adde p. 62, 43*): CIC. carm. frg. 22, 13 platani in -o foliorum tegmine saeptos *passeres* ([*Hom. B 312 ὄζῳ*]. *item in -is sedent aves*: VERG. georg. 4, 514 *Philomela* -o ... sedens. CVLEX 146 volucres patulis residentes ... -is. OV. am. 3, 5, 4 in -is multa latebat avis. *al.*). CATVLL. 65, 13 qualia *carmina* sub densis -orum concinit umbris *luscinia* (*cf. p. 64, 65*). SALL. Iug. 53, 3 *elephantos in pugna* impeditos -is arborum (*cf. l. 6*). VERG. georg. 4, 558 apes ... arbore summa confluere et lentis uvam demittere -is (*cf.* Aen. 7, 67 examen ... -o frondente pependit. COLVM. 9, 9, 7). OV. met. 1, 303 *in diluvio universali* delphines ... incursant -is. 8, 257 *perdix non* facit in -is ... nidos (*cf.* fast. 3, 242 avis in -o tecta laremque parat. *al.* PLIN. nat. 10, 97 tabulata -orum sustinendo nido ... eligere. *al.*). PLIN. nat. 8, 127 specus, si non habuere, -orum fruticumque congerie aedificant *hystrices.* VET. LAT. gen. 8, 11 (Ambr. Noe 19, 67) regressa est ... columba ad vesperam habens folium oleae et -um in ore suo (*gr. φύλλον ἐλαίας κάρφος, Aug. loc. hept. 1, 24* olivae folia surculum, VVLG. -um olivae virentibus foliis. *inde e. g.* SACR. Greg. 77, 7 [335ª D.] columba ... per olivae -um pacem terris redditam nuntiavit). *al.*

**β** *speciatim -i quarundam arborum (saepius in coronam vincti) adhibentur ita, ut pro signo, indicio sint* (*cf. p. 64, 33*): (I) *pacis* (*sc. -is olivae utuntur, qui pacem petunt* [*sed adferunt l. 49*]): VERG. Aen. 7, 154 centum oratores ... ire iubet -is velatos Palladis ... pacem ... exposcere Teucris. 8, 116 paciferae ... manu -um praetendit olivae (*al., v. vol. IX 2, 565, 25 sqq.*). 8, 128 vitta comptos ... praetendere -os. 11, 101 oratores ... velati -is oleae veniamque rogantes (*al., v. vol. IX 2, 538, 74 sqq.*). 11, 332 pacis ... manu praetendere -os. *al.* (II) *victoriae* (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 51, 2 -i palmarum laudes sunt, significantes victoriam): SEN. Ag. 937 (*loq. Strophius Olympionices*) laeva victricem tenens frondem virenti protegat -o caput *Orestis pueri, ut surripi possit.* PLIN. nat. 15, 137 traditus ... mos est -os *lauri,* quos tenuerunt *triumphatores,* serendi. 21, 4 arborum ... -is coronari in sacris certaminibus mos erat. VAL. FL. 4, 333 -is caput *Pollucis* ... Castor implicat et viridi conectit tempora lauro. STAT. Theb. 6, 554 Idas nuper Olympiacis umbratus tempora -is. *al.* IVV. 13, 99 Pisaeae -us olivae. PASS. Perp. 10, 8 *lanista* ferens ... -um viridem, in quo erant mala aurea (*praemium in somnio Perpetuae*). *al.* (III) *gaudii privati vel publici*: STAT. Theb. 5, 208 *Lemnium quendam* evinctum -is *coronae convivalis.* IVV. 6, 228 *sponsa* ornatas ... fores ... linquit ... et adhuc virides in limine -os (*item in celebrandis nuptiis*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 320 praetexere -is limina). 12, 91 longos erexit ianua -os (*pro amici reditu; sim. pro amici provectu*: RVT. NAM. 1, 425 exornent virides communia gaudia -i). VET. LAT. Matth. 21, 8 (cod. 6, *sim.* VVLG.) *cum Iesus Hierosolyma intraret, quidam de turba* caedebant de arboribus -os et straverunt in via (*gr. κλάδους. cf. locos geminos* Marc. 11, 8 [*ibid., sed cod. 5. al. et Vulg.* frondes, *gr. στιβάδας*]. Ioh. 12, 13 [*ibid.*] acceperunt sibi -os palmarum et exierunt ei obviam [*gr. βαΐα, cod. 4. al.* flores p.]. *inde e. g. p. 65, 58 et* IREN. 4, 11, 3 -is viridibus adornaverunt viam [*gr. κλάδοις*]). (IV) *luctus*: STAT. Theb. 6, 54 tristibus ... -is teneraque cupresso ... feretrum texitur *in funere.* silv. 5, 5, 31 hilares ... hederas plorata cupressus excludit -is *in capite lugentis.*

**B** *de -is arborum fabulosarum* (*de -o, qui ortus est e corpore animantis* LVCR.): **1** *vario usu*: LVCR. 2, 703 semiferas hominum species exsistere et altos interdum -os egigni corpore vivo. VERG. Aen. 6, 282 -os annosaque bracchia pandit ulmus (*sedes somniorum*). OV. met. 8, 760 *sub ictu Erysicthonis* contremuit ... Deoia quercus; ... longi pallorem ducere -i. 10, 648 nitet arbor ... fulva comam, fulvo -is crepitantibus auro, *unde decerpuntur Veneris poma Atalantae danda.* SEN. Oed. 454 *in nave Bacchi a piratis capti* viret ... nemus, garrula per ⌞-os⌟ avis obstrepit (⌞ ⌟ *vix de antemnis*). *al.* **2** *de -o illo aureo Proserpinae sacro* (*fusius de re* SERV. Aen. 6, 136 FVLG. Virg. cont. p. 96, 23 sqq.): VERG. Aen. 6, 137 latet arbore opaca aureus et foliis et lento vimine -us (6, 187 CORNVT. Macr. Sat. 5, 19, 2 QVEROL. p. 33, 17. *al.; cf.* OV. met. 14, 114 auro fulgentem -um). 6, 196 dives opacat -us humum. 6, 204 auri per -os aura refulsit. 6, 406 (*Sibylla Charonti*) '-um hunc' – aperit -um, qui veste latebat – 'adgnoscas' (*409* virgae. *cf. l. 40*). MACR. Sat. 3, 1, 8. **3** *de -is arboris Hesperidum*: VERG. Aen. 4, 485 sacerdos Hesperidum templi custos ..., quae ... sacros servabat in arbore -os (*inde* CORN. SEV. carm. frg. 9 pomosa lentos servabat in arbore -os [*sc. draco, si recte huc traxit Dahlmann, Corn. Sev., 1975, 49 sqq.*]). OV. met. 4, 638 arboreae frondes ... ex auro -os, ex auro poma tegebant. SEN. Ag. 854 *arbor raptis pomis* fugit ... in auras leviore -o. LVCAN. 9, 361 graves ... fulvo germine -i. *al.* **4** *de -is arborum, in quas mutati sunt homines* (*v. etiam p. 64, 44*): CVLEX 130 Heliades ... candida fundebant tentis velamina -is. OV. met. 1, 550 in frondem crines, in -os bracchia crescunt *Daphnes* (*cf. l. 32 et* 2, 352 fieri longos ... bracchia -os. 11, 84 porrecta [*codd. rec.,* longos *cett.*] ... bracchia veros esse putes -os). 2, 359 *mater Heliadum* truncis avellere corpora temptat et teneros manibus -os abrumpit (*item respiciuntur digiti*: 10, 493 sanguis *Myrrhae* it in sucos, in magnos bracchia -os, in parvos digiti). *al.* STAT. silv. 5, 3, 86 Heliadum -os lacrimosaque germina. *al.*

**II** *tropice*: **A** *in imagine vel translate* (*subiunximus compar. quasdam* [*v. l. 37. p. 67, 5*]*, alias v. supra, e. g. p. 63, 7*): **1** *sec. similitudinem formae externae respiciuntur, quae tamquam a stipite arboris prominent, diffunduntur* (*fere translate, sed in compar. l. 44. 60. 74. p. 67, 1*): **a** *ab corpore animantium*: **α** *membrum virile*: NOVIVS Atell. 20 *puer,* cuius vox gallulascit, cuius iam -us roborascit. AVSON. 18 (359 S.), 105 -um, qui veste latebat (*in obscenum vertitur* VERG. *l. 18; exemplum est cacemphati* DIOM. gramm. I 451, 7). PRVD. c. Symm. 1, 115 *Priapus,* turpiter adfixo pudeat quem visere -o. **β** *cornua cervorum sim.*: CAES. Gall. 6, 26, 2 est bos cervi figura, cuius a media fronte ... unum cornu existit ...; ab eius summo sicut palmae -ique late diffunduntur (-i quam l. diffundunt *var. l.*). OV. met. 12, 268 Exadius teli ... habet instar ... cornua cervi; figitur hinc duplici Gryneus in lumina -o (vultu, malo *var. ll.*). SEN. Oed. 753 cornua cervi frontem *Actaeonis* -is texere novis. PLIN. nat. 8, 116 singulos annis adicientibus -os *cervorum cornibus* (*inde* SOL. 19, 13 pro aetate -os augent). 11, 123. **γ** *membra monstri*: PLIN. nat. 9, 8 arbor, *sc. belua marina,* in tantum vastis dispansa -is, ut ex ea causa fretum *Gaditanum* numquam intrasse credatur. **δ** *digiti pedum* (*cf. p. 62, 20*): HIER. interpr. Iob 18, 13 comedantur -i pedum eius *iniqui* (*tamquam leprosi?*) et devoret decora eius ... mors (*gr. κλῶνες ποδῶν, cf. Vulg.* bracchia).

**b** *ab rivis, meatibus variis*: **α** *fluvii minores, canales aquarum*: SEN. nat. 4, 2, 12 *Nilus praeter septem ostia* multos ... ignobiles -os ... porrigit (*antea*: laevo alveo). FRONTIN. aq. 5, 6 iungitur ei *aquae Appiae* ... -us Augustae (*sim.* 65, 3. *item in aquaeductu*: 115, 4 sublatis ... -is *derivationis*). IORD. Get. 149 -us ... ex Pado ..., qui Fossa vocitatur Asconis. **β** *sulci terrae minores*: COLVM. arb. 7, 4 ex eo sulco quasi -os fossarum facies. **γ** *venae sanguinis minores*: PLIN. nat. 11, 182 *ex corde* duae grandes venae ... discurrunt sparsāque -orum serie ... membris vitalem sanguinem rigant.

**c** *ab formis pictis vel constructis*: **α** *lineae stemmatis*: PERS. 3, 28 stemmate quod Tusco -um, millesime, ducis (SCHOL. *ad l.* 2 -um aliquem ac lineam). **β** *hastae Y litterae* (*cf.* SERV. Aen. 6, 136 [*respic. Pers. 5, 35*] per -um *aureum* [*v. l. 13*] virtutes dicit esse sectandas, qui est Y litterae imitatio): PERS. 3, 56 quae Samios diduxit littera -os. AVSON. 25, 14 (348 S.), 9 (*loq. Y littera*) Pythagora⟨e⟩ bivium -is pateo ambiguis. **γ** *tignum transversum crucis* (*vix cf. l. 12*): VEN. FORT. carm. 2, 2, 25 flecte -os, arbor alta, tensa laxa viscera ..., ut ... membra *Christi* ... mite tendas stipite.

**d** *ab variis rebus corporeis*: COLVM. 5, 10, 13 (= arb. 22, 2) *nucis graecae radix e recto stilo* in modum -orum alias radices emittit. PLIN. nat. 6, 134 sub monte Cambalido, qui est Caucasi -us. PLIN. epist. 6, 16, 6

*[Gutiérrez]*

*nubes Vesuvii* longissimo velut trunco elata in altum quibusdam -is diffundebatur.

**2** *sec. originem, generationem respiciuntur, quae tamquam e stirpe arboris nascuntur eiusque partes sunt* (*passim disting.* radix; *fere in imag., sed translate l. 8. 11. 36, in compar. l. 32. 33*): **a** *pertinet ad res*: CIC. Tusc. 3, 13 audeamus non solum -os amputare miseriarum, sed omnis radicum fibras evellere. SEN. epist. 67, 10 illic, *sc. in tormentis,* est fortitudo, cuius patientia et perpessio et tolerantia -i sunt. VET. LAT. Sirach 1, 25 radix sapientiae est timere dominum, -i … illius longaevi (*gr.* κλάδοι). TERT. idol. 2, 1 *idololatriae* sufficit … tam locuples substantia criminis, quae tot -os porrigit, tot venas defundit. PAVL. NOL. epist. 24, 21 p. 221, 7 lex -os peccati praefringit, fides radices eruit. AVG. in epist. Ioh. 6, 2 utrum de radice dilectionis -i bonorum operum pullulent. in psalm. 79, 2 noli per multa ire atque distendi; terret te -orum diffusio; radicem, *sc. caritatem,* tene et de magnitudine arboris noli cogitare (*sim.* 102, 25. serm. 90A, 3 coll. Dolbeau 1996 p. 60 l. 35). GREG. M. moral. 3, 70 in … operis huius exordio velut in molem nasciturae arboris linguae radicem fiximus, ut expositionis -os …, prout singula expetunt loca, producamus. *al.* *de sensibus a corde proficiscentibus*: REGVLA mag. 8, 8 *animae* radix, *sc. cor,* duo in corpore supremos possidet -os, *sc. oculos et linguam.* 8, 24 alios … -os, … id est tactus manuum et gressus pedum. 14, 85 radix cordis …, -i corporis. GREG. M. in Ezech. 1, 9, 12 l. 227 in -o linguae. *ibid.* l. 228 vitium iam non ex -o, sed ex radice est, quia nisi cor intumesceret, lingua minime superbiret. **b** *pertinet ad parentes, sc. respiciuntur posteri* (*Aeones l. 31*): STAT. silv. 2, 1, 101 (*illustratur adoptio*) vidi ego transertos alieno in robore -os altius ire suis. VET. LAT. sap. 4, 4 sq. *spuria vitulamina,* si in -is … germinaverint, … a nimietate ventorum eradicabuntur; (5) confringentur -i inconsummati (*gr.* ἐν κλάδοις …, κλῶνες. *postea*: ex iniquis … filii qui nascuntur). Sirach 23, 35 non tradent filii eius *adulterae* radices, et -i eius non dabunt fructum (*gr. 23, 25* κλάδοι). IREN. 2, 17, 2 *an emissi sint Aeones* secundum germinationem, quemadmodum ab arbore -i (*sim.* 2, 17, 6). QVODV. prom. 1, 5, 7 *poenam peccati* radix humani generis Adam … suis posteris tamquam -is infudit (*respicitur peccatum originale ut l. 38 et* EVSEB. GALLIC. hom. 18, 5 condicio humana, quae … in omnes eius -os vitium radicis effuderat). CIL VI 28052, 9 (*loq. parentes*) infelices, qui tales -os per⟨didimus⟩. *al.* *fere de statu eorum, qui posteri sunt*: AVG. serm. 115, 4 veniant parvuli …; in -o adhuc nihil commiserunt, sed in radice perierunt (*cf. l. 34*). **c** *pertinet ad communitatem religionis, ecclesiam sim., sc. respiciuntur, qui ei adnumerantur, fideles* (*cf.* EVCHER. form. 3 l. 337 -us successio [*affert l. 42 et* Dan. 4, 11]): VET. LAT. Rom. 11, 16 sqq. (cod. 75. *al.* = VVLG.) si radix sancta, et -i; (17) quodsi aliqui ex -is fracti sunt, tu autem, cum oleaster esses, insertus es …, (18) noli gloriari adversus -os *eqs.* ([*gr. resp.* κλάδοι]. *inde e. g.* HIER. hom. Orig. in Luc. 23 p. 141, 1 fractos esse … infidelitatis -os. AVG. in psalm. 106, 13 l. 14 *deus* -os naturales propter superbiam amputans, oleastrum propter humilitatem inserens). CYPR. unit. eccl. 5 l. 138 *ecclesia* -os suos in universam terram copia ubertatis extendit. OPTAT. 2, 4, 1 *etiam Romae* -us est vestri erroris, *Donatistae,* protentus de mendacio, non de radice veritatis. 2, 9, 1 vos esse filios impios, vos esse fractos -os ab arbore, vos esse abscisos palmites a vite. PAVL. NOL. epist. 2, 4 si ex fructibus bonis vestrae arboris -us esse cognoscar (*antea*: per vos deo natus). AVG. epist. 128, 4 quam pie … -um a se fractum radix catholica inquirit. *al.*

**B** *metonymice vel per synecdochen de fructibus, quos ferunt -i*: VERG. Aen. 8, 318 -i atque … venatus alebat *gentem feram* (CLAVD. DON. *ad loc.* p. 160, 7 pascebantur his, quae silvestres -i … procreabant). CLAVD. 7, 211 vobis rubra dabunt … aequora conchas, Indus ebur, -os Panchaia, vellera Seres (*cf. rapt. Pros. 2, 81* turiferis spirat Panchaia silvis).

*deriv.*: ramalis, ?2. ramentum, rameus, ramosus, ramulus, ramunculus, ramusculus; *cf.* ramites (-ces).

*compos.*: deramo; multiramis (-us).

*cf. Onom.* *Gutiérrez.*

**rāmusculārius,** -ī *m.* *a* ramusculus. *vocem ex glossis geminis haustam falso explicari putat Rudorff (v. p. 60, 8), sc. quasi sit i. q. minuscularius, recteque significare i. q. ramularius*: GLOSS. V 327, 40 -os (ramus culitrius *cod., corr. Goetz ex* 636, 37), qui ramulum unum tene⟨n⟩t, id est qui conducunt ⌊a fisco⌋ (avisco *cod.,* ad fiscunt *loco gem.*) et tenent ⌊quasi partiunculam⌋ (ungulam *loco gem.,* 'q. port-?' *Goetz*) quandam ⌊ipsius teloni⌋ (*om. loco gem.*). *Bl.*

※**rāmusculus,** -ī *m.* *a* ramus *deminutive.* *trad. neutr. plur.* -a *p. 68, 37* (*cf. l. 74*). GLOSS. -us: ramus brevis. II 594, 58 surculum: fistula vel -us (rannisc- *cod.; corr. Goetz in indice*). GLOSS.[L] I Ansil. RA 54 rac[h]emus: modicus -us cum uvis. 120 -i: rami modici. [*confunditur in codd. c.* ramunc- *p. 61, 52,* ramulus *p. 68, 31; falso trad.* ramuscula *pro* muscum COLVM. 5, 11, 6; *incertum, an vox* -us *subsit loco obscuro p. 54, 18.*]

*i. q. ramus parvus* (*vis demin. viget e. g. l. 25 sqq. 31, evanida vid. imprimis l. 11; contemptim de trabibus crucis l. 7*): **1** *proprie*: **a** *varia exempla*: HERM. vulg. sim. 8, 5 virgae … virides, -os habentes et in eis -is fructum (*gr.* παραφυάδας, παραφυάσιν). HIER. in Ioel 1, 6 l. 287 ('albi facti sunt rami eius *fici*') ut … albi atque emortui -i remaneant. VVLG. Is. 18, 5 praecidentur -i eius falcibus. PS. AVG. serm. ed. Mai 85, 1 ex pollutis -is crux candida radiavit. MAX. TAVR. 98, 3 ut *superstitiosi* … domum redeuntes -os gestent in manibus. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 231 de vinea -os pauperibus relinquendos (*gr.* ἐπιφυλλίδας, racemusculos *ed. Basil. p. 108*). in psalm. 57, 10 l. 160 *rhamnus adulta* -os producit acuminatos. VITA Amator. 24 arbor … ad cuius -os ferarum ab eo deprehensarum capita … dependebant. *al.* *in imag. vel in explic. spiritali*: HIER. in Ier. 3, 73, 1 (*sim.* 4) -i eius *ligni, i. viri in domino confidentis,* frondentes (*vertit LXX Ier. 17, 8* στελέχη, *cf. Vet. Lat. cod. 177* frutices, *Aug. c. Faust. 13, 8* propagines). in Zach. 4, 11 l. 275 ('quid sunt duae spicae olivarum?') partem quandam et, ut ita dicam, -os incarnationis Christi (*opp.* totas olivas). AVG. epist. 185, 32 ex ipsa magna arbore *ecclesiae* … iste in Africa -us fractus est (*cf.* PS. AVG. c. Fulg. p. 221, 4 pars Donati … -os arborum amputavit). PS. AVG. serm. ed. Mai 64, 2 (*antea*: clamabat turba fidelium dicens: 'et nos cum eo *Cypriano* decollemur') cupiunt filii sequi patrem, cupiunt dulces -i sequi radicem. SALV. gub. 3, 13 persequitur … dominus quasi fibras praecepti istius et omnes penitus frutices ac -os secat. FAVST. REI. spir. 2, 3 p. 137, 23 (*argumento refutato*) non metuis circa tam infirmum haerere -um, qui in tam horrendum pendes abruptum? RVRIC. epist. 1, 5 ut mihi aliquos de -o, quem … susceperas, flosculos destinares (*respic. opus quoddam litterarum*). PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 4 p. 267, 6 (*ad 7, 19* omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur) -us radicis eius *hominis conversi* confirmatus est. **b** *indicatur genus per gen. vel pron. poss.* (*fere in remedio*): PLIN. med. 1, 13, 12 -os anethi tres in olla mittis. AMBR. hex. 3, 8, 37 cervus aeger -os o l e a e mandit et sanus fit ([*sim.* 6, 4, 26]. AVG. doctr. christ. 2, 61 pacem perpetuam significari o. -o [ramulo *var. l.*], quem rediens ad arcam columba pertulit. PALLAD. hist. mon. I 33, 1 p. 298[C] *mortuam* cum olearum -is palmulisque navicula transfretantes [*gr. p. 96, 12* κλάδων]). PS. AMBR. mor. Brachm. 1, 7 piper … cum -is suis colligitur (*gr. aliter*). MARCELL. med. 3, 8 hyoscyami -um … decoques. 16, 91 rutae tenerae contritae cum -is suis … sucus. 26, 120 -um ervi contunde. SORAN. app. 7 centauriae ⌊-os⌋ contere in oleo roseo (⌊ ⌋ *Rose,* ramuscula, -le *codd.; cf. Drabkin, Cael. Aur. gyn., 1951, 122*). PLIN. phys. Bamb. 83, 11 -us ilicis cum foliis, similiter et salicis. phys. Sang. p. 274 l. 5 *contra aestum* polei -os duos tecum habeto (*cf. Plin. nat. 20, 152* surculos).

**2** *translate* (*cf. imag. l. 12 sqq.*): HIER. epist. 133, 3, 10 doctrina tua Origenis -us est. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12, 2 p. 362[C] *membrana cerebri* quosdam nervorum -os … sensibiles per nodos colli … inserit ([*gr.* ἐκφύσεις]. *item spectat ad figuram multifidam*: ISID. orig. 9, 6, 28 stemmata dicuntur -i, quos advocati faciunt in genere). 26, 10 p. 391[C] *puer* stirps videbatur generis, -us successionis (*gr.* κλάδος).

*deriv.*: ramuscularius. *Yoshida.*

※**rāna,** -ae *f.* [rāna (< *reə₂-no-) *a radice* *reə₂- *'rudere, mugire' derivatum est, ut ind. vet.* rāyati *'latrare', russ.* ráju *'strepere'; cf. de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 513. Mei.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 78 -a ab sua dicta voce. ISID. orig. 12, 6, 58 -ae a garrulitate vocatae. *scribitur litteris gr.* HESYCH. lex. *s. v.* ῥᾶνα. *de* NOT. Tir. *v. p. 73, 62.* *legitur in prosa orat. inde a* VARRONE, CIC., *in versibus inde a* VERG. (*et app. Verg.*), HOR. [*it., raet. occ. (Engadin)* rana, *sard. centr. et mer.* rana, arrána, *raet. or.* rane, *francog. vet. et or.* raine, *prov. (Burdigalae), cat., hisp.* rana, *port.* rã; *ligur. (Genuae), langob.* raina *a plur.* rain. *cf. M.-L. 7038 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3204. Cortelazzo-Zolli² 1318. Wagner II 335 sq. Wartburg X 51 sqq. Coromines VII 87 sq. Corominas-Pascual IV 766 sq. Machado³ V 27. Schd.*] [*loco dub.* CIC. div. 1, 15.]

*i. q.* βάτραχος (*quod gr. infra resp., nisi aliud indicavimus; item* GLOSS.): **I** *proprie respicitur animal* ἀμφίβιον (*sing. collect. e. g.* COLVM. *p. 69, 29.* PLIN. nat. 31, 44. VET. LAT. exod. 8, 6 [Aug. loc. hept. 2, 41; *cf.* AVG. *ibid.* -a pro multitudine -arum positum est. *sim.* 2, 65. *al.*]; *metonymice p. 70, 19, proverbialiter p. 69, 40. 70, 3*): **A** *generatim, sc. sine distinctione specierum*: **1** *exempla animal illustrantia*: **a** *de -ae natura, qualitate, locis, proprietatibus*: **α** *vario respectu*: VARRO ling. 5, 78 sunt … animalia in aqua, quae in terram interdum exeant; alia graecis vocabulis …, alia latinis, ut -a …; a quo Graeci ea, quae in aqua et terra possunt vivere, vocant ἀμφίβια. rust. 3, 3, 9 quis … non dicit sua nihil interesse, utrum iis piscibus ⌊stagnum⌋ habeat plenum an -is? (*locum laudat Colum. 8, 16, 4, ubi pro* ⌊ ⌋ vivarium. *cf. p. 69, 6*). OV. met. 6, 381 vox … iam rauca est inflataque colla tumescunt, … dilatant … convicia rictus; … spina viret, venter … albet, limosoque novae saliunt in gurgite -ae, *sc. coloni Lycii* (IVV. 2, 150 esse … Stygio -as in g. nigras … nec pueri credunt). 15, 375 semina limus habet virides generantia -as (*cf. p. 70, 51. 54*).

[Malloch]

Phaedr. 1, 2, 10 -ae vagantes liberis paludibus clamore magno regem petiere ab Iove (1, 30, 2 -a in p. pugnam taurorum intuens. *al.; cf. l. 22. 28. p. 70, 64*). Plin. nat. 2, 227 Patavinorum aquis calidis herbae … innascuntur, Pisanorum -ae *eqs.* 9, 159 -ae superveniunt, prioribus pedibus alas feminae mare adprehendente, posterioribus clunes. 11, 61 *apibus* insidiantur aquantibus -ae …; nec hae tantum, quae stagna rivosque obsident, verum et rubetae veniunt. 11, 62 ictus apium -ae *non sentiunt. al.*

**β** *c. respectu vocis*: (I) *qua -ae tempestatem praesagiunt*: Cic. Att. 15, 16ª pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt; -ae enim *ῥητορεύουσιν*. Verg. georg. 1, 378 numquam imprudentibus imber obfuit: aut illum surgentem … fugere grues, aut … veterem in limo -ae cecinere querelam (*inde sim.* Avien. Arat. 1696). Plin. nat. 18, 361 praesagiunt et animalia: … -ae … ultra solitum vocales *tempestatis signa sunt* (*cf. l. 33; aliter p. 70, 58*). Drac. laud. dei 1, 527 bucula, -a … praedicunt pluvias. (II) *exempla cetera*: Verg. georg. 3, 431 *anguis* ripis … habitans … ingluviem -is … loquacibus explet ([Serv. clamosis]. Hier. epist. 38, 5, 2 [*contemptim de cavillatoribus*] l. -arum convicia. *cf.* Sidon. epist. 1, 8, 2 municipalium -arum loquax turba. *sim.* -arum loquacitas *vol. VII 2, 1653, 46sq.; ceterum cf. infra p. 70, 8*). Dirae 74 garrula -a (Ser. med. 669. *cf. p. 68, 51 et* Mart. 3, 93, 8 *cum* melius … -ae garriant Ravennates *quam vetula quaedam*). Hor. sat. 1, 5, 14 (*nisi ad p. 70, 64*) -ae … palustres avertunt somnos, *sc. coaxando.* Fest. p. 258 quaxare -ae dicuntur, cum vocem mittunt (*cf.* coaxare: Svet. Aug. 94, 7 *in pueritia* obstrepentis forte -as silere iussit, atque ex eo negantur ibi -ae coaxare. Hist. Avg. Geta 5, 5. Isid. diff. 1, 607 [225 C.; *v. app. crit.*]. *al.*). Phaedr. 1, 6, 4 uxorem quondam Sol cum vellet ducere, clamorem -⟨a⟩e (*cf. l. 1*) sustulere ad sidera; convicio permotus … Iuppiter *eqs.* (*cf. l. 17. 29. p. 68, 72*). Colvm. 10, 12 *non placet humus,* quae stagnata palude perpetitur querulae semper convicia -ae (Avson. Mos. 121). Plin. nat. 11, 173 -is prima *lingua* cohaeret, intima absoluta a gutture, qua vocem mittunt mares, cum vocantur ololygones *eqs.* (*cf.* 11, 267 -is sui generis *vox,* … quia vox in ore concipitur, non in pectore). Symph. 19 tit. -a: (*1*) rauca sonans ego sum media vocalis in unda (*cf. p. 68, 72. 70, 21*). Avg. serm. 240, 5 caelum tonat, -ae taceant. *al.*

**γ** *c. respectu pellis inflandae* (*cf. p. 68, 72*): Hor. sat. 2, 3, 314 absentis -ae pullis vituli pede pressis *mater magnitudini beluae invidens sese inflavit* (*e fabula Aesopiana, ut sim.* Phaedr. 1, 24, 2 in prato … -a conspexit bovem et … rugosam inflavit pellem *eqs.; alludere vid.* Mart. 10, 79, 9 grandis ut exiguam bos -am ruperat). Petron. 74, 13 (*in proverbio, cf. Otto, Sprichw. n. 1504*) inflat se tamquam -a.

**δ** *c. respectu veneni* (*cf. l. 52*): Plin. nat. 22, 18 *radix* efficax contra chersydros ac -as (*antea*: contra … venena omnia nascens). 25, 81 eius *herbae* radix pota ex aqua -is et serpentibus adversatur ([*inde* Ps. Apvl. herb. 41 l. 7]. *sim. -a venenosa esse e contextu intellegitur*: 25, 125 in usu radices … adversus -as et lepores marinos. 25, 130 *herba quaedam* potatur et adversus -as). 25, 123 sunt … -is venena, rubetis maxime. 32, 33 contra … -arum venena auxiliatur *sanguis terrestrium.*

**b** *de -ae usu* (*in piscatione cf. Plin. nat. 32, 50*): **α** *in arte medica vel magica sim.* (*cf. e. g. p. 70, 32. 43sqq.*): Varro rust. 1, 2, 26 si quem glabrum facere velis, … *iuberis* -am luridam coicere in aquam … eoque *iusculo* unguere corpus. Hor. epod. 5, 19 *Canidia* iubet … uncta turpis ova -ae sanguine … aduri (*nisi ad p. 70, 28* [*coll.* Schol. -a enim … venenosum animal est; … tales enim -ae vulgo rubetae dicuntur et magis venenosae sunt. gloss. *Γ ad l.* id est bufonis], *ut* Ivv. 3, 44 -arum viscera numquam inspexi [Schol. non sum venenarius]). Plin. nat. 22, 19 Apollodorus adversus toxica cum -a decoquit *herbam quandam.* 28, 73 si -a saliva sua oculum asperserit, praecipuum est remedium (*item curantur oculi*: 32, 74 -ae dexter oculus dextri *oculi,* sinister laevi suspensi e collo … lippitudines sanant. Marcell. med. 8, 135). 32, 35 marinarum carnes admixtae -arum carnibus contra salamandras … auxiliantur. 32, 49 Democritus … tradit, si quis extrahat -ae viventi linguam … *et* inponat … mulieri dormienti, … vera responsuram; addunt … *alia* magi, quae si vera sint, multo utiliores vitae existumentur -ae quam leges. 32, 78 -arum adips instillatus … dolores tollit, *sc. aurium* (*inde* Plin. med. 1, 6, 3). 32, 80 decocuntur et -ae singulae …, ut dentes ita colluantur contineaturque in ore sucus (*item curantur dentes: ibid. iterum.* 32, 81 *ter.* Marcell. med. 12, 24). *al.* **β** *in arte veterinaria, cura canum sim.*: Varro rust. 2, 9, 6 Saserna praecepit, qui vellet se a cane sectari, uti -am obiciat coctam. Plin. nat. 32, 140 equorum scabiem -ae decoctae in aqua extenuant, donec inlini possint. *ibid.* Salpe negat canes latrare, quibus in offa -a viva data sit. 32, 141 rubeta excocta aqua potui data suum morbis medetur vel cuiuscumque -ae cinis. Pelagon. 356 (*ad scabiem pecoris*) -as in aqua coques et colligis unctum … et tepefactum perungis (*item fere* Veg. mulom. 2, 135, 5). Chiron 330 -am viventem involvito et sic dato *iumento caduco.*

**2** *exempla cetera*: Petron. 56, 9 (*in lusu verborum*) muraena et littera: murem cum -a alligata fascemque betae ⟨accepit⟩. 77, 6 (*in proverbio, cf. Otto, Sprichw. n. 1505*) amicus vester, qui fuit -a, nunc est rex. Plin. nat. 8, 104 M. Varro auctor est … ab -is civitatem in Gallia pulsam (*respicitur invasio sim. -arum ut*: Vet. Lat. exod. 8, 2 [Aug. loc. hept. 2, 39, *sim.* Vvlg.] ecce ego ferio omnes fines tuos -is [*pertinet ad plagam Aegyptiis inflictam, ut passim in script. sacr. et inde apud ecclesiasticos; explicat allegorice e. g.* Isid. expos. in exod. 14, 3 -a est … loquacissima vanitas]. Ivst. 15, 2, 1 propter -arum … multitudinem relicto patrio solo [*inde sim.* Oros. hist. 3, 23, 36]). 28, 38 sputo *hominis* … rubetas aliasque -as *rumpi tradit medicus quidam.* 36, 42 sunt … in columnarum spiris inscalptae nominum eorum, *sc. Sauri et Batrachi,* argumento lacerta atque -a (*respicitur -a arte facta ut*: 37, 10 Maecenatis -a [*sc. anulus*]. Lex met. Vipasc. I 3, 2 conductor balinei … aquam in ⟨aenis usque ad⟩ summam -am hypocaustis et in labrum … profluentem recte praestare debeto [*fort. in pariete alvei vel ore fistulae applicatam, v. D'Ors, Epigr. jurid. de la España Rom., 1953, 92*]). 37, 149 Batrachitas *lapides* … Coptos mittit, unam -ae similem colore (*viridemne?*), alteram *eqs. al.* Mart. 14, 183, 1 perlege Maeonio cantatas carmine -as (*meton.; cf. tit.* Homeri Batrachomachia [*v. app. crit.*]). Fronto p. 141, 17. Apvl. met. 1, 9, 3 cauponem … vicinum … deformavit in -am *Meroë caupona* et nunc senex … adventores … raucus appellat. Vet. Lat. apoc. 16, 13 (cod. 51, *sim. al. et* Vvlg.) vidi … de ore pseudoprophetae spiritus immundos sicut -as ([*cf. in explic. allegorica*: Evcher. form. 4 l. 554 -ae daemones. *ibid.* l. 556 -ae h(a)eretici, qui … vana garrulitate blaterare non desinant]. *cf. in compar.*: Epist. Alex. p. 201, 15 coelo pestes venere … in modum -arum [*cod. H, Boer*; zonarum *cett.*]). *al.*

**B** *indicatur -ae species*: **1** -a rubeta (*cf.* Plin. nat. 32, 50 quas Graeci *φρύνους* vocant. *addas fort. p. 69, 52. 54, ceterum l. 10. 64. p. 69, 7. 46. 53. 71 [sed hic illic parum elucet, utrum* r. *vox per appos. cum* -a *iungenda an pro subst. soluto accipienda sit]; cf. etiam p. 73, 62*): Prop. 3, 6, 27 illum *amatorem* turgentis -ae portenta r. et lecta … ossa trahunt. Plin. nat. 1, 32, 18 -a r. 8, 110 -ae … r., quarum et in terra et in umore vita, plurimis refertae medicaminibus …, venena … semper sibi reservantes (*item respicitur venenum*: 11, 196 -arum r. altera fibra a formicis non attingitur propter venenum. 11, 280 aqua vinumque interemit salamandra ibi inmortua …, item -a, quam r. vocant. 32, 48 -arum marinarum … sucus … *bibitur* contra -ae r. venenum … vel *sucus* e *-is* fluviatilibus. *al., e. g. p. 69, 46. 53 et* Schol. Iuv. 1, 70. 6, 659). 18, 294 Archibius … scripsit, si fictili novo obruatur r. -a in media segete, non esse noxias tempestates (*item in re rustica*: 18, 303 sunt qui r. -a in limine horrei pede … suspensa invehere iubeant). 28, 117 *Democritus in pilis detrahendis* praestare narrat iocur *chamaeleonis* cum -ae r. pulmone inlitum (*item in arte medica sim.*: Plin. med. 2, 27, 1 -ae r. cinis cum adipe vetere *prodest podagricis* [*inde sim.* Marcell. med. 36, 32 Ps. Theod. Prisc. add. p. 297, 12]. 3, 15, 5 Marcell. med. 10, 42. *al.; in arte veterinaria*: Plin. nat. 28, 265 quadripedum morbis capram solidam cum … -a r. discoctam *mederi.* Pelagon. 362). **2** -a calamites *vel* diopetes: Plin. nat. 32, 70 *cohibent in palpebris pilos inutiles evulsos* -ae (arane *var. l.*), quas d. et c. vocant; earum sanguis … palpebris inlinatur. 32, 75 est parva -a in harundinetis et herbis maxime vivens, muta ac sine voce, viridis, si forte hauriatur, ventres boum distendens (*locus huc spectare vid. coll. l. 64 et* 32, 121 quam *-am* Graeci c. vocant, quoniam inter harundines fruticesque vivat, minima omnium et viridissima. *cf. de eadem* 32, 136). 32, 139 iecur -ae d. vel c. in pellicula gruis adalligatum *concitat venerem.* **3** *variae* (*adde l. 38 et* Plin. nat. 1, 32, 18; *locos, ubi epitheton potius -ae qualitatem quam speciem indicat, ad A relegavimus*): Plin. nat. 8, 227 Cyrenis mutae fuere -ae; inlatis e continente vocalibus durat genus earum (*in eadem re*: 10, 79 *Theophrastus tradit* invecticias esse … in Cyrenaica v. -as. *aliter p. 69, 13. 33*). 32, 92 est -a parva arborem scandens atque ex ea vociferans. 32, 118 *hydropicis medetur* -a … aquatica (Plin. med. 2, 27, 5. *al., adde l. 63; cf.* Plin. nat. 32, 122 nascentium -arum in aqua, quibus adhuc cauda est). Isid. orig. 12, 6, 58 ex his *-is* quaedam aquaticae dicuntur, quaedam palustres, quaedam rubetae, … grandiores cunctarum; aliae calamites vocantur, quoniam inter arundines fruticesque vivunt (Marcell. med. 9, 6. *hucine p. 69, 22?*). 12, 6, 59 agredulae -ae parvae in sicco vel agris morantes.

**II** *per similitudinem transfertur*: **A** *ad piscem, q. d. 'Lophius piscatorius' L.* (*cf.* Isid. orig. 12, 6, 5 pisces *quidam* dicti … ex similitudine terrestrium, ut -ae): Cic. nat. deor. 2, 125 -ae … marinae dicuntur obruere sese harena solere et moveri prope aquam (Plin. nat. 9, 175 *capita piscium mirorum* -ae m. similia. Marcell. med. 8, 176. *al., adde l. 37; cf.* Plin. nat. 32, 88 piscis eius, qui -a [*v. app. crit.*] in mari appellatur). Ov. hal. 126 molles tergore -ae (rante *trad., corr. Sannazarius*). Plin. nat. 9, 78 (*antea p. 54, 58*) quos *pisces* … aquilae, -ae nominibus Graeci appellant.

*[Malloch]*

*ibid. iterum.* 9, 143 nec minor sollertia -ae, quae in mari piscatrix vocatur. MART. 10, 37, 5 Laurentino turpīs in litore -as (*cf. André, L'alimentation,* $^{2}$*1981, 101*). **B** *ad tumorem linguae*: COLVM. 6, 8, 1 sq. solent … fastidia ciborum adferre vitiosa incrementa linguae, quas -as veterinarii vocant; haec ferro reciduntur …; (2) si neque -ae fuerint *eqs.* (*inde* PALLAD. vet. med. 14, 8, 1 sq.). CHIRON 950 -a cum bovi in li⟨n⟩gua nata fuerit, ⟨f⟩oleas ficulneas ex melle eam fricato, dabis bibere. ORIBAS. eup. 4, 71 tit. Aa p. 589 ad pari⟨s⟩tmia et -as sub lingua (*[gr. 4, 70 tit. περὶ τῶν κατὰ παρίσθμια φλεγμονῶν]. ibid.* tit. Aa p. 591 vel *ad* linguae vitia. *ibid.* Aa p. 591).

*deriv.*: ranaceus, *?*ranarius, raniculus, raninus, *?*ranium, ranula, ranunculus; *cf.* ranatum (*vel* -us), ranizo.

*compos.*: ranorubeta. *cf. Onom.* *Malloch.*

**rānāceus,** -a, -um. *a* rana (*cf. e. g.* gallīnāceus *a* gallīna). *i. q. ad ranas pertinens, ex eis extractus*: MARCELL. med. 16, 105 olei -i heminam (*obelum ad vocem apposuit Niedermann,* rutac- *coni. Paucker, Addenda lexicis lat., 1872, 72, alii alia; sed Fischer in plagulis confert Pelagon. 356* unctum ipsarum *ranarum coctarum*).

*?***rānārius,** -a, -um. *a* rana, *si recte coni. i. q. ad ranas pertinens, sc. in nomine filicis herbae* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 105*): DIOSC. gr. Vind. 4, 184 *πτέρις· οἱ δὲ πτέριον …, Ῥωμαῖοι φίλις ⌊ῥανάρια⌋ κτλ.* (*coni. Wellmann,* venerea *Berendes*; *φαν-* trad.).

**rānātum,** -ī *n. vel* **rānātus,** -ī (-ūs*?*) *m.* (*nisi* rā-, -nă-). *fort. a* rāna. *nomen est ignoti cuiusdam morbi vel vulneris, ulceris sim.* (*cf. fort.* ran⟨ul⟩a *tumor linguae l. 3. p. 74, 14; alii de morbo cutis cogitant*): PS. APVL. herb. 22 l. 2 ad vulnera cironia (*i.* Chir-) et ad ⌊-um⌋: herbam apollinarem … teris …, facies tamquam malagma et imponis, sanabitur (⌊ ⌋ ranarum [*vel* aranearum] morsum, araneatu⟨m⟩ *var. ll.; huc spectat* herb. tit. morb. l. 82 ad ulcera cironia et -um). *Bl.*

**ranceo,** -ēre. [*orig. inc.; cf. Walde-Hofmann II 416 sq., de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 513. Mei.*] GLOSS. -et: rancidum est. [*it. vet.* rancire, *francog.* rancir, *quas voces vix recte a* rancēscere *ortas esse putat M.-L. 7039; cf. Faré, Postille 7038a. Battisti-Alessio V 3205. Schd.*]

*fere i. q. putere*: LVCR. 3, 719 cadavera -enti iam viscere vermes expirant. SER. med. 969 vetus et -ens … axungia.

*deriv.*: rancesco, rancidus, rancor, *?*rancus.

**rancēsco,** -ere. *a* rancere. *scribitur* -cis- *saepius in codicibus,* -cess- *in var. l.* ENNOD. epist. 4, 19, 1 p. 112, 12. [*it. centr.* (*Amaseno*) arrantčəkì. *cf. M.-L. 7039 et Faré, Postille. Schd.*]

*i. q. rancere incipere, putescere* (*c. respectu male olendi maxime* QVEROL.): **1** *proprie*: ARNOB. nat. 1, 21 (*si recte restit.*) dei vestri praecipiant … in nostro *ore* mel amarum fieri, olearum fluenta ra⟨n⟩cescere (*ita edd. vet.,* ⟨f⟩racescere *Hildebrand, 1844, in comm., Wiman, edd. rec.*). QVEROL. p. 48, 15 numquam ante haec comperi aurum sic -ere (*cf. p. 48, 11 sq.* olere …, redolet, *14 sq.* diris fragrat odoribus, *16* faetere). **2** *translate (in imagine l. 49) -unt ea, quae ingrata, molesta fiunt*: ENNOD. epist. 3, 13, 2 p. 81, 9 ne diligentiae ratio … aliena inportunitate -at (4, 35, 2 p. 122, 24 *ne quid* apud vos i. -at). 4, 19, 1 p. 112, 12 -it caritas, quam verborum avarus despicit ventilare. 4, 32, 1 p. 119, 26 non aestimo rem obsequii frequentia posse -ere.

**rancidē** *v.* rancidus.

**rancido,** -āre. *a* rancidus. *i. q. rancidum reddere* (*sc. ingratum, amarum sim.*): FVLG. myth. 2, 1 p. 37, 3 voluptaria … vita est, quae … libidine mollitur … aut livoribus -atur.

**rancidulus,** -a, -um. *a* rancidus *deminutive. de notione* (*adde l. 64*): GLOSS. -um: amarum. est putidum vel oletum ('olidum*?*' *Goetz*).

*i. q. (leviter) rancidus, asper, acerbus sim.*: **1** *proprie vel in imag.*: *de cibo putido*: IVV. 11, 135 *propter supellectilem modestam nulla* umquam obsonia fiunt -a. *de sapore acerbo* (*in imag. ad sermonem spectante*): FVLG. Virg. cont. p. 85, 3 ego … Chrisippi ellebori -o acrore postposito cum Musis aliquid blandius fabulabor. **2** *translate de sermone ipsove loquente, sc. ingrato, fastidium movente* (*cf. l. 60*): PERS. 1, 33 aliquis *poeta* … -um quiddam balba de nare locutus (SCHOL. putidum vel quasi asperi saporis corruptaeque gulae). MART. 7, 34, 7 non deest … de malignis, qui sic -o loquatur ore: '…'. HIER. epist. 40, 2, 1 non mirum est, si … vitiis detrahentes offendimus plurimos: … volo corniculae detrahere garrienti (*i. homini loquaci*), -am se intellegat cornix.

*adv.* **rancidulē.** *i. q. modo rancidulo, aspere*: PS. PALAEM. reg. 3, 1 plurima in verbis, quae -e audiebantur, polita sunt et per anomaliam mollius sonuerunt quam per rectam regulam.

**c** *in medicina* (*cf.* PLIN. nat. 19, 87 scripsit … Moschion *medicus* Graecus unum de -o volumen): **α** *illustrantur -i vires, virtutes*: PLIN. nat. 20, 28 acrior -i medicina. 25, 59 dissectis -is inserere helleborum rursusque conprimere -os, ut transeat vis *acrior.* GARG. MART. med. 1, 1 -o calidam inesse virtutem. HIPPOCR. vict. 2 l. 382 -i humectant dispergentes flecmata austeritate sua (*gr. 2, 54, 2* ῥαφανίς). PS. DEMOCR. med. 99, 2 (*inter ea, quae* siccae sunt virtutis) -us, caules *eqs.* ORIBAS. eup. 2, 1 *P* 1 La (= Aa) p. 500 -us calefacit nimis et valde desicca[n]t (*gr.* ῥαφανίς). *al.*

**β** *indicatur, quid -us efficiat, quibus passionibus medeatur*: (I) *in curatione hominum*: (A) *esui vel potui datur (maxime radix, sed hic illic etiam semen, cortex, folia, sucus)*: *ad vomitum provocandum*: PLIN. nat. 31, 65 *medici* -os supermandi ex mulso aceto iubent, ut ad vomitiones revocent. PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. *a* 3 minutatim ⌞-i radices⌟ manducare *eqs.* (⌞ ⌟ *gr. p. 70, 7* ῥαφανῖδας). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 29. ORIBAS. eup. 1, 9, 15 Ab p. 414 *qui vomere volunt,* in cena -us comedant et cepas *eqs.* (*gr.* ῥαφανῖδας). syn. 5, 53, 33 Ab p. 94 cum -is vomica provocabis (*gr.* διὰ ῥαφανίδων). *al.* *cetera exempla*: PLIN. nat. 20, 24 ad tussim … -os prodest ⟨ess⟩e[t] cum melle **(**[-us *trad.; textum corr. Mayhoff*]. *sim. e. g.* GARG. MART. 1, 9 semine -i … tussis arcetur. SER. med. 294**)**. SER. med. 371 *si* referetur pectore sanguis, … -us … cocta iuvabit. PLIN. med. 2, 12, 1 *ad tineas ventris* -i decoquuntur ex aqua ad tertias *eqs.* MARCELL. med. 30, 57 -um ex pipere et lini semine si quis ieiunus manducaverit, … bilem expressam inhibebit (*inde* PLIN. phys. Bamb. 88, 17 -u, lini seminis et piper. *al.*). ORIBAS. eup. 4, 100, 10 La p. 611 (*ad ictericos*) -us cum radice[s] et foliis tritus et sucus … in potionem datus (*sim.* Aa; *gr. 4, 98, 10* ῥαφάνων). syn. 4, 1, 2 La (= Aa) p. 2 *extenuant* -us, brassica (*gr.* ῥαφανῖδες, κράμβαι). *al.* (B) *illinitur, imponitur, infunditur sim.* (*radix ut amuletum gestatur l. 57*): PLIN. nat. 20, 24 adligato -o (*v. app. crit.*) aquam foliis eius decoctis bibere … contra pthiriases. 20, 27 (*ad alopeciam*) Hippocrates *iubet* capitis mulierum defluvia perfricari -is (*morb. mul. 2, 189* ῥάφανον). 20, 28 aurium gravitati sucum -i instillant *medici.* 22, 125 aerina *farina* … purgat … gangraenas cum -o et sale. 23, 16. SER. med. 822 (*ad morsum*) cortex -i … medetur, si trita … fuerit circumlita. PLIN. med. 3, 30, 1 recenti livori cortex -i … imponitur. THEOD. PRISC. eup. faen. 33 (*ad passiones oculorum*) -orum cortex. ORIBAS. syn. 1, 19, 16 La p. 68, 22 clysteres ad mortales fungos: … -i sucus *eqs.* (*sim.* Aa; *gr.* ῥαφάνου). *al.*

(II) *in curatione animalium*: CHIRON 768 *equa* vermes si habuerit, in verginale premito ei -os. VEG. mulom. 1, 45, 2 *seminis* -i *tantum* (3, 10, 2). 2, 6, 4 accipiet cum nitri pulvere folia -i conspersa (*Chiron 251* f. radicis). 2, 129, 8 *tussienti* decoctos -os … propinaverunt.

**3** *respicitur forma, natura sim.*: PLIN. nat. 18, 130 *rapum silvestre,* in longitudinem radice procurrente, -i similitudine *eqs.* (*cf. Theophr. hist. plant. 7, 6, 2* τὴν ῥίζαν … ῥαφανιδώδη). 19, 78 cortice et cartilagine constant -i **(***cf.* 19, 98 aliquis [*dat. plur.*] ex cortice et carne constant *radices,* ut -o, rapis [*Theophr. hist. plant. 1, 6, 7* ῥαφανίδων]**)**. 19, 119 *semina* in folliculo sunt -is (-o *var. l.*), sinapi, rapo; nudum semen est coriandri *eqs.*

[*Duursma – Bl.*]

(*Theophr. hist. plant. 7, 3, 2 ῥαφανίς*). 20, 21 genus *naporum* … et -o et rapo simile (*inde* Garg. Mart. med. 34, 5). *al.* Galen. alfab. 231 (de -o) ⌞-us⌟ …, quae *herba* radix appellatur, radicem habens similem rapae, sed longiorem (⌞ ⌟ *cod. Lucc., edd. vet.*; -u(m) *codd. Palat., Paris.*).

**B** *usu laxiore vel neglegentiore i. q. brassica* (*sc. 'Brassica oleracea' L.; placuit huc locos* Plin. nat. *tantum trahere, ubi vocem gr. q. e. ῥάφανος hoc sensu adhibitam vertit [v. etiam p. 79, 47]; fons est fere Theophr. hist. plant.*): **1** *varia exempla*: Plin. nat. 11, 112 insidet hic *ros* -i folio primo vere *eqs.* (*Arist. hist. anim. 551a15 ἐπὶ τῆς ῥαφάνου, ἣν καλοῦσί τινες κράμβην*). 17, 239 sq. quorundam natura … laedit odorum aut suci mixtura, ut -us et laurus vitem …; (240) hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates -um mandi praecipiens; *vitis* odit et caulem et olus omne *eqs.* (*gr. 4, 16, 6 bis; de re cf. p. 80, 7 et v. André, ed. 1964, ad* 19, 87). 19, 98. 122 *bis* (*gr. 1, 6, 6. 7, 2, 4 bis*). *al. apud eundem.* **2** *accedit, quod vox gr. ῥαφανίς per* napus *vertitur* (*cf. vol. IX 1, 49, 65 sqq.*): Plin. nat. 19, 117 (*gr. 7, 1, 3*). 19, 177 innascuntur napis culices, -o urucae et vermiculi (*gr. 7, 5, 4 ταῖς μὲν ῥαφανίσι …, τῇ δὲ ῥαφάνῳ*). 19, 183 (*gr. 7, 5, 3*). *Duursma-Bl.*

**raphē** *f. pl., ῥαφαί. est nomen cuiusdam instrumenti medici ad iungendum, complectendum apti*: Gloss. III 207, 48 (*in cap.* de ferramentis medicinis) rafe: fibul(a)e. *vix apparet, auctor glossae utrum instrumentum ferreum intellexerit (sicut auctor glossarii), an fila, quibus vulnus sim. consuitur; de re v. e. g. Benedum, RE suppl. 12, 372 sq. Schd.*

**raphem** (-en) *et* **rathem.** *subest vox hebr.* רֹתֶם. *nomen arbusculae cuiusdam: forma* -ph-: Vet. Lat. III reg. 19, 4 (cod. 91. 94. 95) *sedit Helias* sub virgultis -em (-en cod. 92; *gr. ῥαθμεν [ῥαθμ ἕν Rahlfs, ῥαμαθ, ῥαθαμειν var. ll.], Vulg.* unam iuniperum). *forma* -th- (*quae voci hebr. melius respondet; respic. idem locus bibl.*): Hier. sit. et nom. p. 147 l. 14 -em, pro quo Aquila interpretatur *ἄρκευθον*, id est iuniperum, Symmachus umbraculum.

**rapi-** *v. etiam* rabi-.

**rāpīcius,** -a, -um. *a* rapum (rapa). [*langob.* raviša *'holus betae', raet. centr.* viša *'pars viridis betae sim.'; it. sept.* ravizza, *pedem.* ravisa, *venet.* (*Venetiae*) ravitse, *raet. occ.* (*Engadin*) ravitscha, raviša, *or.* ravitsa *'napus, folia napi sim.'; raet. centr.* ràcia *'lapsana'. cf. M.-L. 7052 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3213. Cortelazzo-Zolli² 1326. Kramer V 455 sq. Schd.*]

*i. q. ad rapum pertinens*: Cato agr. 35, 2 coles -i (*v. p. 91, 50*). 134, 1 (*inter* fruges) far, triticum, hordeum, fabam, semen -um. *neutr. vel masc. pro subst.* (*potius de frondibus quam scapis, cauliculis*): Plin. nat. 18, 127 quadripedes et fronde eorum *raporum* gaudent, et homini non minore -orum (rapac-, rapat-, raparum *var. ll.*) suis horis gratia quam cymarum, flavidorum … vel maiore quam virentium.

**rapidē** *v.* rapidus.

?**rapidīnus,** -a, -um. *a* rapidus, *si recte legitur. i. q. rapax*: Cassiod. Ios. antiq. 17, 169 p. 494 *Herodi aegroto numquam satietas* … ⌞-is⌟ incitata(m) faucibus valebat implere ingluviem (⌞ ⌟ *cod. unus sec. Niese in app. crit. gr., unde Bulhart, Wien. Stud. 67, 1954, 148*; rapidis *alii codd.*, rabidis *ed. 1524, gr. aliter; cf. loc. geminum p. 6, 22*). *Breimeier.*

**rapiditās,** -ātis *f. a* rapidus. [*e coni. p. 83, 68.*] *i. q. status rapidus*: **1** *vigente vi rapiendi respicitur motus fluminum*: Caes. Gall. 4, 17, 2 summa difficultas faciendi pontis proponebatur propter latitudinem -em altitudinemque fluminis (civ. 1, 62, 2 cum altitudine aquae tum etiam -e f.). Frontin. strat. 1, 6, 2. Mart. Cap. 1, 14 festinata … -e praecipites … cursus (*postea*: celeritate). 1, 15 diversa undarum violensque -s (*postea*: rapidis turbinibus).

**2** *mera notione celeritatis respicitur motus*: **a** *animantium*: Amm. 31, 2, 8 (*si recte coni.*) *Huni* discurrunt nec invadentes vallum nec castra inimica pilantes prae nimia ⌞-e cernuntur⌟ (*Valesius, edd. plerique, alii alia*; parit [*vel* parte] decernuntur *codd.*). Sidon. epist. 2, 12, 1 *remiges* ea -e praetervolant amnis adversi terga, qua deflui. *metonymice*: Mart. Cap. 2, 101 aetherii verticis pinnata -s (*i. Mercurius*). **b** *machinae caelorum*: Mart. Cap. 9, 921 machinae obeuntis ipsa -s.

**rapidō** *v. p. 87, 47.* *Bl.*

**rapidulus,** -a, -um. *a* rapidus *demin. i. q. (paulum) rapidus*: Mart. Cap. 8, 804 *Silenus* repente … stertens ranae sonitum desorbentis increpuit; … -i sonitus raucitate concussi … divi *eqs.* *Breimeier.*

※**rapidus,** -a, -um. *a* rapere (*sc. act.; sed a* rapī *derivat Leumann, Gramm. 1977, 329*). *de origine*: Schol. Verg. Bern. georg. 1, 424 *v. p. 84, 39.* Isid. orig. 10, 237 -us, velox pedibus. Not. Tir. 46, 59 -um. *compar.* -ior Cvrt. 4, 9, 18 Amm. 23, 4, 15 Ambr. Nab. 12, 52. *al., superl.* -issimus Caes. civ. 1, 50, 3 Ov. met. 7, 216 Germ. 6 Sen. epist. 70, 2. *al.* (*cf.* tam -us Sil. 7, 668, nimis -us Pavl. Nol. carm. 27, 12). *de notione* (*cf. praeter* Schol. *ad suos locos allata etiam p. 82, 43. 84, 53 et* Isid. *supra*): Gloss. -us: *ταχύς, ἁρπακτικός*. velox, celer. velox, concitus. -um: rapacem, violentum. *sim. al.* *legitur in versibus inde a* Plavto, *?*Pacvv. (*v. p. 87, 52*), Acc., Cic., Catvllo, Lvcr. (*frequentatur e. g. a* Verg., Ov., Sil.), *raro in prosa orat., sc. fere singulis binisve locis apud* Cic., Caes., Liv. (*quater*), Sen. *rhet.*, Val. Max., Sen. *philos.* (*13*^*ies*^), Plin. nat. (*sexies*), Qvint., Tac. (*ter*). *al.* [*val. vet.* rapăd (*Cioranescu, Dicc. etim. rumano, 1966, 696*), *rec.* repede *'celer vel clivosus'; it.* rapido, ratto, *abrut.* ratte, *francog. vet.* rade, reve, *cat.* rabeu, *hisp.* raudo *'concitatus, vehemens sim.' (praecipue de aquis vel de equis), addas it.* rapida, *ticin.* (*Arbedo*) ravia *'pars fluminis rapidissima' (cf. l. 50); it.* ripido (*cf.* rīpa), *langob.* rat, *sard. centr.* rattu *'abscisus, clivosus'. cf. M.-L. 7054 et Faré, Postille. Tiktin-Miron³ III 324. Battisti-Alessio V 3207 sq. 3212. 3260. Cortelazzo-Zolli² 1320. 1325. 1387. Wagner II 339. Wartburg X 66 sq. Corominas-Pascual IV 781 sq. Schd.*] [*confunditur in codd. passim cum* rabidus (*falso trad. e. g.* Sil. 11, 87. Epist. pontif. 386 Conc.^S^ I 2 p. 89, 28 [*corr. sec. gr. I 1, 7 p. 130, 23 λυσσωδῶς*]. Gloss. IV 315, 52. 560, 18), *ceterum e. g. cum* trepidus *p. 83, 56. 85, 34. al. (cf. p. 83, 39); falso trad.* Plavt. Trin. 680 (*v. p. 93, 2*). Tac. hist. 2, 54, 2 -um (*editur* raptim in *vel* rapide in); *loco corrupto* Pacvv. trag. 333 Cvlex 371; *e suppl. dub.* Carm. de bell. Aeg. frg. 8, 1.]

*significatur is qui rapit, sc. secum trahit, aufert vel violat, et inde qualitas rapientis, sc. celer, velox.* *accedit gen. rei raptae l. 35. p. 84, 43* (*quam struct. agnoscit* Prisc. gramm. III 216, 13), *abl. respectus l. 48. p. 85, 57. 72 (fort. et p. 83, 12), praepos.* ad *p. 87, 22,* per *p. 85, 53, inf. p. 86, 7; pro subst. fem. l. 48, neutr. p. 83, 74. 86, 22. 87, 44; abl.* -o *pro adv. p. 87, 47.* *infra hic illic contulimus adi.* rabidus, *cuius usus saepe certa ratione distingui non potest, et* rapax, *quod partim pro syn. adhibetur.*

**I** *vi originaria rapiendi adhuc vigente vel sublucescente*:

**A** *praevalente respectu auferendi, secum trahendi, arripiendi sim.*:

**1** *corporaliter respiciuntur*: **a** *fluctus, meatus* (*in imag. l. 32. 60. 72; cf.* rabidus *p. 6, 49 sqq.,* rapax *p. 77, 59 sqq.*): **α** *de fluminibus sim.* (*per enallagen de rebus illuc pertinentibus l. 46*): Plavt. Bacch. 85 (*in imag.*) -us fluvius est hic, non hac temere transiri potest (Men. 64 sq. *quidam* ingressus f. -um …, -us *ei* … subduxit pedes. Vvlg. Dan. 7, 10 [*in visione*] f. igneus -usque. *al.*). Catvll. 64, 395 -i Tritonis era, *sc. Minerva* (*item iungitur c. fluminis nomine*: Verg. ecl. 1, 65 -um ⌞cretae⌟ … Oaxen [*gen. rei raptae, vix* Cretae *insulae*]. Aen. 5, 261 apud -um Simoenta. catal. 9, 52 aurea … -i flumina … Tagi. Hor. carm. 4, 14, 46 -us Tigris. *et saepius*). Lvcr. 1, 14 ferae pecudes … -os tranatant amnis ([*17* fluvios … rapacis]. *al., v. vol. I 1946, 67 sqq., ubi deleas locos* Lvcr. 4, 21 *et* Tib. [*v. enim infra l. 53. 60*], *addas e. g.* Cvlex 278). Caes. civ. 1, 50, 3 -issimo flumine opera perficere (*al., v. vol. VI 1, 959, 53 sq.*). Verg. Aen. 2, 305 cum … -us (rab- *V*) montano flumine torrens sternit agros ([*cf.* Gloss.^L^ I Ansil. ra 149 -us t.: vehemens fluvius factus de pluvia]. Sen. Herc. O. 1037. clem. 1, 6, 1 quotiens aliquid obstitit, quod cursum eius *turbae* velut t. -i moraretur. *al.; cf. p. 83, 69*). Sen. nat. 4, 2, 6 inter -am insaniam Nili et reciprocos fluctus *volutari* (*per enallagen ut*: epist. 120, 7 in illo -o alveo fluminis. Lact. inst. 6, 3, 3 viam *vitiorum* praecipitem, … gurgitibus intercisam vel torrentibus -am). *al.* *fem.* -a *pro subst.* (*si recte suppletur intellegiturque*): CIL XIII 11537 (*prope Confluentes; a. 371?*) ⟨in⟩ summa -a ⟨burgum …⟩ fecit ⟨legio *quaedam?*⟩ (*sunt qui* -a *pro nom. propr. accipiant, sed cf. l. 9*). **β** *de undis, verticibus, aquae cursu sim.* (*hyperbolice de sanguine l. 68*): Acc. trag. 297 apud abundantem antiquam amnem et -as undas Inachi (Lvcr. 4, 421 in -as amnis … u. Ov. am. 3, 6, 51 met. 7, 6. 9, 104. Paneg. in Mess. 193 -as … maris ire per u. [*cf. 194* freta]. Sen. Phaedr. 6. *al.; cf. p. 6, 51*). Cic. Arat. frg. 8, 1 has *stellas* inter, ⌞veluti -o cum gurgite flumen⌟, torvus Draco serpit ([⌞ ⌟ *cf. gr. 45 οἵη ποταμοῖο ἀπορρώξ, Germ. 48* abrupti fluminis instar]. *al., v. vol. VI 2, 2361, 67 sq., ubi addas e. g.* Cvrt. 4, 9, 19). Catvll. 70, 4 mulier cupido quod dicit amanti, in vento et -a scribere oportet aqua ([*cf. Prop. p. 99, 40*]. Tib. 3, 10, 8 [*in imag.*] quicquid triste timemus, in pelagus -is evehat amnis a. [rab- *var. l.*]. Ov. am. 2, 4, 8 *vitiis meis* auferor ut -ā concita puppis a. *al.*). Verg. Aen. 1, 117 illam *navem* … -us vorat aequore vertex (7, 31 fluvio Tiberinus amoeno v. -is … in mare prorumpit. Sen. Ag. 559 Cvrt. 9, 4, 11. *al.*). 12, 523 *amnium* decursu -o de montibus altis. Ciris 233 *tempore nocturno* -os etiam requiescunt flumina cursus (Plin. nat. 31, 1. Ivst. 44, 1, 7 c. amnium non torrentes -ique, ut noceant, sed lenes). Hor. carm. 1, 12, 9 -os morantem *Orphea* fluminum lapsus celerisque ventos (Sil. 15, 238). Lvcan. 7, 176 ire per Ossaeam -us Boebeida sanguis *visus est* (Clavd. 7, 101 *amnis* turba … cadentum staret, ni -us iuvisset flumina s.). Val. Fl. 1, 291 *Phrixus* -o … concitus aestu (Avien. orb. terr. 398. *cf. p. 83, 3*). Sil. 11, 478 cum -i caput *Orphei* a cervice recisum portarent fluctus (Boeth. cons. 1 carm. 5, 46 -os … f. *fortunae* [rab- *var. l.*]). *al.* **γ** *de maribus, fretis* (*cf. p. 84, 18*): Catvll. 63, 16 (*Attis ad socios*) -um salum tulistis truculentaque pelagi. 64, 358 unda Scamandri, quae passim -o diffunditur Hellesponto (Lvcan. 2, 675 fretum -i super

[*Grossardt*]

H. Avien. orb. terr. 968). Lvcr. 1, 720 angusto … fretu -um mare dividit … oras *Italiae* a finibus *Siciliae* (Aetna 494 -um … m. [-o *Schwartz, ut c.* aestu *iungatur*]. Tib. 1, 2, 42 [rab- *Itali*]. Paneg. in Mess. 126 -um placidis … m. constitit undis. *al.*). Verg. Aen. 11, 627 pontus nunc ruit ad terram …, nunc -us retro atque … resorbens saxa fugit (Avien. orb. terr. 904. *respicitur P. Euxinus*: Sen. nat. 4, 2, 29 P. in inferum mare adsidue fluit -us. Prisc. periheg. 763 [rab- *var. l.*]). Ov. epist. 7, 142 in -o … freto ([rab- *var. l.*]. Liv. 28, 30, 6 quinqueremem … deprensam -o in f. Flor. epit. 3, 20, 13). *al.*

**b** *ferae avesque rapaces* (*pisces l. 21, canes venatici l. 20; cf.* rabidus *p. 5, 29sqq.*, rapax *p. 76, 72sqq.*): Catvll. 63, 85 ferus, *sc. leo,* ipse sese adhortans ⌊-um⌋ incitat animo ([⌊ ⌋ *proleptice*; rab- *Schwabe fort. recte*]. *cf.* Lvcr. 4, 712 *gallum non* queunt -i contra constare leones inque tueri [rab- *Wakefield*]. *aliter de sidere p. 84, 59*). Lvcr. 5, 892 -is canibus succinctas … Scyllas (rab- *Heinsius; item respicitur Scylla in var. l. dub. p. 5, 37*). Ov. epist. 10, 96 (*loq. Ariadne*) destituor -is praeda cibusque feris (rab- *var. l., sed cf.* 11, 111 -arum praeda f.; *ceterum variat c.* rab- Sil. 8, 638 Stat. Theb. 8, 71, *v. p. 5, 42*). met. 2, 716 *Mercurius* ut volucris visis -issima miluus extis … flectitur in gyrum (*cf. p. 76, 75*). 3, 242 comites *Actaeonis* -um (rab- *var. l.*) solitis hortatibus agmen ignari instigant. hal. 112 umbrae … -ique lupi perca[t]eque tragique (*de piscibus; aliter, si recte ed.*: Ven. Fort. vita Germ. 24 quidam … impetu l. -i laceratus [rab- *var. l.*]). Sil. 6, 256 *non* frustra -i, *sc. serpentis,* stimulante dolore fuisset impetus, … ni *eqs.* (*nisi conicias* rab- *coll. 6, 253* furit … ira). Gell. 10, 12, 2 accipitrem, avium -issimum (Gild. Brit. 34 chron. III p. 45, 22 saevos … -i harpagones a.). Ivvenc. 2, 780 *ager durus* germina farris exponit -is avibus sine fruge rapinam (*respic. parabola seminantis, Matth. 13, 19sqq.*). Sidon. epist. 9, 13, 5 vers. 23 (*respic. pictura venationis*) beluas … -as …, acuit quibus furorem bene ficta plaga. Dynam. vita Max. 13 l. 334 *sanavit,* quod -is dentibus aviditas insana *canis* corruperat (rab- *var. l.; cf. ibid. l. 302* morsu canis rabidi [-i *var. l.*] *nec non supra p. 5, 44. 77, 49*).

**c** *venti, flatus sim.* (*aetherii l. 38, subterranei l. 55; cf.* rabidus *p. 6, 68 sqq.*, rapax *p. 78, 7sqq.*): Lvcr. 1, 273 *venti vis* -o percurrens turbine campos arboribus magnis sternit (1, 294 *flamina venti res* vertice torto corripiunt ⌊-oque rotantia⌋ t. portant [⌊ ⌋ *coni. Lambinus, def. Smith, Class. Quart. 43, 1993, 336*; -i(s)que rotanti *trad.*; -ique rotanti *edd. pler.* κατὰ σύνεσιν venti *subintellegentes,* -eque rotanti *Lachmann*]. 6, 668 Ov. epist. 7, 65. *al.*). 5, 519 -i (*nom.*) … aetheris aestus *astra propellentes.* Verg. Aen. 1, 59 *venti nisi compescantur,* maria ac terras caelumque … ferant -i (trep- *Non. p. 420, 2*) secum verrantque per auras (6, 75 *folia* -is ludibria v. Ov. epist. 18, 37 *Borea,* de -is inmansuetissime v. met. 14, 764 *ne* excutiant -i *poma* florentia v. *al.; cf. l. 37*). 4, 241 quae *talaria Mercurium* sublimem alis … -o pariter cum flamine portant (Albinov. carm. frg. 9). Hor. carm. 1, 28, 21 me … devexi -us comes Orionis Illyricis Notus obruit undis (Ov. fast. 3, 588 percutitur -o puppis … N.). Prop. 2, 16, 45 haec, *sc. dona,* videam -as in vanum ferre procellas (Sil. 17, 169. Avien. Arat. 1387 [rab- *Morel; gr. 764* χειμών *tantum*]. Hier. in Hab. 3, 2 l. 147 [*in imag.*] -a daemonum adversus nos p. desaevit). Ov. met. 3, 209 *canes ruentes* -a velocius aura (Stat. Theb. 6, 602 effugit … oculos -a puer ocior a. *cf. l. 54*). Germ. 293 -us ponto … incubat Auster ([rab- *Baehrens; gr. 291* ἀλεγεινοί]. Lvcan. 6, 27 [rab- *var. l.*]. Val. Fl. 7, 406. Prvd. apoth. 611 pinnatus -oque simillimus A. nuntius). frg. 4, 159 frigidus … -is (rab- *Gain*) horrebit Aquarius Euris (Sil. 8, 111. Nemes. ecl. 4, 14 *puella* -is … fugacior E. Clavd. 1, 100). Sen. nat. 6, 20, 4 terra … penetrabilis ventis est, et spiritus subtilior est, quam ut possit excludi, vehementior, quam ut sustineri concitatus ac -us (rab-, trep- *var. ll.*). 7, 8, 2 illorum *turbinum cursus* -us ac violentus et ipsis ventis citatior est (*opp.* lenis). Sil. 17, 505 -us … incendia flatus ventilat (Stat. silv. 2, 2, 118 [*coni.* rab- *praeferunt edd. quidam*]. *cf. p. 6, 70*). *al.*

**d** *cetera exempla*: Lvcan. 3, 635 *in proelio navali* ferrea … puppi -os manus inserit uncos. Sil. 14, 489 -is puppem manibus frenare (*cf. p. 77, 44*). 17, 102 (*in imag.*) *Vulcanus, i. ignis,* -is amplexibus arma virosque corripit. Cael. Avr. chron. 3, 4, 58 vehementibus adiutoriis uti …, ut … cucurbitis -is forti ⌊raptu remotis⌋ (raptura motis *edd. vet., sed cf. 1, 1, 36. 5, 4, 76* forti raptu … remota⟨e⟩; *vix legas* -is, ⟨id est⟩ *vel sim.*).

**2** *incorporaliter respiciuntur*: **a** *verba, oratio (cf. p. 87, 71); potius rapiuntur: tractanda, sc.* oratio -a: Cic. Brut. 264 praeceps quaedam et … ⌊-a et celeritate⌋ caecata o. (⌊ ⌋ -a c. *Schütz,* rapiditate et c. *Dederich,* rapiditate *Eberhard*). fin. 2, 3 cum … fertur quasi torrens oratio, quamvis multa … rapiat, nihil tamen teneas, … nusquam o. -am coerceas. *audientes* (*neutr. pro subst. l. 74*): Sen. epist. 40, 3 istam vim dicendi -am atque abundantem aptiorem esse circulanti quam agenti rem magnam ac seriam docentique. Gell. 6, 14, 10 (*inde* Macr. Sat. 1, 5, 16) violenta … et -a Carneades dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes et sobria. **b** *affectus, motus animi* (*cf. p. 82, 45. 85, 11*): Catvll. 63, 44 (*antea p. 5, 3*) de quiete molli -a sine rabie simul ipse pectore Attis sua facta recoluit. Prop. 3, 19, 10 -ae stimulos frangere nequitiae (rab- *fere edd.*). Gell. 19, 1, 17 (*respic.* πάθη) quibusdam motibus -is et inconsultis officium mentis atque rationis praevertentibus. Zeno 1, 4, 7 inpatientia … quid est nisi mens lubrica, permotionibus crebris et -is se semper expugnans? Ps. Damas. epigr. 81, 1 (*loco vix sano*) -as … iras (rab- *Ihm; cf. p. 7, 4*). Salv. gub. 4, 52 *quid deo reddimus nisi* faetidas libidines, -as cupiditates? ([rab- *Halm*]. Conc. Tur. a. 567 p. 192 l. 484 dum inter se saeviunt domni nostri … et alter alterius res -ā c. pervadit. *cf. p. 77, 32*). Cassiod. in psalm. 17, 5 l. 92 ('torrentes iniquitatis') hic … iniquitatibus -is data est similitudo torrentium. **c** *varia* (*cf. p. 85, 14sqq.*): Sen. epist. 19, 5 tulit te longe a conspectu vitae salubris -a felicitas, provincia et procuratio *eqs.* Pers. 5, 94 stultis … usum -ae permittere vitae (*'quae secum ferat et rapiat stultum, philosophia non firmatum' Jahn ad l.; aliter, sc. ut ad p. 87, 30 pertineat,* Schol. Pers. 5, 93, 4 celeris, citius transeuntis). Sil. 1, 360 haec *falarica ignea* ictu -o pugnantum saepe per auras … tulit fumantia membra (*cf. p. 86, 64*). 9, 466 *Pallas* convulsam -o conamine partem vicini montis … iacit. 15, 375 *consul* enasset -i freta saeva pericli, ni *eqs.* Stat. silv. 3, 5, 15 nulla … -i mulcent te proelia Circi (rab- *Wakefield, def. Håkanson, Statius' Silvae, 1969, 95sq.; fere refertur ad curruum velocitatem, sed huc traximus coll. Aug. conf. 3, 2, 2* rapiebant me spectacula). Ps. Cypr. singul. cler. 11 p. 185, 22 ne ipsae *feminae* … in … amores prae -a aetate incitamentis furialibus stimulentur. Ivlian. epit. in psalm. 123, 6 -am (in rapinam *var. l.*) crudelitatem depraedantium. Verec. in cant. 2, 25 l. 15 (*ad Vet. Lat. deut. 32, 24* esca avium erunt) *aves, i. daemones, mentem vacuam* tamquam escam suam -is vitiorum suggestionibus rodunt. Ven. Fort. carm. 10, 12b, 1 si -is oculis te semper, amice, viderem, sic quoque vix avidum me satiaret amor.

**B** *praevalente respectu violandi, nocendi, absumendi, occupandi sim.*: **1** *de rebus*: **a** *respiciuntur ignis, flammae, ardor* (*et inde de iis, quae ardorem efficiunt; cf.* rapax *p. 77, 74sqq.*): **α** *de sole sideribusve aestivis et de calore inde orto* (*de ipsa aestate l. 63; cf.* rabidus *p. 6, 63 sqq.*): ① sol -us (*vix certa ratione distingui potest inter eius aestum celeremque cursum; subesse vid. gr.* ὠκὺς ἥλιος, *e. g. Mimnerm. frg. 10, 5 et 23, 11 G.-P., vel* ὀξὺς ἥ., *e. g. Hymn. Hom. 3, 374 Callim. epigr. 30, 1sq.; cf. e. g. p. 86, 8*): Catvll. 66, 3 flammeus … -i s. nitor. Verg. georg. 1, 92 -i … potentia s. acrior (*aliter* Schol. Verg. Bern. *et* Brev. Expos. velocis). 1, 424 (*in prognosticis*) si … s. ad -um lunasque sequentis ordine respicies (*cf.* Schol. Verg. Bern. velocem vehementem; alii '-um' dicunt, quod humorem, de quo pascitur, rapiat; *sec. IIA1b explicant* Serv. *et* Brev. Expos. velocem). 2, 321 prima … autumni sub frigora, cum -us S. nondum hiemem contingit equis (*cf.* Schol. Verg. Bern. quia vehemens et ⌊humorum⌋ suo vapore -us [⌊ ⌋ *gen. rei raptae, cf. l. 40*]). Hor. carm. 2, 9, 12. Ov. am. 3, 6, 106 tibi …, non candide torrens, sint -i s. siccaque semper hiemps. met. 8, 225 (*respic. Icarus*) -i vicinia s. Germ. 6 s. ardentem Cancrum -issimus ambit. frg. 4, 93 -is eadem *Venus* ne s. aestuet orbis efficiet (rab- *Grotius*). Lavs Pis. 80 *cicadae* -o faciunt convicia s. (rab- *Santen*). Calp. ecl. 1, 10 (rab- *Baehrens*). Gell. 5, 14, 18 s. … -o et flagranti (rab- *Mueller,* et arido *Prisc.*). Clavd. 8, 341 (*Theodosius ad Honorium*) *particeps sis laborum militarium nec* defensura calorem aurea summoveant -os umbracula s. (rab-, tep- *var. ll.*). *al.* ② *cetera exempla*: Verg. ecl. 2, 10 -o fessis messoribus aestu ([*cf. 13* sole sub ardenti *nec non* Serv. *ad l.* vehementi, ferventi. Gloss.L I Ansil. ra 151 -us a.: vehementer fervens. *al.*]. Manil. 1, 869 trahit ad semet -o Titanius a. … cometas [*ut quodammodo vergat ad A1d*]. Germ. frg. 4, 11 placidissimus *Iuppiter* … -os … temperat a. *Cancri.* Ivvenc. 2, 247 [rab- *var. l.*]. *al.*). georg. 4, 425 -us torrens sitientis Sirius Indos ardebat (*cf. l. 65*). Ov. met. 2, 123 *Sol* ora *Phaethontis* … -ae fecit patientia flammae. Manil. 2, 211 Sagittari signum -ique Leonis ([rab- *var. l.*]. 2, 550 [rab- *edd. rec.; ad utrumque locum cf. Shackleton Bailey, Propertiana, 1956, 317*]. Lvcan. 6, 337 medios ignes caeli -ique L. solstitiale caput). 4, 500 si -us Mavors ignes iaculatur in illum aëra. Germ. 477 Cancrum tetigit cum Titan orbe *solstitiali,* timeto aestatem -am (-a *var. l.*; rab- *coni. Orelli, ut* frg. 4, 146 quid … ferant Gemini, -o quid sidere Cancer). Lvcan. 10, 211 pars caeli …, -os qua Sirius ignes exerit (-o, rabidos *var. ll.*). *al.*

**β** *de quibuslibet ardentibus*: Verg. georg. 4, 263 *apes aegrae* susurrant …, aestuat ut clausis -us fornacibus ignis (Ov. met. 7, 326 *Medea* -o … i. inponit purum laticem. trist. 2, 425. *al., e. g. p. 85, 4; de fulmine* [*cf. e. g. l. 73*]: Verg. Aen. 1, 42 *Pallas* Iovis -um iaculata e nubibus i. disiecit … rates. Ov. trist. 4, 8, 46 *nihil est* -o firmius i. Iovis. Sil. 14, 589). Tib. 1, 9, 49 illa velim -a (rab- *cod. unus*) Vulcanus carmina flamma torreat (Ov. met. 12, 274 correpti -a … f. arserunt crines. Ib. 475 ut Macelo -is icta est … f., sic, precor, aetherii vindicis igne cadas [*cf.* Schol. cod. C fulminata est. *sim. al.*]. *al., e. g. p. 85, 9*). Ov. fast. 1, 574 credas … -um Aetnaeo fulgur ab igne iaci (*item de igne subterraneo*: trist. 5, 2, 75

[Grossardt]

vel me … Charybdis devoret … vel -ae flammis urar … in Aetnae). trist. 1, 7, 20 libellos *metamorphoseon* imposui -is … rogis (CE 1252, 4 [*Iguvii; saec. II?*] me … Fortuna iuventa destituit -is imposuitque r. *cf.* 1135, 1 [*prope Aquinum; saec. I/II*] os cineri mixtum -o cum decidit igni inseditque super flava favilla rogo). Val. Fl. 5, 33 faces (Stat. Theb. 4, 467). Sil. 4, 676 Venus … -as derexit in amnem coniugis invicti vires. 14, 310 *Vulcanus* per … altam molem *turris* … scandit ovans -usque vorat … ro⟨bo⟩ra. 14, 427 -us fervor. Ivvenc. 3, 13 (*respic. Matth. 13, 40sqq.*) collectos *erroris laqueos* … -is exurere flammis (*gehennae ut*: Prvd. ham. 922 -os … caminos, qui pollutam animam … perenni igne coquunt. *al.*). *al.* *in imagine*: Edict. imp. Diocl. praef. 7 L. gliscentis avaritiae ac -is aestuantis ardoribus.

**b** *vario respectu* (*cf. p. 86, 27*): Sen. Herc. f. 183 gens hominum fertur -is obvia fatis …: Stygias ultro quaerimus undas (Lvcan. 9, 786 *post sepis morsum* nulla manere … -i vestigia f. *cf.* Sen. Med. 219 ˪-a˩ fortuna ac levis praecepsque regno eripuit, exilio dedit [*sc. me, Medeam*; ˪ ˩ *rec. A,* rab- *codd. RE*]. *loci vergunt ad A2c; cf. p. 78, 18sqq.*). Sil. 5, 403 *Bogus* primus … -am in Rutulos contorserat hastam (*cf. 4, 134sqq.; nisi mero respectu celeritatis, ut fort.* -us ensis: 10, 146 *Hannibal* Vesulum … e. metit -o. 15, 533 immatura seges -o succiditur e.). 8, 413 inter primos … exultat -is Nero non imitabilis ausis. 12, 256 -o … tumultu *pugnae* (Clavd. rapt. Pros. 2, 255 [*respic. gigantomachia*] cum -o saeviret Phlegra t. [rab- *cod. unus, def. Hall ad l.; cf. p. 7, 24*]). 15, 301 *Philippus rex* Olpaea … litora bello perfudit -o ([*nisi ad IIB2a coll. 302* citus]. Clavd. 21, 188 miramur -is [rab- *ed. princ.*] hostem succumbere b., cum solo terrore ruat?). Stat. silv. 4, 7, 49 -um … Caesaris fulmen (*nisi ad 2*). Gell. 12, 5, 2 doloribus cruciatibusque alvi … et febri simul -a adflictari (18, 10, 2. 20, 1, 26 aegrotationem gravem cum f. -a. Amm. 26, 4, 4 constricti -is f. imperatores … diu). Phoc. carm. de Verg. 102 non flatus, non tela Iovis, non spumeus amnis, non imbres -i (rab- *L. Mueller*), quantum manus impia, vasta⟨n⟩t. *al.*

**2** *de animantibus, sc. ferociter pugnantibus, incurrentibus* (manu *l. 38, cf.* *arma l. 18sqq.; hucine l. 26?*): Ov. met. 12, 494 ruunt vasto -i (trep-, rab- *var. ll.*) clamore bimembres *Centauri* telaque … mittunt. Sil. 7, 668 *miles non* pugnae fisus in hoste tam -o. 14, 638 *propugnatores* infundunt -um convulsis moenibus agmen condensique ruunt (Stat. Theb. 5, 677 inter -a a. pacem *habere. cf. mera vi celeritatis l. 51. p. 86, 55*). *al.* Stat. Theb. 10, 272 *Theudamas* exuit ensem … -aque manu morientia transit agmina. *al.*

**II** *vi rapiendi evanescente vel evanida praevalet respectus celeritatis* (*qui nimirum etiam manifestus est sub I*): **A** *potius spectat ad motum*: **1** *vario usu*: **a** *de quibuslibet celeriter progredientibus, pergentibus sim.* (*ponitur passim praedicative pro adv.*): Catvll. 63, 34 -⟨a⟩e ducem *Attin* secuntur Gallae properipedem (*cf.* 63, 93 [*ad Cybelen*] alios age incitatos, alios age -os [rab- *edd. pler.*]). Verg. Aen. 1, 644 Aeneas … -um ad navis praemittit Achaten (*cf. 656* celerans; Serv. *ad l. perperam constituit tmesin* -um … prae, *sc. pro* praerapidum, *v. vol. X 2, 790, 1sqq.*). 10, 870 cursum in medios *hostes* -us dedit *Mezentius.* 11, 906 *Turnus Aeneasque* ad muros -i totoque feruntur agmine. 12, 81. Ov. epist. 5, 136 me *Oenonen* Satyri celeres … quaesierunt -o … pede. Lvcan. 2, 491 (*483* 'decurrite') *dux* devolvit -um … moenibus agmen (Stat. silv. 1, 2, 221 hic *Apollo* movet Ortygia, ⟨movet⟩ hic *Bacchus* -a a. Nysa. *aliter l. 36. p. 86, 55*). Val. Fl. 1, 484 per obliqui -um compendia montis … agnoscit *Iason* Acastum (*fort. conferri potest Sen. Phoen. 13sq.* celer per saxa). Sil. 4, 93 -is equitum comitantibus, *sc. duces,* alis. 5, 98 *mox* -is aderit Servilius armis (12, 482 Fabius -a a. ferebat [*cf. e. g. 484* properata ad bella]). 5, 304 -us … ruit *Mago.* Stat. Theb. 7, 584 *tigres* cursu -ae … transiliunt campos. Tac. hist. 1, 40, 2 milites Romani … -i equis forum inrumpunt (*cf. 2, 40* citus equo Numida). Gell. 17, 11, 6 ut …, quod ex eo *potu* admitti in pulmonem per arteriam deberet, non -um id …, sed … sensim paulatimque tramitteret (*sc.* ἐπιγλωττίς). Clavd. carm. min. 18, 12 haec *lingua magistri mulas* sistit -as, haec properare facit. *al.* **b** *de caelo* (*eius viribus* Lvcr.) *et corporibus caelestibus* (*cf. p. 86, 8. 29sq. 34*): Lvcr. 5, 625 *prope terram sidera* minus cum caeli turbine ferri; evanescere enim -as illius *caeli* et acris imminui supter viris. Ov. met. 2, 73 (*loq. Sol*) *non* me … vincit impetus et -o contrarius evehor orbi ([*cf. p. 100, 27*]. Mart. Cap. 6, 584 [vers.] tellus, quae -um consistens suscipit o.). Manil. 3, 503 erit ipse tibi -is quaerendus in astris natalis mundi. Lvcan. 6, 464 torpuit … praeceps … mundus, axibus et -is impulsos Iuppiter urguens miratur non ire polos (Stat. silv. 2, 7, 107 *Lucanus mortuus* -um poli per a. … levatus. *cf. p. 86, 8*). Stat. Theb. 1, 197 -i super atria caeli. Apvl. mund. 22 p. 338 mundus magnitudine immensus, cursibus -us *eqs.* (*gr. 397a15* κινήσει … ὀξύτατος). Clavd. 15, 18 ad -i (rab- *cod. unus*) limen … Olympi ([*i. caeli, cf. 15, 26*]. Mart. Cap. 6, 567 [vers.]). **c** *de equis, curribus sim.* (*de auriga, sc. per enallagen, p. 86, 2, de ungula sim. p. 86, 3sq.; cf. p. 84, 21*): Verg. georg. 3, 114 primus Ericthonius currus et quattuor ausus iungere equos -usque rotis insistere victor. Aen. 12, 339 spargit -a ungula rores sanguineos (*sc. hostibus caesis; cf.* Mart. 14, 199, 1 -um … unguem). 12, 478 medios Iuturna per hostis fertur equis -oque volans obit omnia curru (Sil. 11, 370 *Phaethontis.* 16, 333. *al.*). Ov. epist. 9, 28 -is qui *Iuppiter* tonat altus equis (fast. 5, 592 Pont. 3, 1, 8 Sil. 16, 112. Apvl. flor. 21, 4 e. … vivacis pernicitatis, id est … ire -um. *al.*). fast. 3, 518 purpureum -o qui *Phoebus* vehit axe diem (*de eiusdem curru* Stat. Theb. 6, 321. *ceterum*: Sil. 16, 418 *agitator* cunctantem … -o praetervolat incitus a. Stat. Theb. 12, 734). Lavs Pis. 51 non solum -o permittit habenas quadrupedi, sed calce citat *auriga* (Sil. 1, 161). Sil. 16, 583 Asturica -os de gente iugales (Clavd. 3, 343 [rab-, t(r)ep- *var. ll.*]). *al.* **d** *cetera exempla* (*fort. huc trahas quaedam sub I allata, e. g. p. 85, 18sqq.; neutr. pro subst. l. 22*): Verg. Aen. 8, 442 (*Vulcanus ad Cyclopes*) nunc viribus usus, nunc manibus -is …: praecipitate moras. Moret. 27 *farina* silicum -o decurrit ab ictu (*cf. l. 64*). Ov. Ib. 176 qui *Ixion* … agitur -ae vinctus ab orbe rotae. Germ. frg. 4, 103 cornua *arcus* Centauri -a distincta sagitta. Val. Fl. 1, 577 omne dei *Boreae* -is nemus ingemit alis (Sil. 6, 552 -as perfusa cruoribus a. … Fama. Clavd. rapt. Pros. 3, 254). Stat. Theb. 5, 575 -o celer ille *serpens* volumine telum circumit. 9, 32 fama per Aonium -o vaga murmure campum spargitur. silv. 5, 1, 148 -ae … obvia puppi invidet … aura. Apvl. mund. 3 p. 294 quantum -is possunt pigriora contingi. Svlp. Sev. epist. 2, 4 -a nube subvectum *Martinum.*

**2** *de ipso motu celeri*: **a** *cursus* -us (*exempla selecta inde a* Lvcano): Verg. Aen. 5, 291 hic, qui forte velint -o contendere c., invitat *Aeneas* pretiis animos. 7, 676 centauri Homolen Othrymque … linquentes c. -o. 12, 683 -o c. media agmina rumpit *Turnus* (*vergit ad p. 85, 13*). Ov. ars 1, 629 inter -i certamina c. Liv. 10, 11, 1 *consul* ab -o c. circumagendo equo effusus. Manil. 1, 348 quem *Delphinum* -o conatus Equus comprendere c. festinat. 1, 396 *Orionem* subsequitur -o contenta Canicula c. (rab- *cod. unus*). Lvcan. 8, 472 -o … eques per litora c. Sil. 2, 233 *Hannibal* -o praeceps ad moenia c. … tendebat (8, 130 -o p. c.). 10, 461 *equus* -um glomerans c. Ps. Sil. 8, 222 haud mora sit: -o belli rape fulmina c. Apvl. mund. 1 p. 291 caelum … aether vocatur, non … quod ignitus sit …, sed ˪quod c. -is semper rotetur˩ (*gr. 392a7sq.* διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην). *al.* *in imagine*: Flor. epit. 1, 13, 1 -issimus procurrentis imperii *Romani* c. Rvfin. patr. 1, 1 (*antea*: concitus … dicendi cursus) in latum distenta spatia -ioribus c. superare (*opp.* tardis … passibus). **b** *cetera exempla* (*in iunctura abundanti e. g. l. 50. 57. 66*): Verg. Aen. 7, 156 *legati* festinant … -isque feruntur passibus (*al., v. vol. X 1, 626, 34sqq.*). 11, 852 dea *Opis* se … -o pulcherrima nisu sistit *in tumulo* (Pavl. Nol. carm. 6, 78 *Heliae* currus flammantum rapi⟨do⟩ n. glomeratus equorum [*cf. II reg. 2, 11*]. *aliter p. 6, 18*). 12, 711 *Aeneas Turnusque* procursu -o … invadunt Martem clipeis atque aere sonoro (Sil. 9, 428). Val. Max. 5, 5, 3 iter … quam -um et praeceps … corripuerit *Tiberius* (Lvcan. 3, 337 Sil. 15, 503. *al.*). Sen. Herc. O. 702 quid … fertur -o (medio *E*) regina gradu? (Oed. 1004 -o … prosiluit g. Iocasta. *cf. l. 69*). Oed. 654 -is gressibus *fugere* (Apvl. met. 9, 21, 2 Ivvenc. 4, 308. *al.; cf. l. 67*). Lvcan. 9, 31 -o … actu *ducis.* Plin. nat. 5, 53 *insulas* -a celeritate *transvolans Nilus* ([*cf. Sol. 32, 6* concitus]. 16, 192. Amm. 15, 5, 29 -ā c. … angustias Alpium perrumpere. 16, 12, 58). Val. Fl. 4, 510 *Harpyiae* turbine … ˪-o˩ populos atque aequora longe transabeunt (˪ ˩ *cod. Carrionis,* rab- *cett.*). 6, 239 orbibus hos *hostes* -is … Castor … deludit. Sil. 4, 146 *equus* -ā … volans per aperta procellā. 15, 209 *Scipio* celerat … vias et corripit agmen pernici -um cursu (Tac. hist. 2, 30, 1 *copiae Valentis* -o agmine Caecinae iunguntur. *aliter p. 85, 36. 51*). Stat. Theb. 7, 6 saltu (Ach. 1, 178). Ps. Qvint. decl. 5, 6 festinatio (Apvl. mund. 16 p. 324 cursum … -ae f. [*cf. gr. 395b7* διὰ τὸ τάχος]). Flor. epit. 4, 7, 12 -o impetu recipientes se equites (Hil. in Matth. 8, 4. Prvd. perist. 7, 68 *Iordanes* fertur -o i.). Apvl. Socr. 3 p. 124 (*inde* Avg. civ. 9, 16 p. 390, 2. 5) intellectum huius *summi* dei … velut in artissimis tenebris -issimo coruscamine lumen candidum intermicare. Ivvenc. 4, 148 (*sec. Matth. 24, 27*) sicut … fulgur caelum transcurrit …, sic -o adventu clarebunt lumina Christi. Amm. 18, 6, 12 cum ego -o ictu transirem (*al., v. vol. VII 1, 168, 50sqq.; aliter l. 16. p. 84, 16. 87, 17*). Avg. doctr. christ. 2, 85 in … caelestium corporum -issima velocitate. *al.* *in imag. spectat ad tempus*: Ivvenc. 1, 278 crescebat -is annorum gressibus infans *Iesus* (*cf. Luc. 1, 80. 2, 40*). CE 1406, 2 (*christ.; saec. V/VI*) dura quidem frangit parvorum morte parentes condicio -o praecipitata gradu.

**B** *potius spectat ad tempus* (*imagine motus adhuc apparente e. g. p. 87, 30. 36, praevalente supra l. 66*): **1** *de cogitationibus sim. hominum* (*Christi p. 87, 5; de ipso homine aliquid maturante* Verg., Liv.): **a** *in bonam vel neutram partem*: Verg. Aen. 5, 513 -us, iam dudum … tela tenens, fratrem *Pandarum* Eurytion in vota vocavit (*cf.* Clavd. Don. *ad loc.* p. 482, 15 -us, id est omnis moras praeveniens). Prvd.

*[Grossardt]*

ham. 92 libera ne tenerum penetret meditatio caelum neve deum -is conprendat sensibus unum. CLAVD. 3, 109 (*Megaera de Rufino*) vinci fateor -oque magistram praevenit ingenio (rab- *var. l.*). AVG. conf. 9, 10, 25 extendimus nos et -a cogitatione attingimus aeternam sapientiam (*cf. 24* toto ictu cordis). CASSIOD. in psalm. 35, 9 l. 173 *sapientia Christi* et subita est et ita -a, ut ad finem, quem vult, sine aliqua tarditate perveniat. **b** *in malam partem fere i. q. praeceps, praeproperus, temerarius*: LIV. 22, 12, 12 *quidam* ferox -usque consiliis ac lingua immodicus. IVVENC. 1, 40 (*angelus ad Zachariam, Luc. 1, 20*) tibi claudetur -ae vox nuntia mentis.

**2** *de variis rebus*: **a** *quae subito eveniunt* (*paulo tempore intermisso* VAL. MAX.; *cf. p. 85, 24*): LVCR. 5, 1193 *per caelum volvi videntur* venti, fulmina (flum- *trad.*), grando et -i fremitus et murmura magna minarum. VAL. MAX. 1, 8 ext. 10 voluntarium eius *Indi cuiusdam* e vita excessum -a mors Alexandri subsecuta est (*[cf. Cic. div. 1, 47* paucis post diebus]. TERT. anim. 53, 4 -a quaeque m. …, ut apoplexis, … nullam animae moram praestat [*opp.* longa m.]). SIL. 2, 125 illa *cornus* volans umerum *hostis* -o transverberat ictu (14, 315 ceu fulminis i. correptae -o in cineres abiere ruinae *turris. cf. l. 20. p. 86, 64*). 10, 185 has inter strages -o terrore coorti invadunt terga. TERT. anim. 44, 3 hominem … terreri a deo, velut ⌞fulgure -o, momentaneae⌟ mortis ictu (⌞ ⌟ f., -o m. *ed. Iunii, ut ad l. 17 pertineat*). **b** *quae cito transeunt* (*sc. tempus, vita sim. praeter l. 32. 34. 37*): SEN. dial. 6, 16, 7 momento – nam ut ad damna, ita ad incrementa -um veloxque tempus est – adolescunt *semina* (epist. 70, 2 [*antea*: praenavigavimus … vitam] in hoc cursu -issimi t. 99, 7 respice celeritatem -issimi t., cogita brevitatem huius spatii. 117, 32 ex hoc t. tam angusto et -o et nos auferente). epist. 108, 25 *festinando* velocitatem -issimae rei (*sc. temporis*) … aequare. GELL. 14, 1, 26 si tam parvum atque -um est momentum temporis, in quo homo nascens fatum accipit, ut *eqs.* IVVENC. 1, 513 (*allegorice explicatur Matth. 5, 25*) dum *corpus* -ae (-a, -e *var. ll.*) tecum graditur per compita vitae (*vix addas p. 84, 14*). AMBR. hex. 5, 12, 36 *accommodamus nos praesentibus,* ut et cum pigrioribus inmoremur et cum velocibus celeri rapiamur aspectu, stilo quoque aut tardiore utamur aut -o. PAVL. NOL. carm. 22, 126 -as … horas. 27, 12 nunc te, cara dies (*sc. natalicia Felicis*), -o nimis aëre nobis temporis hiberni lex subtrahit. PS. PAVL. NOL. carm. 33, 115 (*vir mortuus uxori*) quod *coniugium* nobis … -a abstulit aetas. carm. app. 1, 6 celeri vides rotatu -os dies meare. BOETH. cons. 3, 8, 9 formae … nitor ut -us est, ut velox et vernalium florum mutabilitate fugacior. *al.* **c** *quae brevi tempore effectum habent*: TAC. ann. 12, 67, 2 *medicus* pinnam -o veneno inlitam faucibus eius *Claudii* demisisse creditur ([*cf. 12, 66, 1* repentino et praecipiti]. GELL. 17, 16, 4 v. -um et velox [*cf. 5* v. violentissima]). 13, 15, 5 decoquitur virus cognitis antea venenis -um. SER. med. 165 chelidoniae *herbae* -um sociatur acetum (*c. sim. attrib. e. g. 37* durum, *46* acri, *509* praevalidum, *850* vehementi). *neutr.* -um *pro subst.*: INSCR. ocul. Voinot 30$^{d}$ T(iti) Iuli Victoris lene -um (*cf. 30$^{c}$* lene herbidum). 119$^{a}$ (*si recte suppl.*) ⟨Marc⟩iani ra⟨pidum ad l⟩ip(pitudinem) ex ovo.

*abl. sing.* **rapidō** *pro adv. i. q. celeriter*: PASS. Domnin. (BHL 2264) 5 *spoliatus equo quidam* vidit illum hominem, qui equum abstulerat, -o revertentem.

*adv.* **rapidē.** *compar.* -ius *l. 66 sq., superl. deest* (*cf.* tam -e *p. 88, 2*). [*falso trad. p. 85, 44; falsa var. lect. l. 29; e coni. dub. p. 82, 17. 83, 37 et* PACVV. trag. 333 (-o *trad. loco graviter corrupto*). PS. QVINT. decl. 15, 14.]

*i. q. modo rapido, raptim*: **1** *de motu*: **a** *rerum, sc.: aquae ruentis, fluctuum* (*cf. p. 82, 29*): CIC. leg. 2, 6 *insulā* quasi rostro finditur Fibrenus *fluvius* et divisus aequaliter in duas partes latera haec adluit -eque dilapsus cito in unum confluit. *caeli, corporis caelestis* (*cf. p. 85, 62*): MIN. FEL. 17, 5 caelum ipsum vide, quam late tenditur, quam -e volvitur! SIDON. carm. 23, 344 sulcus -e cadentis astri. *tempestatis* (*cf. p. 83, 32*): GREG. TVR. Iul. 27 tempestas cum magno venti impetu super vicum … -e discendebat. **b** *animantium* (*hominum praeter* SIL.): *se quolibet modo moventium*: SIL. 6, 227 *serpens* -e … resolvens contortos orbes derecto corpore totam extendit molem. SIDON. epist. 1, 2, 7 *in ludo talario Theodericus rex* tesseras colligit -e, … volvit argute, mittit instanter. *euntium, currentium* (*e coni. dub.* TAC. hist. 2, 54, 2): FRONTIN. strat. 2, 5, 6 *hostes* -ius per ignota invecti loca limo inhaeserunt. TAC. hist. 4, 71, 4 eo -ius Cerialis … tertiis castris Rigodulum venit. SVET. Cal. 43 iter ingressus est confecitque … tam festinanter et -e, ut *eqs.* (*opp.* segniter delicateque). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 343 propere … vocatos praecipit … -e prodire ministros.

**2** *de elocutione*: CIC. Scaur. 37 in quo *genere accusationis* … improbe, turbide, festinanter, ⌞-e⌟ omnia … videtis esse suscepta (⌞ ⌟ rab- *Baiter,* cup- *Beier*). orat. 128 hoc, *sc. genus παθητικόν,* vehemens incensum incitatum, quo causae eripiuntur; quod cum -e fertur, sustineri nullo pacto potest.

**3** *de tempore celeriter transeunte*: SEN. dial. 10, 1, 1 *conquerimur,* quod haec tam velociter, tam -e dati nobis temporis spatia decurrant.

*deriv.:* ?rapidinus, rapiditas, rapidulus.

*compos.*: praerapidus.

*cf. Onom.* *Grossardt.*

**rapiēns, rapienter** *v.* rapio.

?**rapilum:** ῥαφεύς GLOSS.$^{L}$ II Philox. RA 26. *obscurum; fort. latet vox acum, subulam sim. significans* (rapium [*i.* ῥαφίον] *coni. Salmasius*); *cf. ibid.* RU *51 sq.* rupiat: ῥάπτει ὑπητίῳ. rupiam: ῥαφεύς. *Breimeier.*

**1. ˣrapīna,** -ae *f.* *a* rapere (*item* EVTYCH. gramm. V 454, 21). NOT. Tir. 46, 58 -a. *de notione et differentia*: DON. Ter. Ad. 356 raptio … ad personam refertur, -a ad rem, raptus ad stuprum (SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 356 r. dicitur rapiendi officium vel actus, -a crimen raptoris. DIFF. ed. Beck p. 80, 1 r. pilae est, -a praedae). CHAR. gramm. p. 387, 5 praeda victos spoliat, -a subito venit. GLOSS. II 245, 46 ἁρπαγή: rapacitas, pr(a)eda, -a. *al.; v. etiam p. 90, 19. 116, 35.* *legitur in prosa orat. inde a* RHET. Her., CIC., *in versibus inde a* CATVLLO, VERG.; *sing. inde a* PROP. [*it.* rapina, *francog. vet.* ravine, *cat.* rapinya, *hisp.* rapiña, *port.* rapina; *notionibus peculiaribus: francog. vet.* ravine *'raptum, impes',* r. de terre *'nives de monte devolutae' (cf. francog. helv.* rawena *'casus saxorum'), rec.* ravine *'torrens, vorago'* (*unde port.* ravina), ravin *'via cava'. cf. M.-L. 7055a et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3208. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1320. Wartburg X 67 sqq. Corominas VII 109 sqq. Corominas-Pascual IV 780 sqq. Machado$^{3}$ V 39. 43. Schd.*] [*confunditur in codd. maxime c.* ruina, *sc.* LVCAN. 3, 167. 9, 40 STAT. Theb. 10, 826. *al.* (*restit.* VAL. FL. 4, 503); *loco mutilato* LYDIA 79 †tantum vita meae cordis† fecere -am.]

**I** *usu communi*: **A** *i. q. actio rapiendi* (*fere ita, ut quid [quis] in potestatem, possessionem redigatur [aliter p. 89, 48]; gr. resp.* ἁρπαγή *l. 64,* ἁρπαγμός *p. 89, 11,* διαρπαγή *p. 89, 58; sing. passim inde a* PROP. [*v. l. 71. p. 90, 9*]; *in serie [sc. l. 33 sqq.] potius plur., incorporaliter potius sing.* [*v. p. 89, 9 sqq. 42 sqq. 90, 7 sqq.*]): **1** *rapiunt animantes* (*fere homines; dei sim. p. 89, 18 sqq., cf. p. 90, 7; animalia p. 89, 61 sqq.*): **a** *generatim*: **α** *vi vel iniuria* (*saepe in serie delictorum; iuxta pos. e. g.* caedes *vol. III 55, 48 sqq.,* furtum *vol. VI 1, 1647, 80 sqq.,* incendium *vol. VII 1, 859, 73,* praeda *l. 44. 64 et* CIC. Pis. 57 VAL. MAX. 6, 8, 7. *al.,* proscriptio *l. 43 et* SALL. Catil. 21, 2 AVG. civ. 1, 30 p. 47, 26): Ⓘ *rapiuntur res* (*animalia domestica l. 71. p. 89, 67; diripiuntur loca e. g. l. 60 sqq.*): Ⓐ *quaelibet, sc. potius corporeae* (*rapiunt e. g. fures l. 66. p. 89, 4. 6, latrones l. 70 sqq. 74. p. 89, 1 sq., magistratus sim. l. 41 sqq., milites l. 64 sq. p. 89, 5; exempla selecta inde a* CIC.): ① *respiciuntur exactiones illicitae magistratuum sim.* (*exempla certiora*): RHET. Her. 4, 27, 37 non dico te ab sociis pecunias cepisse; … furta, -as omnes tuas omitto. CIC. Verr. II 1, 43 tempus Sullanarum proscriptionum ac -arum (*cf. in eadem re*: Catil. 2, 20 *quosdam* in … spem -arum veterum impulerunt). 2, 47 socii praedae ac -arum. 3, 50 procuratores … quaestus et administros -arum (*sim.* 3, 109. 200. 228). POLLIO Cic. fam. 10, 32, 2 (*1 argento* coacto de publicis exactionibus) praeter furta et -as et virgis caesos socios. BELL. Alex. 50, 2 cum in illa societate versarentur -arum *quidam* (*49, 1* gravissimis oneribus provinciae. *cf.* 64, 2). VELL. 2, 83, 2 ob manifestarum -arum indicia (*cf. l. 71*). PLIN. epist. 4, 9, 6 haec accusatores furta ac -as, ipse *reus* munera vocabat (*antea*: quaedam a provincialibus … acceperat). SVET. Tib. 49, 1 ⌞ad -as convertit animum⌟ (*item* Cal. 38, 1 egens ad -as c. a. vario … calumniarum et … vectigalium genere. *sim.* Nero 32, 1 calumniis -isque intendit a.). Vesp. 16, 3 ad manubias et -as necessitate compulsum summa aerarii fiscique inopia. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 5 *fiscus* tertia vel quarta parte ad licentiam foedae -ae invitatus. COD. Theod. 8, 5, 21 ne hi, qui familiae praesunt, novum -arum aut fraudium genus exerceant, ut pro rotarum tritura ac ministeriis pecuniam … poscant. *al.* ② *exempla cetera*: CIC. Att. 14, 14, 5 -as scribis ad Opis, *sc. templum,* fieri (*item diripiuntur templa sim.*: LVCAN. 3, 121 *ante fores templi* prohibens … -a victorem … tribunus. 3, 167 SIL. 13, 90. DECL. in Catil. 123 liberate templa deorum … a -is. IVST. 8, 2, 9 a -a hostium templa vindicaturi. VITA Anton. 82 p. 83, 24 -a[m] ecclesiarum [*sim.* EVAGR. p. 957; *gr. 82, 9* ἁρπαγῇ]). CASS. Cic. fam. 12, 12, 3 *militum* spem praedae et -arum (SALL. Catil. 57, 1 ad bellum spes -arum … inlexerat. TAC. hist. 3, 47, 2. *cf. l. 44*). CATVLL. 33, 6 patris -ae notae sunt populo (*1* furum optime balneariorum). BELL. Afr. 97, 2 civitates bonaque eorum ab omni iniuria -isque defendit (*item rapiuntur bona*: LIV. 25, 25, 9. VET. LAT. Hebr. 10, 34 [cod. 89. *al. et* VVLG.] -am bonorum vestrorum [*gr.* ἁρπαγήν]. *al.*). VERG. Aen. 8, 263 abstractae *a Caco* … boves abiurataeque -ae ([*cf.* PROP. 4, 9, 11 manifestae signa -ae *Caci*]. *item rapitur pecus sim.*: VAL. FL. 6, 538 nocturnis … -is [panis *var. l.*]. IVST. 43, 2, 9 latrones a -a pecorum *submovere.* COD. Theod. 9, 30, 3). OV. trist. 1, 11, 31 barbara pars laeva est avidaeque ⌞adsueta⌟ -ae (*Haupt, alii alia*; addicta *cod. T, Hall*). NVX 39 spes inducta -ae, *sc. pomorum nucis.* RVT. LVP. 1, 18 *aptae sunt* manus ad -am, venter ad

*[Malloch]*

aviditatem. Vell. 2, 32, 6 data *piratis* … facultate sine rapto vivendi -is arcuit *Pompeius* (*cf.* Lvcan. 9, 222 -as … aequoreas). Val. Max. 9, 3, 7 horrea custodibus remotis opportuna -ae. Colvm. 9, 6, 4 *latericium circumstruatur alvis,* ut inpediatur -a praedonis (*antea*: furibus). Lvcan. 7, 98 ad praematuras segetum ieiuna -as agmina compulimus. Plin. nat. 33, 26 cibi … ac potus anulo vindicantur a -a (*sim. rapiuntur cibi, sc. iocose*: Stat. silv. 2, 1, 61 inceptas quis ab ore dapes libataque vina auferet et dulci turbabit cuncta -a?). *al.*

(B) *incorporeae, status, actiones sim.*: Vet. Lat. Phil. 2, 6 (cod. 75, *sim. al. et* Vvlg.) cum in forma dei constitutus *Iesus* non -am arbitratus est esse se aequalem deo **(***gr.* ἁρπαγμόν. *explicat e. g.* Avg. serm. 212, 1 [*v. ed. Poque, 1966 p. 176, 20*] -a quippe usurpatio est alieni, cum illa aequalitas natura sit sui. Greg. M. in euang. 16, 2 *si* non ad avaritiam honoris -a pertineret, nequaquam Paulus … diceret *eqs.***)**. Sedvl. carm. pasch. 3, 128 (*respic. Matth. 9, 20sqq.*) furtum … fidele laudat et egregiae tribuit sua vota -ae (*sc. mulieris sanationem furatae; cf.* op. pasch. 3, 10 p. 241, 3 donis salutaribus remuneratus est vim -ae).

(II) *rapiuntur homines vel dei*: (A) *corporaliter* **(***ab amatoribus sim. praeter l. 37; abducuntur in tartarum aut caelum l. 24. 30* [*cf. l. 60. p. 90, 7*]**)**: Prop. 1, 20, 11 Nympharum … ⌊cupidas defende -as⌋ (-dis … -is *recc.*). Ov. epist. 20, 51 (*ad Cydippam*) mors huius poena -ae ut sit, erit, quam te non habuisse, minor. ars 1, 675 quaecumque est Veneris subitā violata -ā, gaudet. met. 5, 492 (*Arethusa ad Cererem*) terra nihil meruit patuitque invita -ae **(***sc. Proserpinae ut*: 10, 28. CE 1550B, 9 [*aet. Hadr.*] Hennaeae … -ae. Clavd. rapt. Pros. 3, 439**)**. fast. 5, 203 dederat *Zephyro* fratri Boreas ius omne -ae *Florae* **(***respic. -a nymphae ut*: Colvm. 10, 278 hinc nullae insidiae nymphis, non ulla -a. Stat. Theb. 4, 696 [*loq. Liber*] cupidas Faunorum arcebo -as [ruinas *var. l.*]. silv. 2, 3, 24 [*loq. Diana*] numquamne avidis arcebo -is hoc petulans foedumque pecus, *i. Pana*?**)**. Stat. silv. 3, 4, 13 *Ida* licet sacrae placeat sibi nube -ae (*sc. Ganymedis ut*: Prvd. c. Symm. 1, 69 armigero … sordidulam curante -am). Ach. 1, 65 iura freti … rupit Iasoniā puppis Pagasaeā -ā. 1, 946 Tyndaris incestā nimium laudata -ā (*item respic. -a Helenae*: Mart. 12, 52, 10 absolvit … vestra -a Parim). Apvl. met. 4, 24, 4 (*loq. puella*) ego … infelicis -ae praeda et mancipium effecta. Tert. spect. 5, 5 Sabinarum virginum -am. Ivst. 2, 4, 26 si Graecorum non tam bellis quam -is pateant *terrae Amazonum.* 8, 5, 9 non tumultus armorum, non … hominum -a. Drac. Orest. 934 (*loq. Orestes*) Pyrrhus erat raptor *Hermiones, ego fui* vindex … -ae. Cod. Iust. 1, 3, 53, 1 (*item fere* 9, 13, 1, 1) qui … huiusmodi crimen commiserint …, ubi inventi fuerint in ipsa -a *virginum* …, convicti interficiantur. 9, 13, 1, 1[e] ancillae vel libertinae …, quae -am passae sunt *eqs. al.* (B) *incorporaliter; respicitur actio, qua cuius animus sim. dolose vel violenter rapitur, allicitur* (*cf. p. 88, 26. 91, 12*): Alc. Avit. epist. 28 non est -a, sed gratia (*antea*: nihil in recipiendo *Ariano* expetente violentum est).

**β** *cetera exempla (saepe praevalet notio celeritatis; in imag. l. 52); rapiuntur*: (I) *res: quae subtrahuntur ruinae, incendio sim.*: Aetna 614 ut cuique est animus viresque, -a (*Aldus²*, -ae *vel* -is *codd.*) tutari conantur opes. *quae captantur, sc. proiecta, dona missilia sim.* (*cf. p. 90, 53*): Sen. epist. 72, 8 (*verba Attali*) quidquid expectantibus fortuna proiecit, id sine ulla voluptate demittimus statim, ad -am alterius erecti et attoniti **(***in imag. ut*: 74, 7 nulli …, etiam cui -a feliciter cessit, gaudium rapti duravit in posterum [*antea*: ludos facere fortunam in … mortalium coetum honores, divitias, gratiam excutere. *postea p. 123, 23*]**)**. Origo Rom. chron. I p. 145, 24 *Caligula* sparsit … argenteos, in qua -a perierunt homines *tot* **(***respic. missilia principum ut*: Cassiod. Ios. antiq. 19, 93 p. 554 cum … multa poma in theatro spectantibus spargerentur …, Gaius lites et -as … libenter inspiciebat [*gr.* διαρπαγάς]**)**. (II) *Romulus, qui aufertur e terra*: Ov. met. 14, 818 *Mars tonitrua* sibi promissae sensit data signa -ae … *et* abstulit Iliadem.

**b** *speciatim respicitur venatio* (*sc. animalium; meton. l. 75*): Ov. fast. 6, 133 *avidarum volucrum* rostra apta -is (-ae *var. l.*). Manil. 4, 179 spolio vivit *leo* pecorumque -is. Phaedr. 2, 4, 22 aper *monitus, ut aquilam caveret,* -am vitans non prodit foras (*item respic. -a aquilarum*: Plin. nat. 10, 17 non minorum tantum quadripedum -a, sed *eqs.* Porph. Hor. carm. 4, 4 pr. *al.*). Colvm. 8, 11, 1 noxiorum animalium -ae metus non est, *cum pavones in insulis parvis educantur.* Plin. nat. 10, 73 *hirundo* -ae ceterarum alitum obnoxia *non* est. 10, 131 perfecta -a *onocrotalus* … in os reddita in veram alvum … refert. 11, 4 miramur … tigrium -as. 11, 58 si defecit … alvos cibus, impetum in proximas faciunt *apes* -ae proposito. 11, 244 quibus ex -a *est* victus quadripedum (*aliter l. 65*), quini digiti in prioribus pedibus *eqs.* Stat. Theb. 3, 509 vultur et altis desuper accipitres exultavere -is. Apvl. met. 8, 15, 6 lupos … passim -is adsuetos infestare … regionem (*item respic. -a luporum*: Ambr. in psalm. 36, 32, 2 Avian. fab. 1, 9). *al.* *per meton.*: Ven. Fort. carm. 4, 8, 25 quam *ovem* lupus ab stabulis tulerat frendente -a (*sc. dente rapaci*). 5, 2, 35 palmitis uva tumens, avium laceranda -is (*sc. avibus rapacibus*).

**2** *rapiunt res* (*sc. sive vi sive celeritate*): **a** *corporeae*: Aetna 382 magnis operata -is flamma micat. Sen. nat. 3, 27, 14 (*respic. Ov. met. 1, 285sqq.*) natari … in diluvio et in illa -a potest? Plin. nat. 17, 239 *arbores* necant invicem inter sese umbra vel densitate atque alimenti -a. **b** *incorporeae: mors sim.* (*item dei mortis vice raptores appellati; cf. p. 89, 19; addas, si recte suppl.,* CE 1057, 2): Prop. 4, 11, 62 (*loq. mortua*) mea de sterili facta -a domo *non est.* Sen. dial. 11, 3, 4 (*ad Fortunam*) cruenta -a *turbam fratrum imminuisti.* Mart. 6, 68, 11 (*antea p. 99, 68*) subitae quaecumque est causa -ae. 11, 41, 5 triste nemus dirae vetuit superesse -ae *filii* … pater. CE 971, 8 crudelis Pluton, nimio saevite -ae **(**[nimia … -a *coni. Henzen*]. *Romae, saec. I ut*: 1036, 1 fatale [*abl.*] -ā florentem vita sustulit atra dies. 1066, 8 heu Ditis foeda -a feri**)**. *tempus sim.*: Sen. epist. 104, 12 omnis hora te mutat; sed in aliis, *sc. rebus,* -a facilius apparet, hic latet, quia non ex aperto fit. Anth. 646, 35 mirabar celerem fugitiva aetate -am.

**B** *de eis ipsis, qui (quae) rapiuntur, ut significetur fere i. q. praeda* **(***exempla certiora; cf.* Synon. Cic. p. 415, 20 manubiae. exuviae. praedae opimae. -ae *eqs.; gr. resp.* ἅρπαγμα *l. 34,* ἁρπαγή *l. 32. 69; sing. passim inde a* Prop. [*item longe praevalet, cum vox ponitur pro animantibus raptis, v. l. 41sqq.*]**)**: **1** *rapta ab animantibus*: **a** *generatim*: **α** *vi vel iniuria; pro -a sunt*: (I) *quaelibet, sc. rapta*: (A) *corporaliter*: Cic. Phil. 2, 50 te cum et illius *Caesaris* largitionibus et tuis -is explevisses. Ov. rem. 301 illud et illud habet *puella,* nec ea contenta -a est. Manil. 5, 492 *in Aquilae sidere* natus ad spolia et partas surget vel caede -as. Lvcan. 1, 162 praeda … et hostiles luxum suasere -ae. Plin. nat. 36, 116 M. Scaurus … Mariani sodalicii -arum provincialium sinus. Val. Fl. 6, 332 (*miles ad hostem*) non hac longum victor potiere -a. Sil. 8, 248 *dux* auctus opes largusque -ae. Apvl. met. 6, 29, 8 -is suis onusti … latrones (*7* reliquas … praedas). Vet. Lat. Is. 3, 14 (Lucif. Athan. 1, 39, *sim. al. et* Vvlg.) quid … -a pauperum in domibus vestris *est*? (*gr.* ἁρπαγή). Ezech. 33, 15 (cod. 176, *sim.* Vvlg.) pignus debitoris reddiderit et -am restituerit (*gr.* ἅρπαγμα). Amm. 28, 6, 4 *Austoriani* referti -is reverterunt ingentibus. Schol. Cic. Gron. A p. 344, 23 copiam -arum … ostendit. Vvlg. Dan. 11, 24 -as et praedam et divitias eorum dissipabit. *al.* (B) *incorporaliter; vergit in notionem q. e. lucrum illicitum*: Mart. 12, 55, 6 *puella avara* hoc, *sc. basiare,* vendit … nec levi -ā. Cod. Theod. 11, 28, 10 indulgentiam *nostram* … nonnulli visi sunt in suum conpendium -amque convertere, ut fierent privata debita, quae fuerant publica.

(II) *animantes* (*sc. rapti ab amatoribus praeter l. 50sqq.*): Prop. 2, 2, 10 Centauris medio grata -a mero *Ischomache heroine.* Ov. am. 1, 8, 55 certior e multis nec tam invidiosa -a est; plena venit … de grege praeda lupis. epist. 8, 66 *num* Tantalides matres apta -a sumus? 15, 88 te, *Aurora,* prima -a tenet *Cephalus.* 16, 150 visa es, *Helena,* tanto digna -a viro, *i. Theseo* (*de eadem*: ars 3, 760 *Paris* Helenen avide si spectet edentem, … dicat: stulta -a mea est. Drac. Romul. 8, 544 Paris adloquitur … -am). Sen. Phaedr. 308 *iuvencus* pro sua vector timidus -a, *i. Europa.* Sol. 42, 2 delicias Herculi, Hylan puerum, Nymphis -am (-a, ripam *var. ll.*). Vvlg. Mich. 4, 13 interficiam domino -as eorum. Prvd. perist. 1, 109 *praedo* linquit inlaesam -am. psych. praef. 29 *Abram* frangit catenas et -am liberat (*respic. gen. 14, 14sqq.*). *al.*

**β** *cetera exempla; pro -a sunt, quae captantur, sc. proiecta, dona missilia sim.* (*cf. p. 89, 49*): Stat. silv. 1, 6, 16 quicquid … nucetis fecundis cadit … *et* quod ramis germinat Damascos …, largis gratuitum cadit -is **(**[*10* bellaria linea pluebant]. 1, 6, 63 casurae … vagis grues -is. *sim.* Mart. 8, 78, 8 in populum multa -a cadit [*7* nec linea dives cessat]**)**.

**b** *speciatim respicitur venatio sim.; rapiuntur sive res sive animalia* (*aliter l. 56*): **α** *ab animalibus*: Plin. nat. 10, 14 adultos … parens *aquila* … fugat, aemulos scilicet -ae. Val. Fl. 4, 503 turbata lues, *sc. Harpyiarum,* lapsaeque -ae faucibus. Stat. Theb. 10, 826 ubi *sunt fetus* …, quos ingenti premat *tigris* exspectata -ā? (ruina *var. l.*). Mart. 1, 104, 19 mollem frangere dum pudet -am, *sc. lepores* **(***respic. -a leonum ut*: Vvlg. Nah. 2, 12 implevit … cubile suum -a [-as, -is *var. ll.*]. Avian. fab. 18, 7. *cf. p. 91, 29***)**. Ps. Qvint. decl. 13, 12 *disseram,* quam ⌊momentosa⌋ (*v. app. crit. ed. Håkanson*) sit huius animalis, *i. apis,* -a? (*cf. 13* quantulum … est, quod … legant!). Apvl. met. 7, 14, 2 *vidi* cenae reliquiis -isque canes … distentos. Ivvenc. 2, 780 *v. p. 83, 27.* Barnab. 10, 10 sicut aves, quae sedent ad -am (*si quidem huc; gr.* εἰς ἁρπαγήν). Arator act. 1, 650 hunc *corvum* guttura plena -ae subduxere viae. **β** *ab hominibus*: Mart. 10, 87, 18 piscator ferat aequorum -as (-am *var. l.; sim.* Avson. Mos. 259 exultant udae super arida saxa -ae).

**2** *rapta a rebus naturalibus* (*sc. sive vi sive celeritate*): Plin. nat. 2, 103 venti ingruunt inanes iidemque cum -a remeant. 2, 173 terrae tres partes abstulit caelum; oceani -a in incerto est. 6, 1 *Pontus Euxinus pan-*

[Malloch]

*ditur,* donec exspatianti lacus Maeotii -am suam, *sc. terras ablatas,* iungant.

**II** *in struct. peculiaribus* (*sc. locis test. vet.; gr. resp.* *ἀπάτησις l. 13, ἅρπαγμα l. 15. 23, ἁρπαγή l. 18, διαρπαγή l. 9. 11. 16*): **A** *in iunctura* in -am **(***graecismus vel hebraismus q. d. esse vid. sec. vol. VII 1, 768, 38sqq. et Hofmann-Szantyr 275; notio imprimis ad res bellicas pertinere vid. [inde transfertur e. g. l. 12. 17]; ambigas, utrum significetur potius actio rapiendi an ipsum raptum***)**: VET. LAT. Iudith 2, 7 (cod. 130. *al.*) dabo illos *populos* in -am **(***Vulg. aliter; gr. resp. εἰς διαρπαγήν, ut*: 4, 12 [*ibid.*] infantes eorum [*Vulg. 4, 10* in praedam]. 8, 19 [cod. 151 *et* VVLG.]. *al.***)**. 8, 19 (cod. 130, *sim. al.*) traditi sunt in -am patres nostri **(**[*gr. εἰς διαρπαγήν*]. VVLG. I Esdr. 9, 7 Ezech. 23, 46**)**. 10, 4 (cod. 130, *sim. al.*) conposuit se *Iudith* in -am virorum, quicumque vidissent eam (*gr. εἰς ἀπάτησιν, Vulg. aliter*). Sirach 16, 14 non effugiet ⌊in -am⌋ peccator (in -a [*sic vol. VII 1, 794, 42*], -am, ira, ire penam *var. ll.; gr. ἐν ἁρπάγματι*). Is. 5, 5 (Orig. in Matth. 17, 7 p. 599, 34) *vinea* erit in -am **(**[*gr. εἰς διαρπαγήν, Vulg.* in direptionem]. 10, 2 [Tert. adv. Marc. 4, 27, 7] uti esset illis *legis doctoribus* vidua in -am et pupillus in praedam [*gr. εἰς ἁρπαγήν, Vulg.* ut essent … praeda eorum]. VVLG. Ezech. 34, 22. 28 Hab. 2, 7. *cf.* IV reg. 21, 14 erunt … in -a [-am *var. l.*]**)**. VVLG. Is. 42, 22 *omnes* facti sunt in -am (Ezech. 34, 8. *cf.* IVLIAN. in psalm. 9 praef. quos … praedam sibi -amque faciebant). **B** *in figura etym.* -am (-as) rapere (diripere *l. 31; cf. Hofmann-Szantyr 39; gr. resp. ἁρπάζειν ἅρπαγμα locis* Ezech.; *notio imprimis ad res privatas pertinens augere vid. vim verbi q. e.* rapere): VET. LAT. Ezech. 18, 7 (Cypr. testim. 3, 48) *homo iustus* pignus debitoris reddet et -am non rapiet (Didasc. apost. 14, 5 -a⟨m⟩ non r.; *Vulg.* si … per vim nihil rapuerit). 18, 12 (cod. 175; *cf.* 176, Didasc. apost. 14, 21, VVLG.). 18, 16 (cod. 175. 176; *cf.* Didasc. apost. 14, 35, VVLG.). 18, 18 (Didasc. apost. 15, 7; *Vulg. aliter*). 22, 25 (Gild. Brit. 90 chron. III p. 76, 15) leones … rapientes -as (*Vulg.* leo capiens … praedam). VVLG. Is. 33, 23 dividentur spolia praedarum multarum, claudi diripient -am.

*appendicula stilistica et syntactica (exempla perpauca selecta); accedunt*: **1** *epitheta spectantia ad: locum*: aequorea *p. 89, 2,* alta *p. 89, 72,* provincialis *p. 90, 28. raptorem*: barbarica PAVL. PELL. euch. 423 CORIPP. Ioh. 4, 102 (*cf.* gentium barbararum EDICT. imp. Diocl. praef. 5), hostilis *p. 90, 27* (*cf.* hostium *p. 88, 62*), Iasonia *p. 89, 32. varia*: avida *p. 88, 73. 89, 29 et* SIL. 14, 688, cruenta *p. 90, 10 et* CYPR. Demetr. 12, 2, cupida *p. 89, 20. 28,* foeda *p. 88, 56. 90, 14,* incesta *p. 89, 32,* manifesta *p. 88, 49. 71,* momentosa *p. 90, 65,* sacra *p. 89, 30,* subita *p. 89, 22. 90, 11.* **2** *gen.: subi.: passim, v. p. 88, 66. 89, 4. 20. 28. 68. 69. 90, 28. 75. al. obi. eius, qui (quod) sive rapitur sive (sec. struct. verbi q. e.* rapere *inversam) diripitur: passim, e. g. p. 88, 63. 69. 72. 89, 5. 22. 25. 35. 37. 51. 63. 65. 90, 6. 32. 71. al. epexeget.*: AMBR. hex. 5, 14, 46 venationis.

*deriv.*: rapinatio, rapinator.

**2. rāpīna,** -ae *f.* *a* rapum (rapa), *cf. e. g.* cepina, porrina. [*raet. or.* ravine *'seges raporum'. cf. M.-L. 7055 et Faré, Postille. Schd.*]

*fere i. q. rapum* (*sc. 'Brassica rapa' L.; v. André, Les noms de plantes, 1985, 216*): **1** *de ipsis plantis*: CATO agr. 5, 8 post imbrem autumnum -am, pabulum lupinumque serito (*sing. collect. ut*: 35, 2 -am et coles rapicii unde fiant et raphanum in loco stercorato bene aut in loco crasso serito). ACT. ARV. a. 218 (CIL VI 2104) a 31 lumemulia (*obscurum*) cum -is acceperunt *Arvales.* **2** *de segete raporum vel loco eis consito*: COLVM. 11, 2, 71 (*iuxta* napinae, *v. vol. IX 1, 48, 14*). *Malloch.*

**rapīnātio,** -ōnis *f.* *a* 1. rapina (*cf.* rapinator). *i. q. actio rapiendi, rapina*: AVR. Fronto p. 34, 8 illi *equites* solent ⌊maximas -es facere⌋ (*postea: pastor* metuebat, ne ovis amitteret; ⌊ ⌋ *item* ADNOT. Fronto p. 34, 24).

**rapīnātor,** -ōris *m.* *a* 1. rapina (*cf.* rapinatio). *syllabam* -pi- *corripit* LVCIL. *i. qui rapinam facit, raptor* (*v.* NON. p. 167, 17 -es pro raptoribus [*affertur* VARRO, LVCIL.]; *inde* GLOSS. -is: raptoris**)**: LVCIL. 66 homo inpuratus et inpuno est -r **(***sic Charpin, Krenkel; locum bis affert Non., sc. p. 129, 28* h. inpuratus et inpuno est rapister [*unde* est⟨ne⟩ rapister *Marx*], *p. 167, 19* h. inpudicus et inpune est -r**)**. VARRO Men. 65 in invidiam veniant in hoc ipso -es. *Breimeier.*

※**rapio,** rapuī, raptum, -ere. [*a* *$r_a$p-i̯e/o-; *stirps* *(ə̯$_1$)rep- *'arripere, vellicare' etiam servata est in gr. ἐρέπτομαι, lituan.* ap-rėpti *'capere', alban.* rjep *'exuere'; ad hoc verbum etiam adi.* repēns (*cf.* rapidus) *adiungi posse vid., ut pristinum part. aoristi protoitalici. cf. de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 513sq. Mei.*] *scribitur p. p. p.* rep- *in tit. p. 112, 65; litt. gr.* GLOSS. iurispr. *ἄδετ B* 19 *βι βονορουμ ῥαττορουμ* (*pro ῥαπτ-*). NOT. Tir. 46, 47 -it. 46, 52 -uit. *de formis* (*exemplum est flexionis* PROB. gramm. IV 171, 6. 174, 20; *imperat. fut. pass.* -itor, -iminor, -iuntor *ibid.* 173, 7sq.): *fut.* rapsit *in serm. legis* CIC. leg. 2, 22; *p. p. p. abl. plur. fem.* -tabus GELL. hist. 13. *de notione*: SYNON. Cic. p. 421, 30 dissipat. … partitur. separat. -it *eqs.* GLOSS. -o: ἁρπάζω. ἁρπάζομαι (*resp. idem verbum gr.*: -e: ἅρπαξον. -tus: ἡρπαγμένος. ἁρπαγείς. *al., e. g. p. 97, 18*). -unt: diripiunt. GLOSS.$^L$ I Ansil. TR 81 trahit: -it. *al.; v. etiam p. 109, 6sqq. et multa, quae in commentariis exposuerunt* SERV. (auct.), CLAVD. DON. *aliique, e. g. p. 94, 25. 95, 27sq. 96, 4bis. 32sq. 102, 3sq. 107, 38. legitur inde a* NAEV. (*v. p. 104, 61*), PLAVTO, ENN., TER., CATONE *per totam latinitatem, sed deest e. g.* CAES. (*cf. p. 116, 74*), VITR., COLVM. (*praeter vers. p. 94, 36*). [*val.* răpí, *it.* rapire, *francog.* ravir *'provehere, delectare'. cf. M.-L. 7049 et Faré, Postille. Tiktin-Miron³ III 285. Battisti-Alessio V 3208. Cortelazzo-Zolli² 1320. Wartburg X 62sq. Schd.*] **[***confunditur in codd. c.* capere *e. g. p. 103, 62. 109, 68,* parĕre *vol. X 1, 399, 49sq.,* rabere *p. 12, 28sqq.,* raptare *p. 119, 56sqq.,* rumpere (*sc. maxime p. p. p.* -tus) *in var. ll. falsis e. g.* OV. rem. 598 GERM. 216 LVCAN. 6, 781 (*falso trad.* MART. 7, 47, 8); *in var. l. dub.* HIER. in Is. 10, 30, 27 l. 68 G. -ens flamma (sap- *var. l. praefert ed.*); *loco manco vel corrupto e. g.* SALL. hist. frg. 1, 124 CVLEX 300 OV. Pont. 2, 2, 33 TERT. nat. 1, 7, 27. *ad verbum* interrapere *vol. VII 1 post p. 2264, 2 inserendum pertinere vid.* STAT. Theb. 4, 773 (765) inter … rapit (*per tmesin; v. Watt, Bull. Inst. Class. Stud. 31, 1984, 159*) *una cum* SCHOL. *ad l.* interrapit (-rumpit *perperam Lindenbrog, edd. rec.*).**]**

*significatur fere actio celeriter vel cum vi, impetu quodam capiendi vel trahendi. pro obi. (subi. verbi pass.) poni solet is qui (id quod) capitur sim., sed struct. inversa id (is), cui quid aufertur, p. 104, 40sqq. notio celeritatis, violentiae sim. saepe ex aliis vocibus in contextu pariter elucet; hic illic suspicari licet verbum vel eam vim fere amisisse vel per hyperbolen usurpari, e. g. p. 101, 56. 107, 61. saepissime indicatur, quo vel unde actio -endi fiat vel cui quid adimendo -atur, v. p. 115, 10sqq., ita fere, ut appareat ipsi verbo inesse notionem auferendi sim.; saepe tamen accedit aliud verbum auferendi sim., e. g.: struct. '-ere et auferre' e. g.* agere SEN. dial. 3, 7, 4, auferre CIC. off. 1, 44 PLIN. nat. 36, 105. 37, 61, perducere QVINT. inst. 6, 2, 3, portare NEMES. cyn. 148; *struct. '-tum auferre' e. g.* avehere SIL. 17, 382, auferre VERG. Aen. 6, 428 OV. fast. 5, 699 LIV. 21, 62, 5. *al.*, ferre OV. trist. 3, 10, 18, portare LIV. 1, 15, 2. *graece resp. maxime ἁρπάζειν (cf. δι-αρπάζειν p. 104, 55, ἐξ- p. 95, 64), ceterum e. g. ἀναλαμβάνειν p. 103, 34, ἀπάγειν p. 106, 64, ἀφαιρεῖσθαι p. 115, 12, κλέπτειν p. 96, 53. 113, 21.*

*exempla sic digerenda esse putavimus*:

CAPVT PRIVS: *spectat ad motum localem*:

**I** *motus fit impulsu alieno*:

**A** *usu sollemni pro obi. est, qui (quod) capitur sim.*: **1** *varia exempla: l. 67 (respic. actiones animantium l. 67, quibus -untur e. g. coniugio sociandi, stuprandi sim. p. 94, 16, accusandi vel puniendi p. 94, 66, res p. 95, 42, animalia p. 98, 1; respic. eventus naturales p. 98, 54, raptus, quo quis extra terram ducitur, p. 100, 56).* **2** *accedunt quidam colores, sc. ad se (in se) movendi, arripiendi p. 101, 22, ex periculis sim. liberandi p. 103, 58.*

**B** *struct. inversa pro obi. est, cui quid adimitur sim.: p. 104, 40.*

**II** *motus fit impulsu proprio: p. 104, 59 (respic. motus animantium p. 104, 60, rerum naturalium p. 105, 63).*

CAPVT ALTERVM: *sine respectu motus localis*:

**I** *generatim*:

**A** *indicatur, ad quam rem (personam) actio -endi fiat*: **1** *ad statum, affectum, actionem sim.: p. 106, 26.* **2** ad se, in se *sim.: p. 107, 65.*

**B** *cetera exempla; actio -endi fit*: **1** *celeriter agendo, efficiendo: p. 108, 26.* **2** *sumendo, prehendendo: p. 108, 51 (perceptione p. 108, 52).* **3** *(mentem, animum) occupando, commovendo: p. 110, 29.* **4** *amovendo: p. 111, 39 (c. respectu visus p. 113, 4).*

**II** *speciatim*: **A** *respic. mors: p. 113, 22.* **B** *-untur, qui spasmo affliguntur (t. t. med.): p. 114, 74.*

*appendicula syntactica et stilistica: p. 115, 5.*

*part. praes.* rapiēns *pro subst.* (*et adv.* rapienter), *p. p. p.* raptus *pro subst. vel adi.* (*et adv.* ?raptē) *v. p. 115, 44sqq.* (*adv.* raptim *v. p. 116, 64*).

**CAPVT PRIVS:** *spectat ad motum localem* (*in imag. e. g. p. 93, 8. 68. 97, 57. 101, 47. 102, 59. 104, 70; pro obi. est fere, qui [quod] movetur, sed motus, iter sim. p. 104, 72sqq. 105, 56sqq.*): **I** *motus fit impulsu alieno*: **A** *usu sollemni pro obi. (subi. verbi pass.) est, qui (quod) capitur sim.*: **1** *varia exempla*: **a** *respiciuntur actiones animantium* (*etiam vehiculis, instrumentis utentium*): **α** *-untur homines vel dei eorumve corpora, animae sim.* (*per prosopop. calculus lusorius p. 93, 22, urbs p. 93, 68*): ① *generatim*: Ⓐ *active*: ① *-unt animantes eorumve qualitates; respiciuntur actiones*: ⓐ *hominum vel deorum* (*pauca selecta*): PLAVT. Asin. 868 quin tu illum *maritum tuum ebrium* iubes ancillas -ere sublimem domum? 934 te … uxor ex lustris -it. Men. 999 quo -itis me? quo fertis me? Pseud. 655 (*loq. Harpax*) hostis vivos -ere soleo ex acie, eo hoc nomen mihi est. Rud. 796 (*loq. leno; cf.*

*[Reineke]*

*784* de ara ... deripiam) has *puellas* ... -am. Trin. 680 (*in imag.*) tu obiurgans me a peccatis ⸤-is⸥ (*recc. ex* rapidis) deteriorem in viam. TER. Andr. 861 sq. (*senex lorario*) sublimem intro -e hunc *servum*! ... (862) -e, inquam, ... -e! Phorm. 882 (*loq. servus et adulescens*) ego sum missus, te ut ... adducerem.:: em quin ergo -e me! quid cessas? PACVV. trag. 350 (*obi. subauditur*) agite, ⸤⟨ic⟩ite⸥, volvite, -ite, coma tractate *eqs.* (⸤ ⸥ *Leo, alii alia*). CIC. Verr. II 4, 76 *Segestanorum* optimum quemque ... circum omnia provinciae fora -bat. de orat. 2, 162 (*in imag.*) illuc eum *discipulum* -am, ... unde universum flumen erumpat (*i. ad Aristotelem*). VERG. Aen. 2, 675 (*Creusa Aeneae*) si periturus abis, et nos -e in omnia tecum! 9, 398 *Euryalum* iam manus omnis *hostium* ... -it. CIRIS 393 cupidas secum -ens Galatea sorores. HOR. sat. 2, 6, 23 Matutine pater, ... Iane ..., Romae sponsorem me -is (*i. primo mane ad spondendum vocor*). OV. met. 3, 694 praecipitem, famuli, -ite hunc. LIV. 10, 20, 13 *ducem Samnitium* captum ad consulem Romanum -unt *milites.* SEN. Tro. 414 (*loq. Andromacha*) cum ferus *Achilles* curru incito ⸤mea⸥ membra -ret (⸤ ⸥ *i. Hectoris mariti*). QVINT. decl. 379, 3 quemadmodum *inimicum occido*? -o de publico? TAC. hist. 1, 26, 1 ut *milites* ... Othonem ⸤-turi fuerint⸥, ni *eqs.* (⸤ ⸥ *sc. ut imperatorem salutarent; sim.* 1, 27, 2. 1, 29, 1 in castra. *ibid. iterum*). IVLIAN. dig. 22, 3, 20 si quis liberum hominem vi -uerit. VET. LAT. act. 8, 39 (cod. 51. 57 = VVLG., *sim. al.*) spiritus domini -uit Philippum (*gr.* ἥρπασεν). *al.* *per prosopop. -it calculus in lusu latrunculorum adhibitus*: LAVS Pis. 198 ille petentem dum fugit, ipse -it. ⓑ *animalium* (*mentis quasi animalis hominem trahentis, sc. in imag., l. 30; aliter p. 101, 73*): OV. am. 2, 9, 29 ut -it in praeceps dominum ... equus. Ib. 338 (*antea l. 62*) sic ... ultores -ant turpe cadaver *tuum* equi. 535 per ... feros montes tauro -ente traharis. SEN. Phaedr. 1206 (*antea p. 103, 6*) nunc adeste, saeva ponti monstra ..., meque ... -ite in altos gurgites. Phoen. 424 (*loq. Iocaste*) quae *me* per altas aeris -et vias Harpyia ... (426) et inter acies proiciet -tam duas (*sc. ut proelium impediam*)? dial. 9, 17, 11 oportet ... *mens* mordeat frenos et rectorem -at suum *eqs.* VAL. FL. 7, 120 SIL. 9, 657. 15, 729. MART. 12, 14, 1 (*absol.; fort. simul ad p. 97, 26 sqq.*) parcius utaris, moneo, -ente veredo. LACT. mort. pers. 16, 9 (*in imag. sec. Matth. 7, 15*) *militem Christi* nullus lupus de castris caelestibus -at.

② *-unt res*: ⓐ *vehicula sim. vel instrumenta* (*cf. p. 97, 5*): CINNA carm. frg. 9 me ... per salicta bigis raeda -it citata nanis. ELEG. in Maecen. 1, 7 illa *ratis Charonis* -it iuvenes. OCTAVIA 623 Ixionis ... membra -entem rotam. SIL. 14, 323 (*homines -it machina bellica*). STAT. Theb. 2, 724 te, *Pallas,* biiugo temone ... volucer -it axis equarum. ⓑ *motus, cursus, via sim.*: LIV. 4, 33, 12 *fugientium* agmen fertur per castra in urbem; eādem et Romanos sequentes *impetus* -it (STAT. Theb. 12, 794). FLOR. epit. 3, 11, 10 reliquiae ... exercitus, quo quemque -uit fuga *eqs.* PAVL. NOL. carm. 17, 71 (*amico profecturo*) vias illas licet oderimus, quae -unt te. *al.* ⓒ *variae causae*: OV. met. 9, 121 quo te fiducia ... vana pedum, violente, -it? (*item -unt affectus*: LIV. 5, 6, 3 venandi studium ... homines ... in montes silvasque -it. SIL. 2, 232 si cunctos metus acer in urbem ... -it). VAL. FL. 1, 380 te ... Thessalicae, Nestor, -it in freta puppis *fama* (AVG. civ. 8, 4 p. 325, 5. DRAC. Romul. 10, 319 f. ducem -bat in enses). STAT. silv. 4, 6, 3 -uit me cena benigni Vindicis. PRVD. psych. 378 vos ... crapula turpis Luxuriae ad madidum -it inportuna lupanar. *al.*

Ⓑ *passive*: ① *indicatur, quo vel unde vel qua via quis -atur* (*exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Men. 995 (*senex servis*) iam *sublimem* (-men *var. l.*) -tum oportuit (OV. met. 7, 222 *Medea* sublimis -itur. *cf.* TAC. hist. 4, 30, 2 machinamentum, quo repente demisso ... *obsidentes* sublime -ti ... intra castra effundebantur. *sim.* STAT. Theb. 6, 895 in excelsum). RHET. Her. 4, 39, 51 *urbe capta* qui possunt ... laborem ferre, -untur in servitutem. CIC. rep. 2, 7 qui incolunt eas urbes *maritimas,* ... volucri semper spe ... -untur a domo longius. NEP. Eum. 6, 2 *si mater Alexandri* aliqua cupiditate -retur (cup- *var. l.*) in Macedoniam. HOR. sat. 1, 5, 86 hinc -imur ... *tot* milia raedis. OV. fast. 6, 136 cunis corpora *puerorum* -ta suis. Ib. 332 ut ... Eurydamas ter circum busta Thrasylli est Larisaeis -tus ab hoste rotis ..., sic *eqs.* (*postea l. 25*). LVCAN. 1, 678 (*clamat femina*) quo feror, o Paean? qua me super aethera -tam constituis terra? SIL. 2, 172 per aequora curru. STAT. Theb. 2, 459 *viros* coniugibus natisque infanda ad proelia -tos. QVINT. decl. 340, 11 *puero* -to ex aliquo litore. IVV. 8, 147 *consul* praeter maiorum ... ossa volucri carpento -itur. TAC. hist. 4, 72, 1 (*in imag.*) *Cremonam* e gremio Italiae -tam esse. SVET. Otho 7, 1 quasi -tus de publico et suscipere imperium vi coactus *eqs.* *al., e. g.* CE 686 (= CIL VI 31992), 10 (*a. 427*) *Floridus* mox -tus ⸤Romae⸥ regimen sus⟨cepit ...⟩ (⸤ ⸥ *potius dat. quam locat., i. Romam reliquit; cf. Alföldy, CIL VI 8, 3 p. 4801*). ② *cetera exempla* (*selecta inde a* LIV.): CIC. de orat. 2, 283 (*facete dictum C. Memmii; antea*: cum funus ... duceretur) vide ..., Scaure, mortuus -itur, si potes esse possessor. LVCR. 2, 275 (*272* cum inpulsi procedimus ictu) tum materiem totius corporis omnem perspicuumst nobis invitis ire -ique, donec eam refrenavit ... voluntas (*eodem contextu*: 2, 279 quamquam vis extera multos ... invitos cogat procedere saepe praecipitesque -i). OV. am. 2, 1, 32 -tus ... Haemoniis flebilis *Hector* equis (trist. 4, 3, 30 Hectora Thessalico ... ⸤ab axe⸥ -i [trahi *var. l.*; ⸤ ⸥ *indicatur potius instr. quam locus, cf. De Jonge, comm. 1951, ad l.*]. 5, 4, 11 H. -to [cap-, trac- *var. ll.*]). epist. 14, 83 -tam ... capillis ... *me* carcer habet. fast. 6, 744 exciderat curru lorisque morantibus artus Hippolytus ... -tus erat (*idem -itur* SEN. Phaedr. 1098). LIV. 39, 13, 13 *in Bacchanalibus* -tos a diis homines dici, quos machinae ... in abditos specus abripiant. SEN. epist. 82, 3 *is,* qui -itur unco (*i. gladiator occisus*). PLIN. nat. 35, 140 *Ctesicles pictor tabulam* in portu Ephesi proposuit, ipse velis -tus. SIL. 1, 434 Hannibal ... furit ..., quantus ... *Mars* belligero -itur curru. STAT. Theb. 2, 615 *mulier* -ta repente *Bacchantium* choris *filium peperit.* TAC. ann. 2, 39, 1 fraude aut vi -tum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos. *al.*

Ⅱ *speciatim -untur*: Ⓐ *coniugio sociandi, stuprandi, prostituendi* (*respicitur abductio puellarum, feminarum, puerorum fere ab eis effecta, quibus sociandi sunt [aliter e. g. l. 43. 46]; disting. ab actione stuprandi e. g. -ere* ad stuprum *l. 49. 55. al., sed hic illic dubitare possis, utrum vigeat notio abducendi an respiciatur sola actio vitiandi, cf. l. 57 sqq. et explicationes e. g. l. 32. p. 96, 64; per meton. pro obi. sunt coniugia sim. l. 33. 37*): ① *in fabulis notis*: PLAVT. Men. 144 *an* vidisti tabulam pictam ..., ubi aquila Catameitum -ret aut ubi Venus Adoneum? (*item de Ganymede*: CIC. Tusc. 1, 65 G. ab dis -tum ait propter formam *Homerus* [*cf. Y 234* ἀνηρείψαντο θεοί]. VERG. Aen. 1, 28 -ti G. honores [SERV. stuprati]. 5, 255 quem ... sublimem pedibus -uit *aquila* ... uncis. HOR. carm. 3, 20, 16 -tus ab Ida [*masc. pro subst.*]. OV. met. 11, 756. *al., e. g.* AVG. civ. 18, 13 p. 273, 1 ad stuprum). GELL. hist. 13 (*p. p. p. fem. pro subst.*) multitudo puerorum iam erat ex -tabus (*i. Sabinis, ut*: 15 [*precatio Hersiliae*] uti *Romani* nos itidem integras -rent, unde liberos ... pararent. CIC. rep. 2, 12 S. ... virgines -i iussit *Romulus. al.* VARRO ling. 6, 20. VERG. Aen. 8, 635 -tas sine more S. [SERV. auct. stupratas, id est per vim]. *et saepe, e. g.* AVG. civ. 3, 13 p. 111, 3 ut ea *coniugia* dolo -rent). CIC. Verr. II 4, 106 -tam esse Liberam, quam eandem *Proserpinam* vocant, ex Hennensium nemore (*de eadem*: OV. met. 5, 416 roganda, non -enda fuit. *al.* LIV. 24, 39, 8 SEN. Med. 12 COLVM. 10, 271. *al.; cf.* STAT. Theb. 8, 62 [*loq. Pluto*] Siculo -ui conubia campo). LVCR. 1, 464 (*de Helena ut*: OV. epist. 5, 97 patriae praeponere -tam [*sc. te Paridem*]. 5, 132. *al.*). HOR. carm. 2, 4, 8 arsit Atrides medio in triumpho virgine -ta (*i. Cassandra, ut*: PROP. 4, 1, 117 OV. met. 14, 468). PROP. 1, 20, 48 sonitum -to corpore fecit *Hylas*, *sc. a Nymphis in fontem tractus* (*de eodem*: OV. ars 2, 110 Naiadum ... crimine -tus. SEN. Med. 649. *al.*). *et saepe.* ② *cetera exempla* (*selecta post* CATVLL.): TER. Ad. 628 egomet -ui ipse, egomet solvi argentum, ad me abductast domum *puella fratris mei.* PORC. LIC. carm. frg. 3, 5 *Terentius* crebro in Albanum -itur ob florem aetatis suae (*haec trad., v. tamen app. crit.*). CIC. Planc. 30 -tam esse mimulam. CATVLL. 61, 3 qui -is teneram ad virum *virginem*, o Hymenaee Hymen ([*in ritu nuptiarum; cf. l. 50*]. SALL. Catil. 51, 9 [*inter saevitias belli*] -i virgines, pueros, divelli liberos a parentum complexu *eqs.* hist. frg. 3, 98[B] -ere ad stuprum virg⟨i⟩nes matr⟨ona⟩sque. LIV. 4, 9, 7 ex domo matris. FEST. p. 289 -i simulatur virgo ex gremio matris ..., cum ad virum trahitur. SEN. contr. 2, 3, 2. *al.* CALP. decl. 41 -uit quidam virginem et ephebo ... tradidit stuprandam. *al.; cf. l. 39*). OV. epist. 20, 37 per gladios alii placitas -uere *puellas* (MANIL. 5, 472 in amore. *v. etiam vol. X 2, 2508, 37 sqq.*). LIV. 3, 50, 6 cum *Verginius filiam* velut servam ad stuprum -i videret. SEN. contr. 1, 2, 7 ita domi custodita est, ut -i posset. SEN. Phoen. 573 *matres* ... ab ipso coniugum -tas sinu (AMM. 31, 6, 7). *al.* *evanescente notione abductionis significari vid. per* εὐφημισμόν *actio vitiandi* (*saepe in decl.; pauca selecta hic retinere maluimus quam ad cap. alterum referre; cf. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 175*): VARRO Men. 192 *v. p. 122, 56.* SEN. contr. 1, 5 them. una nocte quidam duas -uit; altera mortem optat, altera nuptias. 7, 8, 5 -ui, vitiavi. *et saepe.* QVINT. decl. 247 them. adulescens locuples -uit. 309, 16 non -ui, non hi mores sunt mei. *et saepe.* CALP. decl. 16 quid dicam, '-uit' an 'duxit'? 43 quidam -uit et in raptu a puella excaecatus est. *al., e. g.* ISID. *p. 121, 64.*

Ⓑ *accusandi vel puniendi* (*per prosopop. p. 95, 3. 17*): ① *indicatur, quo quis -atur, sc.*: ⓐ *ad iudicem vel ad iudicium sim.* (*cf. p. 101, 7*): PLAVT. Aul. 759 te *ad praetorem* -am et tibi scribam dicam ([*i.* δίκην]. Curc. 723 ego te in nervo⟨m⟩, haud ad p. hinc -am, ni argentum refers). Poen. 1336 bonum virum eccum video ...; -amus *in ius* (Rud. 859 HOR. sat. 1, 9, 77. 2, 3, 72. LIV. 1, 26, 5 -tus *est* in i. [intus *var. l.*] ad regem. *al.*). CIC. Rab. Post. 18 -entur homines *in haec iudicia* ex omni ... sermone malivolorum, nisi cavetis (AMM. 16, 8, 2). LIV. 40, 15, 11 e convivio ... -tus sum ad causam parricidii dicendam. *al.* ⓑ *ad carnificem sim., ad locum supplicii vel ad ipsum supplicium*: PLAVT.

*[Reineke]*

Bacch. 688 ubi me aspiciet, ad carnuficem -et continuo senex (Poen. 369 quadrigis cursim ad c. -i. *item ad hominem*: CIC. Tusc. 5, 13 cum … virtutes -antur ad tortorem). Curc. 723 (*v. p. 94, 69*) in nervo⟨m⟩ (Rud. 876). Mil. 1394 (*senex servis*) ducite istum *militem*; si non sequitur, -ite sublimem (-men *var. l.*) foras, … discindite. CIC. Verr. II 1, 7 -unt eum *Verrem* ad supplicium di patrii (Mil. 80 de orat. 2, 238. QVINT. decl. 321, 30 non continuo strictis faucibus -endus ad s. veneficus videretur, qui *eqs.*? CYPR. mortal. 15. *al.*). 5, 138 navium praefectos … de complexu parentum suorum … ad mortem cruciatumque -uisti (Catil. 1, 27 [*loq. patria*] M. Tulli, … nonne hunc … ad m. -i … imperabis? LIV. 23, 10, 7 vinctus ad m. -or. AMM. 18, 4, 6. *al.*). Flacc. 5 ad poenam (SVET. Claud. 10, 2. *al.* COD. Theod. 1, 16, 11 ad ultimam p. *al.*). *al.* LIV. 3, 56, 8 in vincula (TAC. ann. 16, 18, 3 PRVD. c. Symm. 2, 695. *cf.* ham. 429 ad v.). 23, 10, 9 (*antea l. 11*) *Campano cuidam* obvolutum caput est ociusque -i extra portam iussus; ita in castra *Hannibalis* perducitur *eqs.* *al.*

② *cetera exempla* (*selecta*): CIC. rep. 3, 27 *si* bonus ille vir vexetur, -atur, … effodiantur oculi *eqs.* Tusc. 5, 81 *virtutes* eam *vitam beatam* secum … -ent, ad quemcumque ipsae dolorem cruciatumque ducentur. SEN. dial. 5, 40, 3 fregerat *servus* … crustallinum; -i eum Vedius iussit *murenisque obici* (*postea* 5, 40, 4 [*Caesar Vedio*] e convivio -i homines imperas *eqs.*?). 12, 2, 5 -tum me audisti, *sc. in exilium mittendum.* MART. 5, 84, 4 -tus e popina aedilem rogat udus aleator. PRVD. perist. 3, 97 -e praecipitem *Eulaliam,* lictor, et obrue suppliciis. *al.*

Ⓒ *milites, sc. ad pugnam, in hostes ducendi* (*adiecimus* classem *l. 25sq.; cf. p. 98, 46; exempla selecta inde a* LIV.): CIC. Manil. 21 classem magnam …, quae … ad Italiam … -retur (LVCAN. 9, 165 in undas. 9, 220). VERG. Aen. 7, 725 *socius* Turno … mille -it populos ([SERV. raptim adducit. CLAVD. DON. congesserat]. COMM. apol. 982). 10, 178 *dux* mille -it densos acie atque horrentibus hastis ([SERV. raptim ducit]. *cf.* 10, 308 *Turnus* -it acer totam aciem in Teucros). 12, 450 *Aeneas* volat campoque atrum -it agmen aperto ([SERV. auct. quidam … 'a.' iter accipiunt, '-it' autem festinat]. LIV. 3, 23, 3 *dux* ⌊citatum a.⌋ Tusculum -it [*item*: 23, 36, 3 praeter Capuam. 25, 35, 1 ad Hasdrubalem]. LVCAN. 4, 717 furtim. *al.* SIL. 1, 129 iugis. 7, 116 volucri -it agmina cursu. *al.; cf.* agmine -ere *l. 37bis*). LIV. 2, 20, 7 imperator … manipulos aliquot in primam aciem secum -it. SIL. 8, 510 Paelignus … -it Sulmone cohortes (TAC. ann. 4, 25, 1 cito agmine. 12, 31, 2 citas c.). 10, 104 -it agmine (-na *pars edd.*) natos … parens ultro in certamina. STAT. Theb. 4, 248 catervas. TAC. hist. 3, 6, 1 Antonio … partem equitum ad invadendam Italiam -enti. PLIN. paneg. 14, 3 per hoc omne spatium cum legiones duceres seu potius – tanta velocitas erat – -res. *al.*

**β** *-untur res* (*partes corporis abscisae p. 97, 39sqq.*): ① *quae in possessionem sumuntur* (*sc. saepe avare, iniuste, cum damno alterius; indicatur, cui vel unde quid -atur, l. 55sqq. 59. 62sqq. p. 96, 3. 14sqq. 41. al.*): Ⓐ *c. obi. (etiam subaudiendo) vel passive*: ① *varia exempla* (*pauca selecta*): PLAVT. Asin. 321 -ere cupio publicum. Cas. 721 qui (*i. quomodo*) … hi *servi* sunt sentes? quia, quod tetigere, ilico -unt. Men. 193 meretrix tantisper blanditur, dum illud, quod -at, videt. Merc. 45 leno … vi summa, ut quicque poterat, -bat ⌊domum⌋ (*acc. directionis*). CATO orat. 175 (*loco lacunoso*) ut bona -ant. CIC. Verr. II 1, 60 *Verres* solet haec, quae -uit et furatus est, non numquam dicere se emisse. 3, 29 -bat et asportabat, quantum a quoque volebat, Apronius *decumanus.* Phil. 2, 62 *Antonio* erat vivendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum -ere potuisset. nat. deor. 2, 157 si quae bestiae furantur aliquid … aut -unt. CATVLL. 59, 3 *feminam* in sepulcretis vidistis ipso -ere de rogo cenam (*cf.* OV. Ib. 234 *pannos* a male deserto … rogo. LVCAN. 6, 534 cineres … e mediis -it illa *maga* rogis). SALL. Catil. 11, 6 insuevit exercitus *Romanus* … vasa caelata mirari, ea privatim et publice -ere. HOR. epist. 1, 17, 56 meretricis … saepe catellam, saepe perisceliden -tam sibi flentis. TIB. 2, 4, 23 -am suspensa sacris insignia fanis. OV. epist. 12, 156 serta … compositis demere -ta comis. met. 13, 337 signum … Minervae hostibus e mediis. LIV. 2, 35, 1 (*hyperbolice*) peregrinum frumentum … ab ore *sibi plebeis* -i (*cf.* RVFIN. hist. 3, 6, 5 matres cibos de parvulorum suorum manibus atque ore -bant [*gr.* ἐξήρπαζον ἐξ]). 21, 62, 5 (*inter omina*) lupum vigili gladium ex vagina -tum abstulisse. 29, 9, 2 -to poculo argenteo ex oppidani domo *miles fugit.* SEN. contr. exc. 6, 3, 3 multa de patrimonio -uit … ancillae impudentia. SEN. Herc. f. 258 (*Amphitruo narrat*) vidi regium capiti decus (*i. coronam*) cum capite -tum. epist. 120, 21 *quivis homo* nunc pecuniam spargit, nunc -it. LVCAN. 3, 345 *obsessi* parati *sumus* undarum -tos aversis fontibus haustus quaerere. PETRON. 12, 2 -tum latrocinio pallium. PLIN. nat. 7, 10 *grypes eruunt* ex cuniculis aurum, mira cupiditate … et feris custodientibus et Arimaspis -entibus. 23, 9 omnia … ea (*sc. odorata*) aviditas humani ingenii nobilitavit -ere festinando. TAC. ann. 13, 25, 1 Nero … *urbem* pererrabat comitantibus, qui -rent venditioni exposita. APVL. apol. 91, 5 id … mihi vitio dederunt, talem uxorem causa avaritiae concupisse atque … dotem … uberem -uisse (*respic. 67, 4* d. … extorsisse). *et saepissime.* ② *c. obi. (selectis), quibus significantur praedae, spolia, opes sim.*: VERG. georg. 3, 32 duo -ta manu diverso ex hoste tropaea ([SERV. raptim et sine labore quaesita. SERV. auct. dicendo '-ta' celeritatem victoriae ostendit]. DRAC. Romul. 5, 123). Aen. 1, 528 -tas ad litora vertere praedas (LIV. 1, 15, 2 ex agris. 3, 8, 8 ex proximis locis. *al.* PETRON. 114, 14. TAC. ann. 2, 7, 2 modicam p. et Arpi principis … coniugem filiamque. IVVENC. 2, 349 *publicani* -unt alieno, *i. fisci,* nomine praedam. *cf. p. 101, 66. 104, 5*). 10, 14 adveniet iustum pugnae … tempus …, tum res -uisse licebit ([SERV. auct. veteres laedere 'r. -ere' dicebant. CLAVD. DON. p. 292, 2 aliena diripere]. PLIN. nat. 22, 5. GAIVS inst. 3, 209 r. alienas. ARNOB. nat. 2, 67 p. 145, 8. SERV. Aen. 10, 14 [*bis*]. *al.*). 10, 449 spoliis … -tis … opimis (10, 774 praedonis corpore. VAL. MAX. 3, 1, 1 SEN. Ag. 848. Tro. 26 s. populator -it Dardania. PLIN. nat. 7, 114 s. ex tertia orbis parte -tum. *al.; cf.* STAT. Theb. 10, 27 -tis … opimis). 10, 462 (*loq. Pallas*) *Turnus* cernat semineci sibi me -ere arma cruenta (LIV. 39, 54, 3 ex agris. SIL. 1, 618 ducibus. STAT. Theb. 7, 647). SEN. Med. 483 ex opibus illis, quas procul -tas Scythae … agunt (benef. 3, 33, 2 belli iure. OCTAVIA 434 LVCAN. 7, 746. AMM. 17, 4, 3 exinde. 17, 12, 6 o. barbaras urendo -endoque). benef. 4, 28, 5 sua repetunt etiam, qui aliena -uerunt (TERT. idol. 1, 3 si quis alienum -at. LACT. inst. 6, 9, 4 a. capiendo et -endo. AMM. 18, 10, 2 aviditate -endi a. *al.*). VET. LAT. Ezech. 18, 7 (Cypr. testim. 3, 48) rapinam (*al. in eodem cap., v. p. 91, 25sqq.*).

Ⓑ *absolute* (*in serie e. g. l. 26sq. 35sqq. 46sq.; exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Epid. 12 minus iam furtificus sum quam antehac: … -o propalam. Pseud. 138 qui *servi* haec habent consilia: ubi data occasiost, -e clepe tene harpaga bibe es fuge. Trin. 289 -e trahe fuge late! Truc. 168 (*ironice*) -ere otiose oportuit (*sc. mihi; queritur amator ut*: MART. 11, 49, 2 tanta calliditate -is [*antea*: me … despolies]. *cf. p. 95, 48*). VARRO Men. 342 postquam avida libido -ere ac ⌊comedere⌋ coepit (⌊ ⌋ *Roeper,* concedere *trad., alii aliter em.*). CIC. Phil. 5, 24 *Antonium* semper -entem, semper ebrium. or. frg. A 16, 1 ut -at, ut latrocinetur (*locum affert* Schol. Cic. Bob. p. 91, 31, *v. vol. VII 2, 1018, 64sq.*). rep. 4, 3 *Spartae* -ere … pueri et clepere discunt. PVBLIL. sent. R 13 -ere est, non petere, quicquid invito auferas. SALL. Catil. 11, 4 -ere omnes, trahere domum alius, alius agros cupere *eqs.* 12, 2 *iuvenes* -ere, consumere, sua parvi pendere, aliena cupere *eqs.* Iug. 41, 5 coepere … sibi quisque ducere trahere -ere. or. Lep. 20 vostrā socordiā, ⌊qua -tum ire⌋ licet (*sc. Sullae*; ⌊ ⌋ *Madvig,* quam … iri *cod.*). HOR. epist. 1, 17, 45 distat, sumasne pudenter an -as (*sc. patrono*). LIV. 29, 17, 15 omnes -unt, spoliant, verberant, volnerant, occidunt. SEN. benef. 7, 27, 2 hic ex privato, hic ex publico … -it. *ibid.* quaeris inter -entes referentem. dial. 5, 33, 1 propter hanc *pecuniam* reges saeviunt -untque (rab- *coni. Cornelissen*). 10, 10, 4 avare. CVRT. 4, 11, 9 quam … expeditius manus nostrae -unt quam continent! MART. 8, 44, 9 -e, congere, aufer, posside! FRONTIN. strat. 4, 1, 9 (*dux militi*) ne speciem quidem -turi praebeas volo (*antea*: rapinam). TAC. Agr. 30, 4 *Romani* auferre trucidare -ere falsis nominibus imperium … appellant (*antea*: raptores orbis). hist. 2, 56, 1 Vitelliani spoliare, -ere, vi et stupris polluere. GAIVS dig. 47, 8, 5 non prodest ei, qui vi -uit, ad evitandam poenam, si ante iudicium restituat ⌊rem, quam -uit⌋ ([*ad l. 9sqq.*]. VLP. dig. 47, 8, 2, 10 Iulianus scribit eum, qui vi -it, furem esse improbiorem. *al.*). APVL. met. 4, 11, 5 manui *latronis,* quae -ere et iugulare sola posset. VET. LAT. prov. 30, 9 (Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 38, 1) ne … pauper -am (*gr.* κλέψω, *Vulg.* furer). *al.* *gen. gerund.* -endi: CIC. Phil. 4, 9 spes -endi atque praedandi obcaecat animos eorum. off. 1, 44 cupiditas … -endi et auferendi per iniuriam (AMM. 31, 15, 13). LIV. 38, 27, 7 avidissima -endi gens. TAC. hist. 3, 19, 2 licentiam. EDICT. imp. Diocl. praef. 10 L. effrenata livido (*i.* lib-). FIRM. math. 4 prooem. 3 perfidis hominibus … -endi, immo potius latrocinandi potestate permissa. *al.*

cett.; v. Zwierlein, Krit. Komm., 1986, 212sq.*]. LVCAN. 5, 403 STAT. Theb. 5, 591 CLAVD. 18, 375. *cf. p. 106, 17sq.*). LVCAN. 3, 116 Metellus ... -it gressus. VAL. FL. 5, 271 -it ... fugam ... Perses. SIL. 3, 156 iter liquidum volucri -ente carina. 7, 622 vestigia retro dum -it *miles in proelio.* FRONTIN. strat. 1, 4, 8 *Pompeius* repente impetu facto transitum -uit. AVIAN. fab. 41, 9 -ente volumina gyro (*i. rota figulari*). **β** *ipsum hominem*: CIC. Catil. 1, 25 ibis tandem aliquando, quo te iam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa -bat. HOR. carm. 3, 11, 49 *v. p. 99, 21.* VAL. FL. 5, 303 (*in imag.*) *Iasonem* varios incerta per aestus mens -it undantem curis. **γ** *corpus ipsius -entis partemve eius*: VERG. georg. 2, 153 *in Italia* tigres absunt ... nec -it immensos orbis per humum ... anguis (*sim.* VAL. FL. 2, 502 passos ... sinus -it ardua cervix *monstri*). SEN. Med. 380 (*nutrix Medeae*) celerem quo -is tectis pedem? VAL. FL. 5, 244 membra toris -it ille tremens (SIL. 2, 248 pernici velox cursu -it incita m. et *fugit.* AVSON. 2, 1 [151 S.], 19 -e m. ... lecto). STAT. Theb. 5, 545 genua. **δ** *loca percurrenda* (*cf. l. 40. p. 106, 19*): LVCAN. 4, 151 -uit ... ruens in proelia miles, quod fugiens timuisset, iter. PERS. 5, 142 nihil obstat, quin trabe vasta Aegaeum -as (*cf.* CARM. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 133, 25 -ere maria). SIL. 3, 309 *Africani quidam* campum ... volatu cum -uere, pedum frustra vestigia quaeras (STAT. Theb. 5, 3 acrior ... c. sonipes -it). 9, 33 dux sibi quisque viam -ito ([cap-, sap- *var. ll.*]. Ps. SIL. 8, 181 [*fort. aet. rec.*]). 9, 218 fossarum -uere moras (*per breviloq., i. iter per fossas morantes; v. Spaltenstein, comm. 1990, ad l.*). STAT. Theb. 5, 655 *Lycurgus* longo -it arva morantia passu (12, 220).

**c** *intrans., sc. in serie* (*imperat. praeter* VERG.): VERG. Aen. 4, 581 *socii Aeneae Carthagine proficiscentes* -untque ruuntque, litora deseruere (*vix recte* SERV. auct. num ancoras?). SIL. 16, 86 (*Scipio suos adhortatur*) in dextera cetera nobis vota, viri, -ite ite precor (*sunt qui* vota ... -ite *iungentes locum ad p. 108, 27sqq. trahant*). TRAG. inc. 218 (*aet. inc.*) -ite agite ruite, celeripedes (*an trans.? cf. p. 93, 6*). CARM. Fortun. gramm. VI 286, 13 -ite agite, proceres, -ite, [o] iuvenum decus.

**2** *mediopassive* (*sensu pass. intelleximus locos, ubi accedit abl. instr. vehiculum sim. indicans; v. p. 93, 52sqq.*): **a** *c. indicatione loci: quo quis -itur*: CIC. fam. 12, 25, 3 iratus temporibus in Graeciam ... -bar, cum me etesiae ... prosequi noluerunt. EPICED. Drusi 317 (*viduae maerenti*) quo -eris ... similis ... furenti? quo ruis? (SIL. 12, 195 *Hannibal,* sta! q. -eris? ... Marcellus proelia posco. PASS. Mar. Iac. 11, 5 [*adv. rel.*] q. cum ... -remur *eqs. cf.* SEN. Med. 851 quonam ... *Medea* praeceps amore saevo -itur?). STAT. Theb. 12, 225 velut ... -itur Simoentis ad amnem dux vesana chori. AVIEN. Arat. 66 Musa ut Cecropios -retur ... agros. *al. unde vel ubi quis -itur*: OV. epist. 13, 9 (*Laodamia Protesilao*) -tus es hinc praeceps et, qui tua vela vocaret ..., ventus erat. LVCAN. 1, 676 qualis vertice Pindi *Maenas* ... decurrit ..., talis ... -itur matrona per urbem (VAL. FL. 2, 273. STAT. Theb. 8, 481 p. milia *hostium.* silv. 1, 2, 40 Cyaneos ... p. aestus. CYPR. epist. 65, 2, 2 [*in imag.*] p. praeceps et abruptum criminum suorum ... errore). VAL. FL. 5, 331 Medea ... -ta toris (*de eadem*: DRAC. Romul. 10, 360 stratis -itur). **b** *sine indicatione loci*: OV. fast. 4, 457 *Ceres filia amissa* mentis inops -itur, quales audire solemus ... maenadas ire. MANIL. 5, 548 virginis ... vivae *Andromedae* -itur sine funere funus. SIL. 4, 600 *vis elephantorum* vadis -itur praeceps ceu proruta cautes avulsi montis. 17, 616 *post cladem Hannibal* -itur ... et altos ... petit retro montes. STAT. silv. 1, 1, 20 *equus Martis non* tardo -tus prope flumina cursu. APVL. met. 5, 25, 1 remigio plumae -tum maritum *Amorem* (*5, 24, 5* pinnis in altum se proripuit). TRAG. inc. 237 (*an fictum metri illustrandi causa?*) agilis sonipes -itur celeri sonitu trepidans.

**3** *passive, sc. ab aliquo -itur iter, motus sim.* (*cf.* *1ba, δ et p. 106, 17 sq.*): OV. epist. 19, 74 (*Hero Leandro*) tam bona *nox* cur periit nec tibi (*dat. auct.*) -ta viast? (cap- *var. l., ut*: SEN. Ag. 154 [*in imag.*] -enda rebus in malis praeceps v. est). LVCAN. 6, 121 *Pompeius* -tum nocte furto ... dedignatur iter (SIL. 4, 63 per Celtas. 12, 472. *cf. p. 95, 31*). SIL. 10, 470 dum -ta volucri[s] transigeret cursu sonipes certamina campi. STAT. Theb. 3, 464 -tos ... gradus.

**B** *rerum naturalium*: **1** *mediopassive; -untur*: **a** *flumina, freta sim.* (*v. etiam p. 99, 51 et cf. nonnulla sub 2*): VARRO Men. 75 *v. vol. X 2, 462, 70.* LIV. 28, 6, 10 fretum ... Euripi ... velut monte praecipiti devolutus torrens -itur (VAL. FL. 4, 695 ⟨e⟩ mediis sequitur f. -ta ruinis *navis.* SIL. 14, 146 [*in compar. de pugnatoribus*] *non* fervet maiore f. -iturque tumultu). SEN. Herc. f. 714 tumultu -itur ingenti ferox ... Acheron. nat. 3, 10, 2 cum ... quaedam *flumina* ... concitata -antur. 6, 20, 3. LVCAN. 6, 372 it gurgite -to Apidanos *fluvius.* *al.*
**b** *stellae, ignes caelestes sim.* (*cf. p. 106, 23; vix huc p. 112, 43*): AETNA 235[b] *signorum caeli* sex cum nocte -i, totidem cum luce referri. GERM. 328 primus in obliquum -itur sub pectore Tauri Orion. frg. 2, 2 ⟨h⟩ac *via Solis* -itur Phoebe. SEN. nat. 1, 14, 5 *ignis* velociter -itur (*antea*: praeceps impellitur). 7, 20, 1 videmus ... faces cum igne vasto -i. MART. CAP. 8, 854



Sol ... Lunaque cursu continuo -untur. **c** *venti, aer sim.*: SEN. nat. 1, 2, 7 ille *aer,* qui -itur et currit (*antea opp.* manet). 5, 8, 3 cum ipse *sol* processit, alia (*i. quaedam partes aeris*) superius -untur, alia diffunduntur tepore. 7, 5, 2 turbo omni nube velocius -itur. PLIN. nat. 2, 104 stare pugnae *naturae non* licet, sed adsidue -ta convolvitur (*postea*: ventorum ... regnum). FLOR. epit. 2, 6, 9 (*in imag.*) ubi semel se in Hispania movit ... Punici belli vis atque tempestas ..., statim quodam impetu -ta medias perfregit Alpes. **d** *varia*: SEN. Thy. 168 *Tantalo manus porrigente* totus in arduum autumnus -itur silvaque mobilis (*i. poma et rami*). STAT. Theb. 5, 597 *post ictum serpentis est* -ta cutis (PS. AVG. serm. ed. Mai 75, 4 -tis in intimum c. [*sc. loco oculorum caeci*]. *sim. -itur materia corporis* [*cf. l. 22*]: CAEL. AVR. acut. 1, 17, 179 ad caput -ta materia).

**2** *active*: **a** *varia exempla: -itur aqua* (*adde l. 18*): SEN. Phaedr. 701 amnes, unda quos torrens -it. AVIEN. orb. terr. 1178 non alium *fluvium* tantus -it impetus *quam Tigrim* (*gr. 991* οὐκ ἄν ... θοώτερον ἄλλον ἴδοιο). *-itur motus*: SEN. Phaedr. 738 *Phaedra* fugit ... ocior cursum -ente flamma (PS. SIL. 8, 197 [*de Numico retro fluente; fort. aet. rec.*] ab alto amnis aquas c.que -it). *-untur loca percurrenda*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 73 (*in compar.*) Boreas ... silvas camposque sonoro flamine -turus. **b** *pro obi. est pron. refl.*: PLIN. nat. 3, 33 Rhodanus amnis ex Alpibus se -ens per Lemannum lacum. VEG. mulom. 2, 1, 3 cum ... noxii sanguinis virus in caput se -it (*cf. Chiron 256* in capite se derivaverit). MART. CAP. 8, 808 (vers.) rutilis qua se -it orbita signis.

**CAPVT ALTERVM:** *sine respectu motus localis* (*cf. p. 94, 59*):
**I** *generatim*: **A** *indicatur, ad quam rem vel personam actio -endi fiat, sc.*: **1** *ad quem statum, affectum, ad quam actionem, cogitationem sim.* (*fere per adv. vel praepos., sc. maxime* ad, in *c. acc.; per* ut *fin. p. 107, 18, inf. p. 107, 34, gerund. l. 61*): **a** *-untur homines eorumve animi, natura, affectus, mens sim.*: **α** *passive; -itur aliquis* (*eiusve animus sim.*): Ⓘ *ad affectus*: PLAVT. Cist. 61 stultitiā meā me in maerorem -i[t]. CIC. har. resp. 54 ad quem metum, si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturaque -remur. ac. 2, 126 cur -or in invidiam? CVRT. 7, 1, 24 *milites* ad omnes affectus impetu -imur. STAT. Theb. 5, 147 *non* studia in contraria -ti dissensus ..., furor omnibus idem. Ach. 1, 860 in iras (*v. p. 98, 20*). *al.* Ⓘⓘ *ad actiones, consilia sim.*: CIC. har. resp. 39 cum in omnem fraudem -eris oculis. rep. 1, 3 maxime -imur ad opes augendas generis humani (*item* ad *c. gerund.*: Phil. 13, 15 ad libertatem reciperandam. VAL. MAX. 9, 11 ext. 4 impetu mentis ... ad id *scelus* lacerandum pio ... adfectu -or. AVG. in psalm. 96, 12 l. 62. *al.*). Tusc. 4, 12 cum libido ad id, quod videtur bonum, ... inflammata -atur. *al.* SALL. Iug. 25, 7 animus cupidine caecus ad inceptum scelus -batur. OV. met. 8, 491 ei mihi, quo -or? (SEN. Ag. 244 q. -eris amens? Thy. 261sq. -or et q. nescio, sed -or). SEN. dial. 7, 15, 6 quisquis ... queritur ..., imperata facere vi cogitur et invitus -itur ad iussa nihilominus. LVCAN. 8, 522 -imur, quo cuncta feruntur (ADNOT. favere cogimur, cui universa sunt subiugata, *i. Caesari*). STAT. silv. 5, 3, 134 ad patrii -eris certamina lustri (*i. ut in ludis sollemnibus certes*). AMM. 17, 13, 7 fluctuantes ambiguitate mentium in diversa -bantur. *al.* Ⓘⓘⓘ *ad opiniones, scientiam, doctrinam sim.*: CIC. leg. 2, 43 opinionibus vulgi -imur in errorem. fin. 5, 6 (*verba adulescentis*) audistine modo de Carneade? -or illuc, *sc. ad Academiam novam,* revocat autem Antiochus, *sc. ad veterem.* div. 1, 111 ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque. *al.* CYPR. epist. 55, 15, 1 *lapsi* in haeresim ... diabolo invitante -untur. CLAVD. DON. Aen. 1, 305 p. 67, 12 *Aeneas* in incertum -batur, utrum *eqs.* AVG. doctr. christ. 2, 41 alius *interpres* ancipiti signo in aliam partem -tus erravit. Ⓘⓥ *ad statum, condicionem, officium sim.*: COD. Iust. 4, 57, 6 (*a. 293*) eam *puellam esse* -tam e vestigio servitutis ad libertatem. AMM. 26, 6, 20 Gordianus in imperium -tus. RVFIN. hist. 6, 30 ad episcopatus ... sacerdotium. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 61, 24 curare *matrem* ..., ne *filius* alicui amaro iugo pauperta⟨ti⟩s aliquando -atur. *al.*
ⓥ *ad varia*: IVV. 10, 332 (*agitur de C. Silio*) -itur miser extinguendus Messalinae oculis. CLAVD. DON. Aen. 1, 95 p. 33, 8 ad aliud -tus est *Aeneas* dicens '...'. RVFIN. hist. 2, 10, 7 praeceps iam iamque -or ad mortem (*gr.* θανεῖν ἀπάγομαι). AVG. conf. 4, 15, 27 audire te, *deus,* ... non poteram, quia vocibus erroris mei -bar foras. epist. 147, 31 potest humana mens divinitus -i ex hac vita ad angelicam vitam. GREG. M. in euang. 12, 1 l. 44 *fideles,* qui ab exteriore se appetitu custodiunt et spe ad interiora -untur. moral. 2, 75 l. 51 turbata ... *mens* in praeceps -itur. *al.*

**β** *active* (*refl. p. 107, 21sqq.*): Ⓘ *-unt affectus*: LVCIL. 706 illo[c] oculi deducunt ipsi atque animum spes illuc -it (*fort. ad mulierem formosam vel ad pecuniam*). CIC. Phil. 6, 4 semper eo tractus e⟨s⟩t, quo libido -uit (*v. p. 107, 3*), quo levitas, quo furor, quo vinulentia (SEN. dial. 5, 28, 1 hinc te illo f. -et, illinc alio). off. 1, 101 horme (*i.* ὁρμή) ..., quae hominem huc et illuc -it. LIV. 7, 30, 16 ea *cupiditas* ad oppugnandam Capuam -it (VAL. MAX. 5, 1, 3 quo te prava c. transversum -it? *cf. p. 105, 7.*

*[Reineke]*

*110, 45 sqq.*). 10, 41, 1 Romanos ira spes ardor certaminis … in proelium -it (AVG. serm. 234, 3 p. 1117 a. iste *caritatis* sursum vos -it, sursum tollit, in caelum levat). PRVD. ham. 776 huc illuc -ens sua quemque libido (*adde p. 106, 72*).

(II) *-unt animantes eorumve animi sim.*: (A) *alios*: RHET. Her. 1, 5, 8 (*antea*: adducemus) *adversarios* in odium … -emus, si quid eorum spurce … factum proferemus (*postea*: in invidiam trahemus. *item -it orator, qui affectum excitat*: CIC. de orat. 2, 176 ut eos *iudices*, quocumque velit, vel trahere vel -ere possit). CIC. leg. agr. 3, 7 Marianus tribunus plebis, qui nos Sullanos in invidiam -it. HOR. ars 149 *Homerus* in medias res non secus ac notas auditorem -it. TAC. hist. 4, 21, 2 *Civilis* gentem in arma -it. LACT. opif. interpol. 19, 8, 4 ut *diabolus hominem* -at et traducat ad mortem. HIL. trin. 7, 6 quid me, *Sabelli,* in substantiam alteram -is? (*i. ut credam non eandem substantiam esse deo patri et filio. item -it aliquem haereticus*: RVFIN. hist. 4, 7, 10 *gnosticus quosdam* -bat ad tenebras sempiternas [*gr.* εἰς ἀπώλειαν ἀνδραποδίζεσθαι]. ORIG. in Matth. ser. 21 p. 37, 28 [*ad 23, 27*] -unt homines ad errores). AVG. in psalm. 72, 34 si amares aurigam, non -res ceteros, ut tecum amarent? *al.*
(B) *ipsi se*: VERG. Aen. 4, 286 (= 8, 21) *Aeneas* animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc in partesque -it varias. AVG. ord. 2, 14, 39 hinc (*i. ex tali iudicio*) se illa ratio ad ipsarum divinarum rerum … contemplationem -ere voluit. GREG. M. in euang. 11, 1 quatenus *animus* exemplo visibilium se ad invisibilia -at.

(III) *-unt varia*: CIC. inv. 2, 36 eam causam …, quae homines audaces in fraudem -ere soleat ([*postea*: ad peccandum … impellere]. LVCAN. 2, 251 quemque suae -unt scelerata in proelia c.). LIV. 26, 29, 9 -ente fato Marcellum ad Hannibalem (*i. in bellum adversus H. gerendum*). SEN. nat. 5, 18, 10 quousque nos mala nostra -uerunt? epist. 89, 1 *philosophia* omnes mortales in admirationem sui -ret. MIN. FEL. 20, 2 non nos debet antiquitas inperitorum fabellis suis … capta ad errorem … -ere. LACT. inst. 1, 5, 28 summo ingenio viros attigisse veritatem …, nisi eos retrorsus … consuetudo -uisset. HIL. in Matth. 11, 10 cum sola gestorum *Christi* auditio … ad fidem -ere debuisset. VEN. FORT. carm. 4, 17, 9 quo me, forma, -is laudes memorare sepulti? *al.*

**b** *-untur res*: **α** *in aestimationem, opinionem sim. quandam, sc. ita ut certo modo aestimentur, intellegantur, explicentur sim.*: TER. Ad. 3 postquam poeta sensit … advorsarios -ere in peiorem partem *fabulam,* quam acturi sumus ([DON. vitio dare, vituperare]. POLLIO Cic. fam. 10, 33, 2 verebar, ne … pium consilium meum -rent in contrariam p. obtrectatores mei). LACT. inst. 6, 12, 5 *philosophi* eam *virtutem* detorquent a vera iustitia et ad commodum -unt. *respiciuntur doctrinae haereticorum*: TERT. adv. Marc. 4, 19, 6 haeretici … simplices voces coniecturis, quo volunt, -unt. HIL. trin. 1, 31 quaedam … ad contumeliam divinae … naturae … -uerunt. 12, 36 doctrinae salutaris … intellegentiam -is adversum universorum salutem. CONSVLT. Zacch. 2, 11, 14 funestae hominum persuasiones in dogmata diversa -untur. GREG. M. moral. 16, 61 verba iustorum ad sensum proprium … -ere. *al.* **β** *ad usum vel eventum quendam*: SEN. Phoen. 342 -ite in exitium omnia. nat. 1, 17, 5 aetas illa simplicior … inventa naturae in libidinem luxumque *non* -bat. IVVENC. 4, 408 (*sec. Matth. 26, 5*) ne … discordes populi -rent in bella furorem. DICT. 1, 4 atrocitas facti (*i. rapinae Helenae*) ad indignationem ultumque iniurias -bat. **γ** *ad varia* (*in medicina l. 61 sqq.*): PAVL. dig. 33, 9, 4 pr. (*e cap.* de penu legata) quod liquidae materiae sit … -it secum in accessionis locum *vas, quo continetur.* PRISCILL. tract. 6, 108 *Paulus* omnia … *in limine* corporis data vult … non in vagos saeculi errores -i, sed *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 4, 285 p. 391, 28 constitit … consilium *Aeneae* et, quod in partīs tota celeritate -batur, … firmatum est. AVG. doctr. christ. 1, 43 (*ad Matth. 22, 37. 39*) quicquid aliud *atque deus* diligendum venerit in animum, illuc -atur, quo totus dilectionis impetus currit, *sc. ad deum.* BOETH. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 268, 16 sex illae *propositiones* simplices in quattuor -tae sunt (*cf. p. 268, 8* reductae, *25* redactae). ad cicatricem (*sc. -untur vulnera*): SORAN. p. 97, 15 vulnera linteolis … ad c. -is (p. 103, 5 poterit … emplastrorum virtus … v. ad c. -ere. p. 117, 4 cum ad c. -i coeperint). p. 107, 12 *rhagadium* rebus stalticis cito ad c. -i potest.

**2** ad se, in se *sim.* (sibi *l. 73. p. 108, 2. 17 et inde a* TERT.): **a** *pro subi. sunt res*: **α** *variae, quae homines eorumve animos sim. attrahunt* (*absolute l. 69*): CIC. Sest. 7 mihi … obversatur rei publicae dignitas, quae me ad sese -it, haec minora relinquere hortatur. off. 1, 9 cum … utilitas ad se -ere, honestas contra revocare ad se videtur, fit, ut distrahatur … animus. 2, 37 cum … honesta res … totos ad se convertit et -it. SEN. benef. 3, 30, 3 honores, opes, quidquid humanos ad se animos -it. epist. 51, 6 voluptates, quae … saeva quoque ad se ingenia -uerunt. MART. 10, 70, 8 nunc me prima sibi, nunc sibi quinta -it *hora* (*sc. officiis suis*). PS. QVINT. decl. 6, 16 dolor … membrorum, qui totam cogitationem in se -it (AVG. ord. 2, 15, 43 imagines … falsae … in sese -unt c.). **β** *venti, qui caelum occupant*: STAT. Theb. 1, 350 venti … confligunt …, dum caelum sibi quisque -it (*aliter* SCHOL. ‘caelum’ pro nubibus posuit).
**γ** *littera, quae iterata aliam litteram format* (*sec. doctrinam Marci gnostici*): IREN. 1, 16, 2 l. 54 *Λ* … quasi ad sui similis inquisitionem adveniens et inveniens et in semet -ens ipsum *M* formavit (*gr.* εἰς ἑαυτὸ ἁρπάσαν αὐτό).

**b** *pro subi. sunt animantes* (*ecclesia l. 22 sq.*): **α** *-untur res: commodae, utiles, decorae sim.* (*pro obi. est acc. c. inf. l. 14*): CIC. off. 3, 22 si unus quisque nostrum ad se -at commoda aliorum detrahatque, quod cuique possit …, societas hominum … evertatur necesse est. 3, 26 quam *utilitatem* si ad se quisque -et, dissolvetur omnis humana consortio. LIV. 33, 11, 8 adrogantiam eorum *Aetolorum* victoriae gloriam in se -entium. 45, 9, 7 *Alexandri successores* ad se quisque opes -unt. HIL. trin. 8, 45 *Christus* non sibi -ens esse se aequalem deo (*ad rem cf. p. 109, 31 sqq.*). *variae*: PHAEDR. 3 prol. 46 *lector* si … -et ad se, quod erit commune omnium (*sc. fabulam de se scriptam esse credens*). SIL. 13, 187 *in oppugnatione urbis* -unt sibi quisque laborem. TERT. anim. 25, 3 *contusionibus matrum* et ipse *fetus* intus per eadem membra -ens sibi iniurias matris. adv. Marc. 3, 8, 2 *quidam* incredibile praesumpserant deum carnem; … Marcion sibi eam -uit praesumptionem. **β** *-untur homines*: TERT. nat. 1, 1, 6 (*ecclesia cottidie crescit*) non utique eo bonum praeiudicari, quia plerosque convertat et sibi -at, inquitis (*item -it ecclesia*: HIER. epist. 16, 2, 2 in tres partes scissa ecclesia *me* ad se -ere festinat). PHOC. carm. de Verg. 90 Pollio, Maecenas … ardent, te (*Klotz,* et *trad.*) sibi quisque -it, *Vergili,* per te victurus in aevum.

**B** *cetera exempla; actio -endi fit*: **1** *celeriter agendo, efficiendo; pro obi. sunt*: **a** *actiones, eventus*: ENN. scaen. 358 *Pelops ab* Oenomao rege Hippodameam -tis nanctus nuptiis (LIV. 30, 14, 2 -tae [factae *var. l.*] prope inter arma n. *cf.* VAL. FL. 8, 392 -tis … coniugiis). LVCR. 6, 1225 *tempore pestilentiae* incomitata -i certabant funera. CELS. 3, 7, $1^B$ *in febribus* eo maturius auxilia … -enda sunt. LVCAN. 5, 409 -endi tempora belli in segnes exisse moras (5, 483. FLOR. epit. 2, 15, 1 b. … tempore exiguum, nam quadriennio -tum est [patratum *al. var. ll.*]). 9, 639 *Medusa* -uit dubitantia fata (*sc. faciem spectantibus statim in lapidem mutatis; nisi ‘vitam’ intellegens locum ad IIA1b trahas, cf. Wick, comm. 2004, ad l.*). 10, 428 non -uere nefas. PLIN. nat. 11, 29 *apes* -unt diebus serenis munia; melle uno alterove summum die cellas replent (*cf. Arist. hist. anim. 625b24* συνεχῶς ἐργάζονται). 18, 249 *nunc* agricolae -enda sunt, quibus peragendis ante aequinoctium non suffecerit. VAL. FL. 6, 191 necem. 7, 513 ora *Iasonis et Medeae* … dulces -entia visus. *al.* *pro obi. est inf.*: $CONC.^S$ II 3, 3 Rustic. p. 18, 15 *fratris* religiositatem laudavimus, quod prone ⌞-uerit⌟ curare eos, qui *eqs.* (⌞ ⌟ sap- *vers. ant. IV 2 p. 144, 27; gr. II 1, 3 p. 15, 19* τὴν θεοσέβειαν … προθύμως ἁρπάσασαν τὸ θεραπεῦσαι).
**b** *dicta vel cogitata*: CIC. fin. 3, 19 cum de rebus grandioribus dicas, ipsae res verba -unt. RVFIN. Orig. in exod. 6, 3 p. 194, 23 (*in interpr. allegorica*) *ut ex aliquo homine* ille *stator* (*exod. 15, 4*) cogitationem pessimam -at (*antea*: eliciat, … extorqueat). **c** *corporea*: VERG. Aen. 1, 176 Achates … -uit … in fomite flammam ([SERV. raptim fecit …, id est celeriter]. *inde* PAVL. NOL. carm. 28, 81 *scintilla* fragili -uit de fomite f.). LVCAN. 6, 54 subitum bellique tumultu -tum … opus *aggeris.*

**2** *sumendo, prehendendo sim. aliquid vel aliquem*: **a** *ita ut sensibus vel mente percipiatur*: **α** *c. abl. instr.*: ENN. scaen. 54 *Cassandra* quid oculis ⌞-ere⌟ visa est derepente ardentibus? ([rab- *Lambinus*]. TRAG. inc. 48 lumen [*v. p. 19, 32*]. *cf.* HOR. sat. 2, 5, 53 ut limis -as, quid *testamenti* prima secundo cera velit versu [SCHOL. raptim legas]). CVLEX 282 silvae … cantus *Orphei* -bant cortice avara. PLIN. nat. 31, 121 vapore naribus -to. STAT. Theb. 10, 670 -e mente deos, *Menoeceu,* -e nobile fatum. silv. 3, 5, 35 carmina nostra … aure -is vigili, *uxor.*

**β** *cetera exempla; respicitur potius*: (I) *intellectus* (*hucine l. 74?*): VAL. MAX. 7, 2, 5 (*nisi ad 1a*) timoris modum, poenae genus, spei viam uno mentis impetu -endo. SEN. epist. 95, 36 felix illis ingenium fuit et salutaria in transitu -uit (*postea p. 77, 33*). *-untur dicta* (*sc. et auditu et intellectu*): VVLG. III reg. 20, 33 quod *dictum regis* acceperunt viri pro omine et festinantes -uerunt verbum ex ore eius *eqs.* AVG. beat. vit. 14 l. 190 *auditores orationis meae* quasi totum -entes exclamaverunt; sed Licentius … subiecit: (l. 192) ‘-ui quidem vobiscum …, sed nihil hinc admittam in viscera *eqs.*’ (*alludit ad p. 101, 42 sqq.*). BOETH. cons. 3, 1, 3 (*loq. Philosophia*) verba nostra tacitus attentusque -bas. *al.* (II) *olfactus*: PLIN. nat. 20, 92 odore *farinae e brassica factae* tantum naribus -to vitia earum … sanari *affirmat Cato* (CAEL. AVR. acut. 3, 4, 29).
(III) *auditus* (*adde l. 62 sqq.*): STAT. Theb. 11, 529 (*pugnant Eteocles et Polynices*) alterna … murmura ceu lituos -unt aut signa tubarum.
(IV) *visus* (*aliter l. 40*): STAT. Ach. 1, 521 *Calchas* modo consulit … aras flammarumque apicem -it (*nisi ad l. 59*). VET. LAT. Iudith 16, 9 (cod. 7) -uerunt oculi illius *regis* speciem eius *Iudith* ([*cetera v. p. 102, 33*]. AMBR.

[*Reineke*]

hex. 6, 8, 50 non -at o. *tuus* transeuntis feminae pulchritudinem**)**. Ps. Orig. tract. 4, 13 sicut pictores solent vultus -ere alienos et verisimiles imagines ... pingere.

**b** *ita ut habeatur, possideatur, praesto sit* **(***pro subi. verbi act. sunt fere animantes, sed eorum qualitates vel actiones l. 43. 70 sq. p. 110, 3; cf.* ad se -ere *sim. sub A2bα; de notione v.* Theod. Mops. in Phil. 2, 6 dicimus ... frequenter quoniam 'rem illam -endam esse existimavit', hoc est, 'cum celeritate illud suscepit, quasi quia magnum illi lucrum possit conferre'**)**: **α** *-untur res*: (I) *quaelibet, sc. fere commodae, utiles, optatae, suaves sim.* (*exempla selecta inde ab* Ov.): Sall. or. Lep. 5 quae cuncta (*sc. libertatem sim.*) ... quasi ab externis -ta tenet *Sulla.* Aetna 368 exhaustos cessare sinus *Aetnae* ..., ut -ant vires. Hor. sat. 1, 3, 109 *homines priscos* venerem incertam -entes. carm. 2, 12, 28 quae *oscula* ... gaudeat eripi *Licymnia,* interdum -ere occupet ([-pat *var. l.*]. *al., v. vol. IX 2, 1113, 68 sqq.*). Ov. epist. 18, 43 *gaudia* -turo (Petron. 114, 9 ultimum hoc g. fatis properantibus -e. *al.* Sil. 11, 491. *al.*). Liv. 33, 38, 6 ab rege impetratam eos libertatem, non per occasionem -tam habere. Val. Max. 6, 4, 4 *cognomen Felicis* Sulla -uit, Rutilius meruit. 7, 3, 3 -uit *condicionem a Scipione propositam* ... iuventus (Petron. 80, 6 praecipiti festinatione). Sen. dial. 6, 10, 4 -ite ex liberis *voluptates* (Tac. hist. 3, 41, 1 inlicitas v.). Plin. nat. 14, 142 *insobrii* -ere se ... vitam praedicant. Sil. 12, 478 *Hannibal* laudem ... -bat humandi *proconsulis caesi.* Qvint. inst. 10, 7, 27 *non* tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucrativae ... operae ad scribendum ... -i ... possit. Vet. Lat. Matth. 11, 12 (cod. 10. *al.* = Vvlg.) violenti -unt illud *regnum caelorum* **(***cod. 4. al. et var. l. Vulg.* diripiunt, *gr.* ἁρπάζουσιν. *cf. e. g.* Avg. conf. 8, 8, 19 indocti ... caelum -unt. CE 688, 2 [*a. 449*] *Hil. Arel. mortuus* -uit c⟨aelesti⟩a regna**)**. Clavd. 10, 28 (*verba Honorii*) non -o praeceps alienae foedera taedae, sed *sponsam mihi promissam peto.* Avg. doctr. christ. 2, 71 non ... debemus musicam fugere, si quid inde utile ad intellegendas sanctas scripturas -ere potuerimus. *al.* *pro obi. est struct. verbalis* (*sc.* quod *vel acc. c. inf.*): Hil. c. Const. 19 *dei filius* non -it, quod erat Christus, id est in forma dei esse (*respic. Phil. 2, 6 [v. p. 89, 10] ut*: trin. 12, 6 *dei filius* deo se aequalem esse non -uit, quia ... in servi formam decederet. *cf. p. 108, 14*). (II) *imperia, honores, munera, potestas sim., sc. in re publica*: Cic. rep. 1, 68 tanquam pilam (*cf. p. 97, 18*) -unt inter se rei publicae statum tyranni ab regibus, ab iis autem principes aut populi *eqs.* Ov. ars 1, 198 hostis ab invito *regna* parente -it (Sen. Herc. O. 412 *Hercules* r. miseris donat et celsis -it. Phoen. 41. 57. Sil. 9, 309 ire ... -tum caelestia r. Gigantas. Flor. epit. 1, 7, 2. *al.; cf.* Liv. 2, 6, 3 partes regni. *aliter l. 25. 27*). fast. 3, 50 *Amulius* -tas fratri victor habebat opes. 6, 600 *sceptra* gener socero -ta *Tarquinius* Superbus habet (Phaedr. app. 3, 11 ne sceptrum mundi -ret nostra, *i. hominum,* audacia. Sen. Herc. f. 341. 399). Liv. 1, 50, 5 si creditum illud *imperium sit* et non -tum parricidio, *sc. a Tarquinio Superbo* **(**Sil. 13, 858 [*Sibylla de Sulla*] i. hic primus -et [*opp. 859* reddet]. Flor. epit. 4, 2, 21. *al.***)**. *al.* Sen. epist. 94, 66 *C. Marius* unum ... *consulatum* accepit, ceteros -uit (Plin. paneg. 57, 2 [*iuxta* extorqueret]). Lvcan. 1, 317 ille *Pompeius* semel -tos nunquam dimittet *honores*? (Stat. Theb. 4, 83). *al.* Sil. 8, 243 -to plebei muneris ostro (*i. consulatu*). Stat. Theb. 2, 346 -to (*subst. neutr., i. regno*) ... superbum *Eteoclem.* Qvint. decl. 252, 24 comitia nostra decem milibus -ta sunt atque translata. Tac. ann. 4, 1, 1 quo facinore dominationem -tum ierit *Seianus. al.* (III) *occasio, tempus sim.* (*c. abl. indicante operam, occupationem l. 58. 60*): Hor. epod. 13, 3 -amus, amici, *occasionem* de die (Liv. 27, 17, 10. Val. Max. 7, 3 ext. 1 expiandae religionis. Qvint. inst. 8, 3, 47 ex verbis *minime obscenis* ... o. turpitudinis -ere. Ivv. 15, 39. *al.*). Sen. epist. 61, 1 *diem non* tamquam ultimum -o, sed sic illum aspicio, tamquam esse vel ultimus possit (Sil. 4, 485 dies -ti *sunt* cursu navoque labore). Lvcan. 10, 508 *Caesar tempore* -to ... cepit Pharon (Sil. 7, 531 tempora pugnae. *al.*). Val. Fl. 2, 664 has ... inter variis nox plurima dictis -ta vices *sermonum.* *al.* (IV) *loca expugnata, sc. in bello* (*exempla selecta inde a* Lvcano): Ov. Pont. 4, 9, 79 *legatus* -tam Troesmin celeri virtute recepit. Liv. 6, 23, 5 *castra* urbesque primo impetu -ere **(**[cap- *var. l.*]. Flor. epit. 3, 20, 4 subito impetu. 4, 12, 34. *cf.* Lvcan. 6, 269 castella ... incursu gemini Martis [*i. terra marique*]. Tac. hist. 4, 33, 1 *cohortes* -unt in transitu hiberna**)**. Cvrt. 4, 14, 1 Syriam Aegyptumque prae⟨ter⟩euntibus -tas. Lvcan. 3, 391 -tis ... a Caesare *urbibus* cunctis vincitur unā *Massilia* morā. Plin. nat. 3, 12 Munda cum Pompeio filio -ta (capta *var. l.*). Sil. 15, 401 Carthaginis ... per subitum -tae pernix victoria. *al.* *pro subi. verbi act. est proelium sim.*: Flor. epit. 3, 5, 6 primus statim impetus belli Bithyniam -uit. Clavd. 20, 568 quas urbes ... uno -uerunt proelia cursu! (V) *causae iudiciales, sc. quae immerito, contra spem obtinentur*: Sen. dial. 10, 6, 1 *Livius Drusus adhuc puer* gratiam suam foro ... *interposuit,* tam efficaciter quidem, ut quaedam iudicia constet ab illo -ta. Qvint. decl. 268, 16 *oratores* -unt malas aliquando causas. (VI) *dicta, vocabula:* ?*ab origine quadam sumpta* (*si recte legitur; v. app. crit.*): Pavl. dig. 39, 6, 35, 1 'donatio' ... -ta a graeco *eqs.* (*cf. vol. V 1, 1989, 37 sq.*). *arte notarii excepta*: Pass. Genes. 2, 1 quae *pars officii* patronorum verba vel iudicum, signorum brevium enotata compendiis, manu -ret.



**β** *-untur animantes eorumve coetus*: (I) *vario modo*: Prop. 1, 15, 3 *Cynthia,* aspice me quanto -at Fortuna ⌞periclo⌟ (*abl. modi; dissentiunt docti, utrum de amore, an de morbo, an de itinere maritimo agatur*). Pers. 2, 38 hunc *puerum* optet generum rex et regina, puellae hunc -ant **(***sc. amatum certatim sibi expetant [cf.* diripere *vol. V 1, 1261, 46 sqq.; sunt tamen qui locum ad p. 94, 42 sqq. referant]; sim. -itur coniunx*: Priap. 16, 1 qualibus Hippomenes -uit Schoeneida pomis**)**. Avg. in psalm. 72, 34 ama deum ..., -ite eum, quotquot potestis, quotquot possessuri estis; non fit angustus, ... totum omnes habebitis. (II) *qui in potestatem vel dicionem alicuius rediguntur:* *in rebus publicis*: Pomp. Trog. 38, 5, 1 *Mithridates dixit esse* -enda incrementa virium (*i. copias militares*). Amm. 30, 1, 4 ne ... natio ... deficeret ad iura Persarum eam -ere vi vel metu vel adulatione flagrantium. *in rebus spiritalibus* (*sc. apud Christ. in malam partem*): Tert. bapt. 1, 2 quaedam de Ca[n]ina haeresi vipera ... doctrina sua plerosque -uit **(***item -unt haeretici*: Ps. Orig. hom. in Matth. 4 p. 263, 13 [*ad 7, 15* lupi rapaces] satagunt animas -ere et ... in perditionem deducere**)**. Ps. Hil. hymn. 1, 19 *nostra corpora* ne -entis perfidi diris pateant fraudibus (*item -it diabolus*: Optat. 4, 6, 2 vult ..., si non totum hominem, sed quodcumque de homine -ere).

**c** *ita ut vario modo afficiatur*: Lvcan. 7, 446 cum caeco -antur saecula casu (*sim.* 7, 487 -it omnia casus). Val. Fl. 4, 291 *Pollux cum Amyco certans* celeri -it ora sinistrā (*'celeriter ferit, vulnerat' intellegit Langen ad l.*).

**3** *(mentem, animum) occupando, commovendo sim.* (*-untur fere animantes eorumve partes, animi, sensus sim.*): **a** *vario contextu*: **α** *-unt proprii affectus vel condiciones corporis* (*per prosopop. l. 58*): (I) *passive*: Acc. trag. 450 heu! cor ira fervit caecum, *amentia* -or fer[v]orque (Cic. fam. 16, 12, 2). Cic. Verr. II 1, 65 una cupiditate. Ov. met. 13, 946 (*Glaucus narrat*) sensi ... alterius ... -i naturae, *i. maris,* pectus *meum amore* (fast. 2, 762 iuvenis ... caeco -tus a. furit. Hier. epist. 53, 9, 1 me scripturarum a. -tum excessisse modum epistulae. Prvd. perist. 13, 75 laudis. *al.*). Octavia 837 turba ... -itur hinc audacia, hinc temeritate fertur in praeceps sua. Lvcan. 5, 227 vana spe -te! Qvint. inst. 7, 2, 44 *Milo* an etiam si nulla ratione ductus est, impetu -tus sit ..., an etiam consuetudine peccandi sit ablatus. Ps. Qvint. decl. 19, 10 praecipiti -tus impulsu. Apvl. met. 5, 18, 4 verborum tam tristium formidine. Firm. math. 5, 2, 11 libidinis *furore* (Cod. Theod. 9, 38, 6 parricidali f.). Prvd. cath. 11, 92 credas venenis ebriam furiisve lymphatam -i *gentem Iudaeam Christum recusantem. al.* (II) *active*: Cic. Pis. 57 quae te ... nisi praedae ac rapinarum *cupiditas* tam caeca -bat? **(**fam. 5, 12, 1 me *non* solum commemoratio posteritatis ⌞ac spes quaedam⌟ [*F. Hofmann,* ad spem quandam *trad.*] -it, sed etiam illa c., ut *eqs.* Porph. Hor. sat. 1, 6, 23 ['trahit'] -it omnīs c. gloriae**)**. Hor. epod. 7, 13. sat. 2, 1, 10 si tantus amor scribendi te -it (capit *dett.*). Ov. trist. 4, 5, 9 temporis oblitum dum me -it impetus huius, excidit heu nomen quam mihi paene tuum! Sen. contr. 7, 7, 7 -it me desiderium fili. Sen. Med. 939 (*loq. Medea*) anceps aestus *me* incertam -it (*vergit ad p. 100, 18 sqq.*). Tro. 251 aetatis ... fervor. dial. 3, 7, 4 quarundam rerum initia in nostra potestate sunt, ulteriora nos vi sua -unt nec regressum relinquunt. Lvcan. 6, 29 -uit spes inproba mentem Caesaris. Val. Fl. 6, 408 -uere metus *viros pugnantes.* Sil. 14, 299 par omnes simul ira -it. Ps. Qvint. decl. 6, 16 dolor ... membrorum, qui totam cogitationem in se -it. Ivv. 8, 135 si *te* praecipitem -it ambitio atque libido. Prvd. psych. 493 omne hominum -it illa *Avaritia* genus. Avian. fab. 7, 15 quae tanta -it dementia sensum *eqs.*? (*sec. Verg. Aen. 5, 465* cepit). *al.*

**β** *-unt aliae res*: (I) *active* (*exempla selecta inde a* Stat.): Prop. 2, 25, 44 utraque *forma puellarum* vos -it **(**[*cf. 42* ducit uterque color]. Stat. silv. 2, 1, 39 me f. *pueri delicati* -it, -it ... modestia *eqs.***)**. Sen. Ag. 722 (*clamat Cassandra*) quid me furoris incitam stimulis ..., sacra Parnasi iuga, -itis? recede, Phoebe *eqs.* (*vergit ad p. 111, 24 sqq.*). benef. 4, 22, 2 *honesti* pulchritudo animos circumfundit et delenitos admiratio (-tio⟨ne⟩ *pars edd.*) luminis ... sui -it. dial. 3, 7, 4 (*antea l. 53*) -at illum *animum* oportet et ad imum agat pondus suum et vitiorum natura proclivis. Lavs Pis. 5 tua me virtus -it et miranda ... vita. Val. Fl. 2, 187 matrum corda ... Veneris gemitus -it. Ps. Qvint. decl. 16, 5 cum me necessitas -it. Tert. apol. 1, 10 quod vere malum est, ne ipsi quidem, quos -it, defendere ... audent. Hier. epist. 45, 3, 1 numquid me vestes sericae ..., auri -uit ambitio? Avg. mus. 6, 9, 24 *quod* duo genera numerorum haec *non* vis accipere, illud ... te -it, quod eadem anima utrumque agit. Carm. Inscr. christ. Diehl 1901a, 7 lubrica ne sensus -at turpetque boluptas *balneorum,* effera ne mentem luxuries stimulet (*cf. p. 111, 19*). *al.* (II) *passive*

[*Reineke*]

(*cf. l. 21*): VAL. FL. 2, 312 -itur subito regina tumultu conciliumque vocat. 3, 717 -tus … virum (*gen. plur.*) certamine ductor ibat. IVVENC. 4, 498 (*sec. Matth. 26, 41*) vigilate …, ne vos temptatio -tos … praecipitet … per lubrica mortis. COMM. apol. 605 multi … -untur saeculi silva, … remanent a gratia Christi. COD. Theod. 2, 10, 2 destituuntur negotia …, dum advocati per multa officia … rap⟨i⟩untur. VITAE patr. Iurens. 135 *vir sanctus* subito -tus ⌞in visione⌟ (*item l. 11*). MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 4 p. 284$^{in.}$ -imur spectaculi miraculo ([*gr. p. 60*$^{med.}$ μετέωροι γινόμεθα]. PALLAD. hist. mon. I 1, 3 p. 251$^{C}$ se … intuitu cuiusdam rei ac m. -tum fuisse [*gr. p. 15, 25* ἁρπαγεὶς ὑπὸ θεωρίας τινός, *in alia vers.* II 1 p. 343$^{B}$ mente -tus sum in visione *eqs.*]). GREG. M. moral. 5, 56 *homines* cum per contemplationem -ti superna conspiciunt. *al.*

**γ** *-unt animantes eorumve partes, qualitates; respiciuntur actiones*: (I) *hominum: in re venerea* (*aliter p. 94, 16 sqq. 110, 9 sqq.*): OV. am. 2, 19, 19 tu …, quae nostros -uisti nuper ocellos (*cf. p. 102, 27 sqq. et* 3, 6, 28 -uit vultus … Neaera tuos. 3, 11, 48 per … tuos oculos, qui -uere meos. met. 13, 775 *p. 97, 48*). epist. 4, 65. ars 1, 243 *in conviviis* saepe animos iuvenum -uere puellae. QVINT. decl. 337, 14 *mortuis uxoribus* aliae vos ⌞-unt⌟ voluptates (*cf. p. 110, 74*), illa ministeria, illi imitati feminas pueri (⌞ ⌟ recip- *var. l.*). *contextu vario*: SEN. dial. 10, 20, 5 dum ⌞-untur⌟ et -unt, dum alter alterius quietem rumpit …, vita est sine fructu (*cf. e. g. 3* occupatum, *4* difficilius homines a se otium inpetrant *eqs.*; ⌞ ⌟ *an simul ad β?*). VAL. FL. 6, 756 (*in compar.*) *Bacchantes* -uere deum (*i. furorem divinum?*). (II) *deorum sim.*: VAL. FL. 6, 280 magno … doloris turbine Gesandrum *ducem* Mavors -it. STAT. Theb. 5, 93 insano velut … Thyias -ta deo. IVVENC. 1, 367 (*sec. Matth. 4, 1 sqq.*) livor daemonis atram cum terrore -it mentem *Iesu*. CLAVD. 20, 45 (*inter prodigia*) vates sine more -i.

**b** *commoventur homines oratione vel scriptis* (*-unt orationes earumve qualitates vel ipsi oratores*): SEN. epist. 40, 4 *oratio popularis* movere vult turbam et inconsultas aures impetu -ere. 100, 3 te summa *orationis* -uisset. 108, 7 -it illos *auditores philosophorum* instigatque rerum pulchritudo. QVINT. inst. 6, 2, 3 qui … iudicem -ere et in quem vellet habitum animi posset perducere …, rar[i]us fuit. 10, 1, 110 ut …, cum *Cicero* transversum vi sua iudicem ferat, tamen ille non -i videatur, sed sequi. AVG. epist. 27, 2 quotquot *fratres* eas *litteras tuas* legerunt, ⌞-unt⌟, quia -untur, cum legunt (⌞ ⌟ *ad 2b?*). IVL. SEV. rhet. 3 p. 356, 14 *Asiani* -ere potius adfectibus quam disputationibus persuadere didicerunt.

**4** *amovendo, auferendo*: **a** *vario respectu; -untur potius*: **α** *ea, quae cui (rei) adimuntur* (*ita ut amittantur neque ab altero possideantur* [*aliter sub 2b*]): (I) *-it tempus praeteriens vel aetas* (*refl. l. 53; cf. p. 112, 19. 22 sqq.*): PVBLIL. sent. D 15 dies quod donat, timeas: cito -tum venit (SEN. Med. 223 hoc reges habent magnificum …, nulla quod -at d.: prodesse miseris, supplices … protegere. BOETH. cons. 2, 7 carm. 25 cum sera vobis -et hoc etiam d., *sc. famam*). OV. ars 3, 161 -ti … aetate capilli … cadunt, *sc. viris* (rupti *var. l.*). SEN. Herc. O. 1580 (*sunt qui ordinem versuum mutent*) nulla te, *Hercules*, terris -et vetustas; tu … comes ibis astris (CLAVD. 1, 33 gloria … Probi, quam [quem *var. l.*] non ventura silebunt lustra nec igno⌞ta⌟ [-ta⟨m⟩ *Gronovius*] -et sub nube v.). Phaedr. 771 fulgor *genarum* … momento -itur nullaque non dies formosi spolium corporis abstulit. CE 1109, 46 (*saec. I*$^{2}$) haec dona …, quae non tempus edax, non -i⟨t …⟩ (*alii alia suppl., e. g.* ipse rogus *Bücheler*). PORPH. Hor. carm. 2, 11, 1 commodis vitae nostrae … celerius se -enti⟨s⟩.

(II) *-it fortuna, natura sim.*: OV. trist. 3, 7, 41 addit (*Lee*, dat id *al. codd.*) cuicumque (quodc- *var. l.*) libet fortuna -itque (AVSON. 11, 6 [196 S.], 33 omnia praecox f. tibi dedit et -uit. *cf. p. 97, 10. 110, 7*). MANIL. 2, 88 *caelum* varias fruges redditque -itque. SEN. Tro. 273 casus haec -et levis ([brevis *trad.*]. PRVD. apoth. 1071 quod c. -uit, *sc. corpori meo*, quod morbus, quod dolor hausit. *cf. p. 110, 26 sq.*). PETRON. 109, 9 vers. 6 (*1* cecidere capilli) o fallax natura deum, quae prima dedisti aetati nostrae gaudia, prima -is. *al.*

(III) *cetera exempla; -untur*: Ⓐ *varia bona, commoda, optata* (*exempla selecta inde a* SEN.): VERG. ecl. 9, 18 heu, tua nobis paene simul tecum solacia -ta, Menalca! PROP. 1, 4, 26 sibi, *i. Cynthiae*, cum -to cessat amore deus (*i. Amor*; de⟨c⟩us *Kraffert*). OV. epist. 15, 206 (*Sapphus*) ingenio *meo* vires ille *Phaon* dat, ille -it. met. 1, 600 *Io fugiebat*, cum *Iuppiter* … tenuitque fugam -uitque pudorem (STAT. Ach. 1, 671. *sim. -itur* virginitas: 8, 850 SEN. Med. 984 QVINT. decl. 247, 12 [*cf.* flos *virginitatis*: AVIEN. Arat. 107]). Pont. 3, 4, 14 *benevolentiam* mihi si demas, omnia -ta putem. SEN. Herc. O. 389 mater (*i. quod mater facta sum*) … multum -uit ex illo mihi (*i. e decore priore*). 396 -it somnos pavor. LVCAN. 2, 157 *victi ipsi se occidentes* mortes … victori -uere suas. 5, 222 inmisit … Paean in viscera *Pythiae* Lethen, quae -ret secreta deum. SIL. 14, 584 ni … pestis … miseris -uisset gaudia (CE 1381, 5 [*a. 552*] g. cunctorum -ens, lamenta relinquens, *sc. morte sua*). MART. 3, 16, 2 quod … tibi tribuit subula, *sutor*, sica -it (*i. ludis faciendis fortunam perdis*). ANTH. 463, 16 (*qui fratrem occidit, ipse se occidere decernit*) eripuit virtus pietatem, reddere virtus debet: qua -uīt, hac reparanda via est. RVFIN. Clement. 1, 26, 2 cui … malus daemon salutis verba furatur et de memoria -it. *al.* Ⓑ *corporis vel mentis facultates, qualitates sim.*: VERG. Aen. 10, 348 vocem ([*v. p. 113, 39*]. TAC. ann. 13, 16, 2 *venenum* ita … artus *Britannici* pervasit, ut vox pariter et spiritus [eius] -rentur. AVIAN. fab. 17, 14 *tigridis* solitas voces ira dolorque -it. *cf.* IVVENC. 2, 417 [*sec. Matth. 9, 32*] cui *iuveni* -ta … fuerat substantia vocis). SEN. dial. 4, 3, 4 illa est ira, quae rationem transsilit, quae secum -it. SIL. 6, 274 *monstro* geminum … lumen -uere sagittae (MART. 4, 30, 10 -tis l. repente caecus). MART. 10, 12, 11 via quem dederit, -et cito Roma colorem *faciei*. CLAVD. 14, 24 alternum -at somnus anhelitum *vestrum amantium*. Ⓒ *quaelibet*: LVCAN. 9, 1058 o bene -ta arbitrio mors ista *Pompei* tuo, *Caesar*! PLIN. nat. 32, 74 carnes *ranae* inpositae suggillationem -unt (*sim. -untur morbi*: SER. med. 502 -tos ventos *ventris*. ARATOR act. 1, 473 [*spectat ad 5, 15 sq.*] anheli corporis aestus … -it *medicina*). SER. med. 938 quae *elementa* semper -es (*i. singulas litteras voci q. e.* abracadabra *saepius scriptae detrahens*). AVG. civ. 13, 10 p. 567, 17 cum aequaliter et aequalia momenta -rentur ambobus, *sc. vitam breviorem et longiorem victuris.*

**β** *ea, quae delentur, pereunt* (*minus valente respectu eius, cui adimuntur; de morte v. sub IIA*): (I) *c. respectu temporis praetereuntis* (*cf. p. 111, 41 sqq.*): *tempus -it* (*ipsum se* HOR.; *huc vergunt l. 48 sqq.*): HOR. carm. 4, 7, 8 immortalia ne speres, monet annus et almum quae -it hora diem. NEMES. ecl. 4, 32 omnia tempus alit, tempus -it. *tempus -itur* (*addas* HOR. *supra*): CE 1552A, 2 (*saec. II*) licet … parva … -torum cito transeat hora dierum (*nisi pertinet ad subst. q. e.* raptor). MART. CAP. 9, 894 tripus trini cursus praesagia pollicetur, hoc est exstantis, instantis et -ti (*p. p. p. neutr. pro subst., i. q. tempus praeteritum*). (II) *-it ignis* (*indicatur, unde -ta pereant, l. 37; cf. p. 100, 52 sq.*): *corpora mortuorum*: OV. am. 3, 9, 41 tene, *Tibulle*, … flammae -uere rogales *eqs.*? (STAT. silv. 3, 3, 12 coniugis … ora -i flammis. *cf. l. 39. 40. p. 100, 52* ). SIL. 16, 547 corpora … cum -ret flammā rogus (DRAC. Romul. 9, 85 r. ossa -it). STAT. Theb. 3, 97 *Eteocles* vetat igne -i *vatem mortuum*. *varia*: SEN. Ag. 612 vidimus patriam, *i. Troiam*, ruentem …, cum Dardana tecta Dorici -retis ignes (STAT. Theb. 11, 227 ignis … -tum … comis diadema cremavit. IVV. 14, 245 [*in imag.*] i. *avaritiae* … flagrantem late et -entem cuncta videbis). IVVENC. praef. 5 quo *tempore* cunctum torrens -at flamma ultima mundum (*de eodem igne*: 21 mundi … incendia). CYPR. GALL. Ios. 225 (*sec. 7, 25*) pecora … candens flamma -it canoque in pulvere solvit. (III) *cetera exempla: -untur res* (*corp. vel incorp.*): MANIL. 1, 814 sunt … raris orti ⌞natalibus ignes⌟ *in caelo* protinus et -ti (⌞ ⌟ *Bentley*, natalis euntes *sim. codd.*; *coll. 815* perire cometas *locum potius huc referas quam ad p. 105, 71 sqq.*). SEN. Herc. O. 231 -uit (pepulit *var. l.*) vires pondusque ⌞mali⌟, casus animo qui tulit aequo (⌞ ⌟ malis *Bothe*, malo *Gronovius*, *ut ad l. 13 sqq.*). TAC. ann. 6, 37, 2 quia … fluminum instabilis natura simul ostenderet om⟨i⟩na -retque. *al.* *-untur homines*: SEN. dial. 1, 5, 8 *nobis* grande solacium est cum universo -i. epist. 58, 22 corpora nostra -untur fluminum more; quicquid vides, currit cum tempore. 108, 24 inscii -imur. TAC. ann. 2, 77, 3 ut te, *Piso*, … indefensum planctus Agrippinae ac vulgus imperitum … -ant (*i. tibi exitium afferant? sunt tamen qui locum ad p. 95, 16 sqq. vel ad p. 113, 38 sqq. trahant*).

**γ** *ii, qui separantur* (*unde, indicatur passim per dat. vel praepos.* ab, de, ex; *-untur loca pro habitantibus posita l. 58 sq.*): (I) *a casibus variis* (*sc. maxime a periculis, malis sim.* [*cf. p. 103, 58 sqq.*]): MANIL. 5, 310 iuvenem … fato per somnia -tum (*sc. a patre occisa serpente, quae dormienti incubabat*). SEN. Herc. O. 1900 *ab Hercule* -ta fero plaga Geryonae (*item -itur locus*: CLAVD. 8, 58 *Theodosius* leti -uit de faucibus urbes). LVCAN. 9, 1054 -tum … e iure superbi victoris *Pompeium*. STAT. Theb. 10, 690 quis novus inceptis -uit te casus ab armis? silv. 2, 6, 95 ubi *est tua* nota reis facundia -tis? (*si quidem intellegas 'e iudicio'; alii autem 'in ius' [ut ad p. 94, 66 sqq.], alii locum varie em.*). EPIST. imp. Maximin. (Année Épigr. 1988 n. 1046; *a. 312*) 3 qui *relicta religione christ.* … ad rectam … mentem redierunt, … sicut ⌞ex repentina tempestat⟨e⟩ servati vel gravi morbo repti⌟ *eqs.* (*Euseb. hist. 9, 7, 11* ἐκ χειμῶνος … ἢ νόσου … ἀποσπασθέντες). IVVENC. 4, 341 (*sec. Ioh. 11, 21*) utinam praesens virtus tua … morti fratrem -uisset! HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 200, 12 Iesus … -uit te de potestate perversa et deo patri obtulit. CLAVD. 15, 145 (*Africa ad Iovem*) me -e Gildoni. CYPR. GALL. iud. 132 (*sec. 2, 18*) *iudices* male praecipiti populum -uere periclo. DRAC. Orest. 83 (*loq. Iphigenia*) pro me cerva datur …, sic -or cultris. *al.* (II) *a salutaribus, bonis*: CYPR. epist. 43, 5, 4 nemo vos Christianos ab euangelio Christi -at. unit. eccl. 3 -it de ipsa ecclesia homines (*diabolus, ut*: HIER. epist. 22, 4, 2 de ecclesia Christi -ere festinat). IVVENC. 2, 206 (*Iesus Nicodemo, sec. Ioh. 3, 10*) tune

*[Reineke]*

… mentem vitae de lumine -tam demergis … tenebris *ignorantiae eqs.*? Mar. Merc. Conc.$^{S}$ I 5 p. 41, 30 ut ab his, quae ⟨a⟩ ⌞praedictis⌟ dicuntur, minime -amini (⌞ ⌟ *sc. apostolis, quorum doctrina vobis servanda est*).

**b** *c. respectu visus eorumve, quae videntur*: **α** *-itur lux diei sim.*: Phaedr. app. 16, 18 *tempestate coorta* lux -itur oculis (Lvcan. 7, 4 *die proelii Pharsalici Titan* defectus … pati voluit -taeque labores lucis. Carm. de Alcest. 58 lux -itur et nox ⟨m⟩oritur [*em. Lebek*], moriuntur et anni). Stat. Theb. 5, 364 *nube* -tus ab omni sole dies miscet tenebras ([Schol. pro 'ab omni die sol', nove dictum. *fort. cf. p. 104, 40sqq.*]. Clavd. rapt. Pros. 1, 96 [*loq. Pluto*] num robur et arma perdidimus, si -ta d.? Sedvl. carm. pasch. 3, 220 senescentem … oceano -ente d. [*cf. op. pasch. 3, 19* o. d. suscipiente praecipitem]). Arator act. 2, 1100 (*spectat ad 27, 20*) -tis … luminibus. **β** *-untur, quae ex conspectu excluduntur, ita ut non iam videantur, percipiantur*: Val. Fl. 2, 39 -tos *tenebris* … montesque locosque ex oculis. Firm. math. 4, 1, 10 quando eam *Lunam* … Sol orbe suo -at et abscondat (*sim.* 4, 1, 16 *Luna* ex aspectu hominum -ta). Clavd. rapt. Pros. 3, 235 polum nox foeda -it. **γ** *-itur conspectus*: Amm. 25, 3, 11 Persae sagittarum … crebritate conspectum sui -bant oppositis. Conc.$^{S}$ I 3 vers. Tur. p. 159, 29 (*respic. Matth. 2, 9*) spatii magnitudo -ens aspectūs intuitum neque statum neque motum stellarum manifestum … facit (*gr. I 1, 2 p. 88, 6* κλέπτον).

**II** *speciatim*: **A** *respicitur mors*: **1** *-untur, qui moriuntur, eorumve animae, vitae sim.* (*c. respectu motus v. sub cap. priore, sc. p. 100, 57sqq. 101, 21. 103, 5sqq.*): **a** *pro obi. (subi. verbi pass.) sunt vel intelleguntur animantes* (*eorumve animae, corpora; hyperbolice p. 114, 10*): **α** *active* (*absolute e. g. l. 28. 61. 62*): (I) *-it mors, fatum sim. eorumve qualitates* (*cf. p. 114, 36sqq.; Fortunam deam v. l. 51*): Verg. georg. 3, 68 durae -it inclementia mortis (*inde* Ivvenc. 4, 26). Aen. 9, 211 casus (*v. l. 50*). Hor. carm. 2, 13, 20 improvisa leti vis -uit -etque gentes. 2, 17, 5 te … si … -it maturior vis, *Maecenas* (Porph. sustulerit). Ov. am. 3, 9, 35 cum -unt mala fata bonos (Sen. Oed. 125 interimus … saevo -ente f. Lvcan. 9, 825. *al.; cf. l. 70 et* Vell. 2, 97, 3 fatorum iniquitas *Drusum* consulem agentem annum tricesimum -uit). Lvcil. Ivn. carm. frg. 3 mors non una venit, sed quae -it, ultima mors est (Avson. 10, 25 [184 S.], 6 *te* thalamo … invida m. -uit. Hier. epist. 39, 3, 3 inmatura. CE 770, 5 [*saec. V/VI*] ⟨imp⟩roba. *al.; cf. l. 28*). CE 627, 2 (*saec. VI*) quem ⌞iuvenem⌟ -uit sors ⌞ultima⌟ (uueaem *et* uitima *lapis; cf. p. 114, 66*).

(II) *-unt animantes*: (A) *homines*: *alios homines*: Verg. Aen. 10, 348 *miles* loquentis *hostis* ⌞vocem⌟ animamque -it traiecto *hasta* gutture ([⌞ ⌟ *ad p. 112, 5, ut sim.* Heges. 5, 12, 2 p. 315, 10 *miles* eius *hostis* v. et a. -uit]. Homer. 724 -ere hanc a. crudeli caede. Vet. Lat. psalm. 7, 3 [cod. 304. *al.* = Vvlg.] nequando *persecutor* -at ut leo a. meam [*gr.* ἁρπάσῃ]. *cf. l. 47. 48. 64*). Liv. 10, 29, 4 -ere ad se ac vocare Decium devotam secum aciem *hostium*. Octavia 961 ad letum. Lvcan. 10, 517 *Caesar Pothinum* non cruce, non flammis -uit …: *Pompei* morte perit. Anth. 485$^{c}$ (= 668, 1; *epitaphium Lucani*) Corduba me genuit, -uit Nero. Prvd. perist. 11, 110 hi *tortores* -ant artus *meos,* tu ⌞-e⌟, Christe, animam (⌞ ⌟ *ad l. 55*). *al.* *ipsi se*: Val. Fl. 1, 749 quin -is hinc animam *tuam eqs.*? (B) *dei* (*cf. p. 114, 58sqq.*): Verg. Aen. 9, 211 (*Nisus Euryalo*) si quis in adversum -at casusve deusve, *sc. me,* te superesse velim. Epiced. Drusi 372 illa *Fortuna* -it iuvenes, sustinet illa senes. Stat. Theb. 8, 325 (*Amphiarao terra hausto*) ne -e tam subitis spirantia corpora bustis (*dat.*), ne propera, *Tellus.* Tac. ann. 2, 71, 1 (*loq. Germanicus*) quod *dei* me parentibus, liberis, patriae … praematuro exitu -rent. *al.* *apud Christ. in bonam partem*: CE 656, 11 (*a. 295/304*) *dominus puellae* animam -uit spiritu sancto suo (Prvd. *l. 47*). *al.*

(III) *-unt varia*: (A) *quaelibet*: Ov. Pont. 2, 8, 47 quem dira tibi, *Livia,* -uit Germania Drusum (Manil. 1, 899 Varum). Manil. 1, 882 gravibus morbis … corpora … corripit … letalis flamma … labentisque -it populos (*item -unt affectiones corporis*: Cels. 2, 1, 15 laterum dolores et insania febricitantium … celerrime -unt. 2, 6, 11 urina … rubra et tenuis … saepe … hominem -it). 4, 461 *Cancri pars undecima* -it (rab- *Bentley; -it locus caeli [sec. doctr. astrologorum] ut p. 114, 61*). Vvlg. prov. 1, 19 semitae omnis avari animas possidentium -unt. Clavd. carm. min. 27, 108 clades te, *phoenix,* nulla -it. Boeth. cons. 4, 6 carm. 32 eadem *temperies* -ens (repet- *var. l.*) condit et aufert obitu mergens orta supremo. (B) *actiones aliorum hominum vel instrumenta* (*cf. e. g. p. 114, 64*): Cvrt. 4, 3, 26 corvi … et ferreae manus … plerosque *oppugnatorum* -bant. Ivst. 2, 2, 13 *non* plus hominum ferrum et arma quam ⌞naturalis fatorum condicio⌟ -ret (⌞ ⌟ *ad l. 26*). Prvd. perist. 12, 11 Petrum -uit sententia … Neronis. Drac. Romul. 4, 37 (*loq. Hercules*) non -it ecce *gladius* meus (meos *trad.*), sed proelia victa reformat (*i. hostes victos*). *al.* (C) *aetas, tempus* (*vel ipsius mortis, vel quo elapso quis moritur; cf. p. 114, 67*): CE 1076, 2 (*saec. I*$^{1}$) quas -uit mortis acerba dies (Val. Fl. 5, 41 socios -it atra d. Carm. de Alcest. 26 me -it … [vi]d⟨i⟩es. CE 1400, 2 [*saec. VI ex.*] *vos* -uit parvos praecipita(ta) d.). Mart. 1, 109, 17 *Issam catulam* ne lux -at suprema totam, picta Publius exprimit tabella. Carm. Année Épigr. 1982 n. 405, 9 (*saec. IV; locus lacunosus*) -uerunt tempora et anni. CE 2075, 2 curva senectus te -it. 2124, 1 (*christ.*) *Optatam tertia* -uit aestas.



**β** *passive* (*saepe p. p. p. [pro subst. e. g. l. 37. 43]; cf. p. 111, 64*): (I) *varia exempla*: Verg. georg. 4, 456 -ta graviter pro coniuge saevit *Orpheus* (*de eadem mortua*: 4, 504. 4, 519 -tam Eurydicen. Ov. carm. frg. 7 bis -itur vixitque semel). catal. 11, 6 te -tum … flebimus. Hor. epist. 1, 14, 7 Lamiae pietas … -to de fratre dolentis. Prop. 4, 11, 66. Ov. Pont. 4, 16, 1 (*4* cum vivis adnumerarer) Nasonis carmina -ti (*hyperbolice de se in exilium misso quasi mortuo; sim. l. 23*). *al.* Corn. Sev. carm. frg. 13, 3 -ti Ciceronis imago (*i. capitis in rostris expositi*). Val. Max. 9, 9, 1 *Caesarem* nefarie -tum (Calp. ecl. 1, 82). Cels. 3, 27, 1$^{A}$ solent …, qui per omnia membra … resoluti sunt, celeriter -i; ac si correpti non sunt, diutius quidem vivunt, sed *eqs.* Sen. Herc. O. 1494. epist. 93, 1 obiurgamus … fatum: 'quare ille ⌞in medio cursu -tus est⌟? quare ille non -itur?' (⌞ ⌟ *ad l. 48sqq.*). 108, 25 (*antea affert p. 113, 28*) optimos quosque primos -i. *et persaepe.*

(II) *c. additamentis indicantibus*: (A) *cui vel unde quis -atur* (*cf. e. g. p. 113, 35. 53. 58*): Verg. Aen. 6, 428 quos *infantes* ab ubere -tos abstulit atra dies (Ven. Fort. vita Germ. 42 extorquente morte -i natum ab u. *cf. p. 98, 18*). Hor. carm. 4, 2, 21 flebili sponsae iuvenem … -tum (*item c. dat. personae*: Ov. trist. 3, 3, 52 [*cf. l. 10*] *me mortuum esse cum audies, coniunx,* non tibi nunc primum … -tus ero: cum patriam amisi, tum me periisse putato *eqs.* Epiced. Drusi 99 -tus es absenti *matri.* 145 Sen. benef. 5, 5, 2. *al.*). Carm. Année Épigr. 1997 n. 946 (*saec. I in.*) -ta conplexu coniugis hic iaceo. Stat. Theb. 8, 102 de luce -i (*cf. gen.* lucis [*ni fallimur*]: CIL VIII 18606 d m s rap(tae) lucis Cordie … con(iugi?) sue … Florus fec(it). 23336 *pater et mater* filiae piissimae et sibi -ta [*pro* -tae?] lucis m⟨…⟩ fecerunt). CE 1297, 4 (*saec. II?*) -ta est vitae, ⌞-ta puerperio⌟ (*ad l. 31sqq.*). *al.* (B) *qua causa vel quomodo quis -atur*: *variis causis* (*cf. p. 113, 45*): Ov. am. 2, 6, 25 *psittace,* -tus es invidia. 2, 6, 39 manibus … avaris (*sc. Mortis?*). Cels. 2, 8, 30 morbus *deiectionis* maxime pueros absumit …; mulier quoque gravida eiusmodi casu -i potest. Sen. Oed. 631 patria *Thebana,* non ira deum, sed scelere *Oedipodis* -eris (*cf.* Octavia 102 per scelus -to patre). Qvint. decl. 329, 13 pestilentia innocentes -bantur. *al.* *morte, fato sim.* (*cf. p. 113, 26*): CE 1051, 2 (*Romae; saec. I*$^{1}$) fato -tam non potes eripere (1071, 2 [*saec. I*] a fatis. Sen. Tro. 636 puer *Astyanax ipse se deiciens* … meliore f. -tus. Lvcan. 10, 22 Stat. Theb. 10, 316 Qvint. inst. 6 prooem. 4. CE 2155, 2 iniquo fat(o) -tus *ego* [*4* ereptus illis, *i. meis*]. *al.*). Sen. suas. 2, 2 indenuntiata sorte -imur (Octavia 66 crudeli. Val. Fl. 3, 689 *comitem* sortibus aevi crede … -tum tibi. CE 467, 4 [*saec. II*] iniqua s. ⌞maligna⌟ -ta iaces [-gne *susp. Courtney*]). Plin. nat. 28, 45 inmatura morte -torum (Plin. epist. 6, 6, 7 Ivst. 7, 2, 5). Sil. 14, 607 *pestilentia exorta* bellator … ignavo -itur leto. CE 2013, 1 (*saec. II/III*) funeri (*abl.*) desubito -tus decumbis in agro (Avson. 10, 23 [182 S.], 9 -tam thalami de sede sororem, heu non maturo f. CIL XIII 8482 [*saec. V/VI*] innocens funere -tus. *al.*). *al.* (C) *qua aetate, quo statu quis -atur* (*cf. e. g. l. 1. p. 113, 33. 35*): Sen. epist. 93, 1 in medio cursu (*v. l. 16*). 99, 31 in prima aetate. 101, 4 in ipso actu bene cedentium rerum … -tus est. Plin. nat. 7, 46 *M. Agrippa* quinquagensimo uno -tus anno. Stat. silv. 5, 3, 73 limine primo fatorum et viridi … ceu -tus ab aevo (*de patre suo ut*: 5, 3, 252 -eris … non indigus aevi, non nimius). Mart. 6, 52, 1 puerilibus annis. *al.* Plin. epist. 9, 9, 3 *mea* praedicatione putas vitam eius *iuvenis mortui* ornari … ipsamque illam, ⌞qua⌟ est -tus, aetatem posse restitui (⌞ ⌟ *plerique intellegunt abl. non temp., sed privationis*). *al.*

**b** *pro obi. est vita, tempus vitae sim.* (*c. dat. personae e. g. l. 60. 62; cf. p. 108, 35*): Prop. 3, 7, 59 (*loq. iuvenis moriens*) di maris Aegaei, … venti et … unda …: quo -itis miseros primae lanuginis annos? (Stat. silv. 5, 1, 178 quos … mihi -it Atropos a.). Manil. 3, 613 *locus quidam caeli* dabit nascentibus annos *tot* vix degustatam -ens sub flore iuventam (*cf. p. 113, 63*). Vell. 2, 66, 4 -uisti tu, *Antoni,* M. Ciceroni lucem (*v. l. 66*) sollicitam et aetatem senilem et vitam *miseram* …, famam vero … non abstulisti (Prvd. perist. 6, 96 v. *non* -it illa *poena* [*i. tormentum*], sed reformat. Avg. civ. 3, 29 p. 141, 31 ferro. Ven. Fort. carm. app. 1, 117 mihi si querulam -ret sors ultima v.). Carm. de Alcest. 117 ⟨h⟩ora propinquabat lucem ra⟨p⟩tura puellae (*adde l. 62*).

**2** *-itur mors sim., sc. ab eo, qui se occidit vel mori vult*: Manil. 2, 585 (*de Oreste et Pylade*) lis una fuit … mortis, alter quod -ret fatum, non cederet alter. Sen. epist. 70, 28 mori -to (*i. -ta morte sua; v. p. 97, 1*). Lvcan. 4, 345 non derat fortis -endo (cap- *var. l.*) dextera leto (Sil. 2, 678). Ivvenc. 4, 631 (*sec. Matth. 27, 5*) *Iudas* -uit … mortem. Damas. carm. 15, 5 martyrium.

**B** *t. t. medicinae; -untur, qui (vel partes corporis, quae) spasmo affliguntur*: Cael. Avr. acut. 3, 16, 126 (*de hydrophobis*) his … partibus

[Reineke]

*corporis,* quae -untur vel conductione vexantur. chron. 1, 4, 64 (*de epilepticis*) alios … -tos diversa diductio … et vultus contortio … sequetur. 2, 2, 63 ut … colla atque humeros -at *caninus raptus.* 4, 8, 107 *quidam* conductione vel contractu membrorum -untur.

**appendicula** *syntactica et stilistica*: **1** *pro obi. (subi. verbi pass.) ponitur maxime subst. (figuram etym.* rapinam -ere *v. p. 91, 22 sqq.) vel pron. (refl. p. 104, 61 sqq. 106, 20. 69. 111, 53) vel enunt. relat., sed (acc. c.) inf. vel enunt. secund. p. 108, 14. 42. 109, 31 sqq.; absolute p. 94, 43. 96, 24 sqq. 38. 101, 43. 109, 52 et saepe* (*supin. v. p. 96, 38. 109, 52*).

**2** *additamenta* (*selecta*): **a** *indicantia, cui quis (quid) -atur, sc. adimendo* (*usum testantur* DIOM. gramm. I 313, 1 eripio abripio -o tibi. IDIOM. cas. gramm. IV 567, 9 -o tibi: *ἀφαιροῦμαί σε, ἁρπάζω σου*): *maxime per dat., e. g. p. 95, 59. 96, 16. 111, 63 sq. 114, 21 sqq., ceterum per praepos., e. g.* ab *p. 109, 36. al.* **b** *indicantia, quo, ad quem statum sim. quis (quid) -atur, p. 93, 52 sqq. 94, 67 sqq. 105, 34 sqq. 106, 25 sqq. et saepissime; memoratu dignum vid. adi.* sublimis *praedicative positum* PLAVT. Asin. 868. *al.* TER. Andr. 861. ACC. trag. 396 sublime (*nisi adv.*). VERG. Aen. 5, 255 OV. met. 7, 222 LIV. 1, 16, 2. *al., cf. adv.* sublime SIL. 6, 235 TAC. hist. 4, 30, 2, in sublime PLIN. nat. 35, 108; *saepe per pron. refl., sc.* ad se, in se, sibi *sim., v. imprimis p. 107, 65 sqq., ceterum e. g. p. 101, 45. 102, 37. 66. 103, 9*; ad *c. gerund. v. p. 95, 39. 106, 37 sqq. 74; huc spectant etiam dat. fin. p. 106, 60,* ut *fin. p. 107, 18.* **c** *indicantia, unde vel qua via quis (quid) -atur, p. 93, 52 sqq. 95, 55 sq. 61 sqq. 105, 41 sqq. 112, 54. 114, 18 sqq. et saepissime.* **d** secum *sim., sc. ad subi. verbi act., e. g.* CIC. Tusc. 5, 81 VERG. Aen. 2, 675 CIRIS 393 LIV. 2, 20, 7 MANIL. 1, 318 SEN. dial. 4, 3, 4. *et saepius.* ?**e** *abl. privat. fort. p. 114, 55.*

**3** *iuxta posita* (*selecta*): **a** *composita verbi q. e.* -ere: HOR. carm. 2, 12, 28 eripi (SEN. Herc. O. 389 ANTH. 463, 16. *al.; cf. l. 42*). MANIL. 1, 882 corripit (CELS. 3, 27, 1$^{A}$ MART. CAP. 1, 15).

**b** *opponuntur vel disting. verba, quibus significantur actiones*: **α** *minus vehementes, minus celeres sim. (raro opp. verbum plus significans, e. g.* latrocinari *supra p. 96, 58): verba sumendi, petendi sim.*: PVBLIL. sent. R 13 petere. HOR. epist. 1, 17, 45 sumas (VAL. MAX. 3, 2, 16). LIV. 33, 38, 6 impetratam. VAL. MAX. 6, 4, 4 meruit. SEN. epist. 94, 66 accepit. *verba ducendi (item sequendi), trahendi, persuadendi sim.*: CIC. de orat. 2, 176 *iudices* trahere. SEN. epist. 23, 8 vexit. QVINT. inst. 7, 2, 44 nulla ratione ductus …, impetu -tus (PLIN. paneg. 14, 3 *p. 95, 40*). 10, 1, 110 non -i …, sed sequi. IVL. SEV. rhet. 3 p. 356, 14 persuadere.
**β** *contrariae*: CIC. fin. 5, 6 revocat (off. 1, 9). OV. epist. 15, 206 dat (SEN. Herc. O. 1494 PETRON. 109, 9 vers. 6 SIL. 15, 106. *al.*). LVCAN. 1, 317 dimittet (*cf.* AVG. civ. 21, 4 p. 495, 4 remittit). SIL. 2, 376 reddi (13, 858 SVET. Aug. 94, 7). MART. 3, 16, 2 tribuit. CE 1051, 2 eripere (*v. supra p. 114, 37*).

*part. praes.* **rapiēns,** -entis *pro subst. masc. adhibitum significat diabolum p. 110, 22.*

*adv.* **rapienter,** *i. q. rapide, celeriter*: VEN. FORT. carm. 9, 7, 22 (*metro Sapphico*) cum labor doctis sit, ut ista *poemata* pangant, dogma nec quisquam -r intrat (intret *Brower, Leo*).

*p. p. p.* **raptus,** -a, -um *pro adi., i. q. rapidus*: CLAVD. DON. Aen. 7, 30 p. 8, 32 licet illum *Tiberinum* -a velocitas volveret, … tamen *eqs.* (*antea*: verticibus [radic- *trad.*] rapidis, *cf. p. 82, 63*). *pro subst. masc. vel fem. e. g. p. 94, 27. 29. 114, 5, neutr. p. 96, 60 sqq. 98, 38 sqq. 112, 29 et saepius.*

*adv.* ?**raptē,** *i. q. rapide, celeriter* (*si recte agnovit Leo*): VEN. FORT. Mart. 4, 651 hinc pete -ĕ vias, *libelle* (*sc.* e *in hexam. correpta, v. indicem rei metr. p. 424; sed fort. est vocat. pro nom. positus part. perf. pass., v. Blomgren, Eranos 42, 1944, 117 et 83, 1985, 26*).

*adv.* raptim *v. suo loco infra.*

*deriv.*: rapax, rapidus, 1. rapina, ?rapister, 1. rapo, rapso, raptim, 1. raptio, raptivus, rapto, raptor (-trix), raptorius, ?raptura, 2. raptus (-ūs).

*compos.*: ab-, ar-, cor-, de-, di-, e-, 1. ob-, per-, prae-, pro-, surripio (*v. etiam* interrapio *p. 92, 15; vix addas* 1. irripio), *cf.* usurpo; busti-, pinnirapus.

*cf. Onom.* (Raptus). *Reineke.*

**rapiōsus** *v.* rabiosus.

?**rapister,** (-trī) *m.* *a* rapere, *si recte legitur* (*cf. fort.* capistrum *a* capere *et subst. masc.* mag-, minister). *i. qui rapit, raptor*: LVCIL. 66 -r (*in var. l., quam praefert Marx; v. supra p. 91, 62 sq.*).

?**rāpistria** *v.* radistria.

**rāpistrum,** -ī *n.* (*an etiam* -us, -ī *m.?*). [*a* rāpum, *ut* rādistria (*q. v.*) *a* rādīx; *suffixum* -is-trum *indicat similitudinem quandam ('genus quoddam rapi'), cf. Sommer, Indogerm. Forsch. 11, 1900, 29. Mei.*] *gen.* -ī *p. 116, 9 neutro generi tribuunt docti; exstare vid. etiam forma dissimilis facta* lap- *p. 116, 9 sqq.* (*de re cf. Leumann, Gramm. 1977, 230 sq.*).
[*calabr., sic.* rapista; *neap.* rapestə, *hirpin.* rapesta *'raphanus sativus'* (*vel 'stultus', ut abrut.* rapéšte). *a forma* lap- (*v. p. 116, 9*): *salent.* lapístra, laprísta (*Rohlfs, Vocab. dei dialetti salentini I, 1956, 286*), *hisp. (Salmanticae), gallaec.* labestro, *port.* labresto; *calabr.* laprísta, lapastra *'genus cichorii, betae sim. vel homo indoctus'* (*Rohlfs, Nuovo diz. dialettale della Calabria, 1977, 356*). *cf. M.-L. 7056 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3208. Corominas-Pascual III 645. Machado$^{3}$ III 367. Schd.*]

*significatur genus herbae* (*'Raphanus raphanistrum' L. sec. André, Les noms de plantes, 1985, 216*; armoracia *disting. l. 9, sed pro syn. est, si placet coniectura, l. 11*): COLVM. 9, 4, 5 vulgares lapsanae nec his pretiosior armoracia -ique holus *eqs.* *forma* lap- (*addasne* 2. lustrus*?*): ISID. orig. 17, 10, 20 armoracia hoc est ⌊lapsana; lapistrus⌋; lapathia: haec *eqs.* ([⌊ ⌋ l. ⟨vel⟩ l. *André, ed. 1981, 239*]. *inde fort.* GLOSS.$^{L}$ I Ansil. LA 319 lapistrum: genus ⟨h⟩erbae).

?**1. rapium** *e coni. dub. p. 88, 8.*

[**2. rapium** *olim legebatur* DIOSC. gr. Vind. 3, 113; *v. ?*ranium.]

**1. rapo,** -ōnis *m.* *a* rapere (*cf.* NON. p. 26, 23 -es a rapiendo dicti [*affertur* VARRO], *unde* GLOSS. V 651, 32). *i. qui rapit, rapere solet (sc. iniuste), fur, praedo sim.*: VARRO Men. 378 praetor vester eripuit mihi pecuniam; de ea questum ad annum veniam ad novum magistratum, cum hic -o umbram quoque spei devorasset.

*cf. Onom.* (*iam aetate liberae rei publ.* CIL I$^{2}$ 1802).

**2. rapō** (*abl. sing.*) *v.* 2. rabo. **rāponticum** *v.* ra.

**rapsito,** -āre. *vox onomatopoetica, qua significatur actio sonandi sturni propria*: GLOSS. Tolet. Festschr. Bieler, 1976, 153 sturnos -are (*cf. loco simili Gloss. I p. 92* s. passitare [*an hinc corruptum?*]).

**rapso,** -ātum, -āre. *a* rapere *frequentative, cf.* rapto. *i. q. frequenter, identidem rapere* (*c. respectu motus; pro obi. sunt homines*): BELL. Afr. 73, 3 *Caesar* dabat operam, ut legiones non in uno loco contineret, sed per causam frumentandi huc atque illuc -ret (-are, repsare *var. ll.*). LAVD. Turiae 2, 15 *cum tu ad M. Lepidi* pedes prostrata humi n⟨on⟩ modo non adlevata, sed … ⟨… indignum in⟩ modum -ta *eqs.* (*textum sic restit. Flach, alii aliter*). GELL. 2, 6, 5 qui fertur et ⌊-atur⌋ atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur (⌊ ⌋ *cod. A saec. IV,* raptatur *cett. et Macr. Sat. 6, 7, 8 locum exscribens*). *Bl.*

**raptātio,** -ōnis *f.* *a* raptare. *de differentia*: GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RA 164 (cod. Paris.) inter -em et rapinam: … -o est ex pondere, rapina pr(a)edae.

*i. q. actio raptandi*: CHALC. comm. 81 (*antea l. 56*) epicyclus per descriptum … circulum naturali motu means contra quam movetur totius mundi -o (*item raptantur caelestia mundo circumacto*: 116 [*antea: si* rapiat eam *stellam Veneris* mundi conversio] si remissior erit -o). SERV. auct. Aen. 1, 483 (*ad p. 120, 18*) *in corpore Hectoris apparuit* frequentis -is iniuria.

**raptātor,** -ōris *m.* *a* raptare. *i. q. raptor; significatur is, qui: virginem, mulierem violat*: MAR. VICTORIN. rhet. 2, 49 p. 297, 41 (*antea in them. controversiae*: raptoris mortem) ut rapta … dicat mortem se optare debere -is *eqs.* (raptoris *var. l.*). *locum spoliat, vastat*: VEREC. in cant. 2, 26 l. 21 in agro occisos gladio (*cf. Ier. 14, 18*) haereticos dicit peremptos a diabolo …; in agro, ubi … incursionibus -um diffusa aequalitate campi ager iste patescit (raptarum *cod. ante corr.*).

**raptātus,** -ūs *m.* *a* raptare. *i. q. actio raptandi* (*in serm. philos.*): CHALC. transl. 43$^{C}$ (*43$^{B}$* cum *animal* sex … raptaretur motibus [*gr. κινεῖσθαι*]) cum corpus aliquod in -u incurrisset ignis offensionem *eqs.* comm. 73 Pythagoreum dogma est … caelestia … impetu nimio et velocitate -us edere sonos musicos ([*cf. Theo Smyrn. p. 140, 1 sq. τῇ ῥύμῃ καὶ τῷ τάχει τῆς φορᾶς*]. *item raptantur caelestia mundo circumacto*: 81 epicyclus intellegatur cum universi mundi vertigine rapi … ab oriente in occidentem -u cotidiano).

?**raptē** *adv. v.* rapio.

?**rapter:** *σφῦρα μεγάλη χαλκέως* CHAR. gramm. p. 452, 40 (*inter masc. lat., quae fem. gr. respondent; eadem fere* GLOSS. II 551, 43). *vox originis parum certae, siquidem recte tradita est; vix probabiliter aut* raster *aut* rostrum *temptavit Conomis, Glotta 46, 1968, 173; gr. ῥαιστήρ confert Forssman in plagulis.* *Kruse.*

⊠**raptim** *adv.* *a* rapere (raptum). *de origine*: PRISC. gramm. III 75, 5 a raptu -m. *de notione*: SYNON. Cic. p. 441, 2 propere. … -m. cursim *eqs.* GLOSS. -m: *ἁρπαγίμως ἢ μετὰ ἁρπαγῆς. ἡρπαγμένως. ὀξέως.* cursim, subito. rapide, velociter. *al.* GLOSS.$^{L}$ I Ansil. RA 170 sqq. (cod. Paris.) -m: celeriter. celerrime. ocius. citius. cursim. propere. festinanter. summatim. leniter (lĕv-*?*). preter spem. †nuturatim (*v.* naturatim). preter opinionem. *legitur (non nisi posit.) in versibus inde a* NOVIO (*semel, v. p. 119, 30*), LVCR. (*quinquies*), VERG. georg., HOR. (*binis locis*), OV. epist. (*semel*), LVCANO (*bis; frequentius e. g. apud* SIL. [*15$^{ies}$*]; *deest e. g.* TIB., PROP., MANIL., SEN. *trag.,* PERS., MART., IVV.), *in prosa orat. inde a* RHET. Her. (*semel*), CIC. (*ter*), CAES. (*semel; maxime frequentatur a* LIV. [*87$^{ies}$*]; *deest e. g.* SALL., VITR., QVINT., DIG., COD. Theod. *et* Iust.).

*[Davies – Bl.]*

[*confunditur in codd. maxime c.* rapere, *sc. fere p. p. p.* raptus, *e. g.* Liv. 21, 14, 1 Stat. Theb. 2, 363 (*in var. l. falsa* Lvcan. 1, 433 Frontin. strat. 2, 8, 1; *restit. l. 33. p. 118, 2*), *ceterum c.* 2. raptus *p. 124, 39,* partim Liv. 29, 28, 9. 30, 9, 3. *al.* (*restit. e. g.* Liv. 26, 44, 11 [*Crevier*]. Don. Ter. Phorm. 254, 2 [*Bentley*]; *e coni. incerta Lambini* Lvcr. 6, 851).]

*i. q. modo (se) rapientis*: **I** *usu communi fere i. q. celeriter* (*pendet fere e verbis, sed ex adi. p. 118, 50; iuxta ponitur e. g.* avide *p. 119, 11,* cursim *l. 59,* perniciter *l. 17,* praepropere *p. 118, 26,* velociter *l. 56. 62. p. 119, 26, v. etiam l. 70sq.*): **A** *praevalet respectus motus celeris* (*hic certiora tantum attulimus; v. ad B1*): **1** *accedit ad verba celeritatem indicantia* (*per imag. motus l. 14. 22. 25. 30*): **a** *varia*: Rhet. Her. 4, 51, 64 iste se -m domum suam conicit. Petron. 78, 8 -m ... tam plane quam ex incendio fugimus (Avien. Arat. 1762 si fugiunt volucres -m freta turbida. Orient. comm. 1, 255 -m fugiens ... honestas. *hucine iam* Verg. *l. 49?*). Sil. 6, 558 hic -m ruit in muros; vox horrida fertur 'hostis adest'. Sol. 19, 1 -m fugam properat *avis* (Amm. 14, 2, 9 -m ... properantes [*postea*: celeritate nimia]. Sidon. epist. 2, 7, 2 -m perniciterque. *cf. l. 41. 61. p. 118, 22. 59. 119, 6. 23*). **b** currere *eiusque composita*: Cic. Att. 1, 20, 4 -m in eam sententiam pedarii cucurrerunt. Liv. 25, 39, 7 adeo ⌊-m a⌋ (*Gronovius*; raptiva, rapti(m) *al. codd.*) captis ... castris in altera transcursum castra ab Romanis est, ut *eqs.* (Plin. nat. 34, 53 insignes *artifices* -m transcurram [*i. explicabo*]. Apvl. met. 9, 1, 2). perioch. 142 *frater Drusi* nuntio valetudinis evocatus -m adcucurrerat. Amm. 18, 9, 3 -m percursis itineribus ([-cuss- *vel* -culs- *codd.*]. Carm. de fig. 61 fit percursio [-cuss- *trad.*], percurro cum singula -m [*i. explico*]). **c** *composita verbi q. e.* volare: Petron. 91, 3 -m ... in hospitium meum pervolo (Oros. hist. 5, 10, 4 in Asiam). 105, 8 -m ... ad puerum devolat. Dict. 2, 46 *Thraces* ⌊-m⌋ (rapiunt (arma) *var. ll.*) ac sine ullis ordinibus ... ad naves evolant. Avg. conf. 11, 15, 20 *praesens tempus* ita -m ... transvolat, ut nulla morula extendatur.

**2** *cetera exempla* (*per imag. motus l. 44. 52. 59sq.*): **a** -m *mittere, ducere, ferre sim.*: Lvcr. 1, 662 *si rebus desit inane,* fieri ... ex omnibus unum corpus, nil ab se quod possit mittere -m (*Pontanus*; raptis *codd.*), ... ignis uti lumen iacit *eqs.* 4, 423 stantis *in flumine* equi corpus transversum ferre videtur vis et in adversum flumen contrudere -m. Liv. 1, 11, 1 -m ... ad hos *hostes* Romana legio ducta (5, 37, 7 velut tumultuario exercitu -m ducto. *al.* Cvrt. 5, 13, 5 -m agmen cursus magis quam itineris modo ducit. Tac. hist. 3, 18, 2). 6, 28, 2 -m agmine acto ([facto *codd. vetust.; v. Oakley, comm. 1997, ad l.*]. 21, 41, 4 in modum fugientium. *al.* Cvrt. 5, 4, 34. 9, 10, 14. *al.*). 30, 10, 2 signa ... -m ferri sunt coepta (Sil. 12, 350 Torquatum -m properata ferentem signa). Sil. 6, 521 fluvio -m ad pelagi devolvimur oras. Tac. ann. 6, 33, 3 Hiberi ... Sarmatam (*sing. collect.*) in Armenios -m eff⟨und⟩unt. Apvl. met. 4, 11, 2 Lamachum -m reportamus (*cf.* Comm. apol. 63 mei similes, quos -m aura deportat, quaerite iam portum, *sc. quem praebet Christus*). *al.* **b** *varia*: Lvcr. 3, 1002 (*respic. labor Sisyphi*) *saxum* rusum volvitur et plani -m petit aequora campi (Avien. Arat. 1106 *Aquila sidus* totis -m petit aequora pinnis [rapti *var. l.*]). Verg. georg. 1, 409 (= Ciris 541) *Scylla in avem mutata* fugiens -m secat aethera pennis (*nisi* f. -m *iungas, ut ad 1a pertineat*). 2, 427 poma ..., ut primum ... viris habuere suas, ad sidera -m ... nituntur. Liv. 5, 37, 5 ad quorum *Gallorum* praetereuntium -m tumultum. 26, 5, 3 *Hannibalem* tam -m euntem (28, 8, 1. Sil. 4, 10 itur in acres bellorum -m curas. Serv. Aen. 5, 316 ['corripiunt spatia'] -m eunt [raptum *var. l.*]. Orient. comm. 2, 355 celeratis gressibus). 31, 24, 3 *rex* aeque -m ac venerat transgressus ponte Euripum ... Athenas ducit (Hier. in Os. 8, 1 l. 32 tam -m, tam velociter). *al.* Sil. 12, 266 avehitur -m ductor. Tac. hist. 2, 54, 2 *libertus* ⌊-m in⌋ (rapidum *trad.*) urbem vectus (4, 50, 1). Vvlg. Iob 6, 15 sicut torrens, qui -m transit in convallibus (Avg. civ. 4, 5 p. 152, 3 *imperatores* per ipsum imperium ... cursim -mque transierunt). Cypr. Gall. exod. 72 -m ... puer *Moses* prorepsit ad annos, primaevo qui flore virent. Svlp. Sev. dial. 2, 3, 5 -m abire properavimus. Physiogn. 23 oculi, qui ⌊-m et velociter⌋ moventur (*cf. gr. p. 310, 9* ταχέως). *al.*

**B** *praevalet fere respectus temporis brevis, sive quod occupatur, dum quid fit, sive quod praeterit, antequam quid fiat vel fieri incipiat. quas significationes, cum saepe vix distingui possint, infra non separavimus, sed satis habuimus hic pauca probabiliora afferre: elucet enim sensus prior sub 2a et 2b praeter p. 118, 49, ceterum e. g. l. 75. p. 118, 12. 119, 5. 14; sensus posterior sub 2cβ et e. g. p. 119, 13. 23 et in structuris* nec mora, ... -m *p. 118, 6. 19,* vix ..., cum -m *p. 119, 27.* *accedit hic illic notio q. e. parum accurate, ita ut in contextu occurrant e. g.* temere *p. 118, 26,* tumultuarie *p. 118, 31* (*cf. adi. e. g. p. 118, 68*), turbulente, turbate *p. 118, 24sq.; quae notio praevalere vid. p. 119, 1sq.* (*ubi iuxta ponitur* occulte, tenuiter, *opp.* solide).

**1** *accedit ad verba motum significantia* (*cf. exempla sub A allata, a quibus non nulla aegre distingui possunt*): **a** -m *ire, se movere, vehi, aliquo accedere sim.*: Lvcr. 1, 1106 *ne* terra ... se pedibus -m subducat (*cf. 1103* subito, *1109* temporis ... puncto. *sim. l. 12*). Aetna 466 subito effervent onerosa incendia, -m (raptis *trad.*) accensae subeunt moles (Petron. 97, 4 ut *puer* -m grabatum subiret). Liv. 21, 32, 13 *Hannibal* -m angustias evadit (38, 2, 8). 27, 31, 2 *rex* -m ... cum equitatu profectus iussis subsequi peditibus (Tac. ann. 1, 34, 1). *al.* Petron. 128, 4 -m ... aedem Veneris intravit. Stat. Theb. 1, 310 nec mora, sublimes -m ... volatus carpit *Mercurius.* 2, 363 sic ait *Polynices* et caro -m se limine profert. Frontin. strat. 2, 2, 4 *dux* collis ... verticem ... -m adeptus. 2, 10, 2 *dux una castra hostium adgressus* eadem nocte -m famam rei gestae praegressus altera eorundem castra invasit. Tac. ann. 11, 37, 3 *libertus* -m in hortos praegressus. *al.* **b** -m *ducere, ferre, mittere, trahere sim.* (*exempla selecta post* Liv.): Lvcr. 6, 605 ne pedibus -m tellus subtracta (-structa *trad.*) feratur. Liv. 1, 29, 4 -m quibus quisque poterat *domo* elatis (Svet. Nero 33, 3 *Britannicum necatum* -m ... tralaticio extulit funere). 9, 43, 12 -m conlatae *sunt* sarcinae in medium. 9, 43, 13 confestim arma capere iussis -mque eductis in aciem militibus (21, 54, 8. *al. apud eundem*). 22, 6, 10 sublatis -m signis (37, 30, 7 dolonibus). *et saepius.* Sil. 12, 607 caelicolis -m excitis. Tac. hist. 4, 18, 1 equites haud longe agentis -m transmisit. Apvl. met. 2, 17, 1 nec mora, cum ... cibariis vasculis -m remotis *eqs.* Pallad. 1, 36, 2 tectum ..., sub quo propter imbres subitos frumenta ... -m ... ponantur. Amm. 31, 13, 9 comes Batavos ... ad imperatoris praesidium -m cogere properans *eqs.* *al.*

**2** *cetera exempla*: **a** -m *agere, gerere sim.*: Cic. dom. 139 *cum Clodius* ageret illam rem ita -m et turbulente, uti *eqs.* (Caes. civ. 1, 5, 1 aguntur omnia -m [rup- *var. l.*] et turbate. Liv. 22, 19, 10 -m ... omnia ⟨ac⟩ praepropere agendo. 23, 20, 9 nihil -m nec temere agendum *esse.* 26, 25, 4 his -m actis. *al. apud eundem*). Liv. 32, 13, 15 haec -m intra paucos dies ... gesta (Paneg. 4, 30, 2 pugna -m gesta). 33, 32, 10 ludicrum ... ita -m peractum est, ut nullius ... oculi spectaculo intenti essent (36, 10, 6). Svet. Nero 41, 2 transacta ... -m consultatione. Amm. 24, 2, 18 his -m et tumultuarie agitatis.

**b** -m *scribere, dicere, legere*: Cic. Att. 2, 9, 1 haec scripsi -m (*cf.* Hier. epist. 45, 6, 1 conscripsi). Petron. 101, 6 -m causas odiorum ... exponit (*item -m declaratur argumentum*: Ter. Mavr. 258 expedire. Hil. coll. antiar. p. 102, 2 -m ... haec ... ingerebantur. Greg. M. moral. 3, 56 moralitatis intelligentiam -m tangentes [*antea opp.* membratim]. *cf. p. 117, 22. 25*). Avr. Fronto p. 105, 6 ex⟨cer⟩pere po⟨tui ...⟩ ... paululum ... ex Ciceronis oratione, sed quasi furtim, certe quidem -m (*textum restit. Hauler; cf. quae resp.* Fronto p. 224, 13 te vix quicquam nisi -m et furtim legere posse ... scripsisti). Ter. Mavr. 479 *quasdam* syllabas primas necesse est ore -m promere (*item respic. tempus syllabae*: Avg. mus. 2, 1, 1 syllabas -m et minime diu ... enuntiari [*opp.* productius et diutius]. Fin. Metr. gramm. Corazza p. 115 l. 47 quotiens -m medias syllabas dicimus [*antea opp.* cum aliqua mora]. *cf. p. 119, 26*). Don. Ter. Phorm. 254, 2 -m reddita salute (*si recte restit.*; partim ad(d)ita *codd.*). Hier. epist. 57, 2, 2 accito notario -m celeriterque dictavi (*postea*: breviter adnotans). Prvd. perist. 9, 24 (*de arte notarii*) -m ... punctis dicta praepetibus sequi. Avg. epist. 130, 20 *orationes* brevissimas et -m quodam modo iaculatas. Cypr. Gall. gen. 399 (*sec. 11, 7*) varias -m prorumpere voces diversosque sonos. *al.* -m *accedit ad adi.*: Ter. Mavr. 1383 iambus, pes virilis acer et -m citus. Avg. epist. 137, 7 in re ... -m transitoria (*i. sermone*).

**c** -m *sumere, capere sim.*: **α** *cibum, potum*: Liv. 5, 44, 6 cibo vinoque -m hausto. 31, 42, 4 ut ... -m cibum caperent. Lvcan. 7, 330 (*v. l. 61*). Plin. nat. 17, 99 semine ... -m avium fame devorato. 23, 29 *mustum* a balneis -m et sine interspiratione potum necat. Svet. Dom. 21 convivabatur ... large, sed paene -m, certe non ultra solis occasum *eqs.* Apvl. met. 3, 13, 1 *ego* -m ... cenula perfunctus *eqs.* *al.* **β** *arma*: Liv. 21, 42, 3 alacer ... arma -m capiebat (33, 15, 8 Cvrt. 3, 8, 25. Ivl. Val. 2, 15 l. 753 *Persae* quam -m arma capere ... properabant [*sic Heraeus*; quamquam -m (*vel* partim) *codd.,* quaqua -m *Mueller*]). Lvcan. 7, 330 arma ... -m sumpta *sunt* Ceresque viris. Sil. 2, 134 illum -m promentem in proelia telum. **γ** *reliquias martyrum*: Prvd. perist. 6, 132 leguntur ossa, quae -m sibi quisque vindicabat.

**d** -m *exstruere, munire sim.*: Liv. 21, 14, 1 argentum ... in ignem ... -m (raptum *var. l.*) factum *coniecerunt* (21, 26, 9 alveos. 29, 1, 14 ex viridi materia -m factae erant *naves.* 32, 6, 6 ponte -m facto). 27, 12, 10 castra ... -m ante noctem permunita *sunt.* 42, 63, 4 novum *murum* tumultuario opere, -m ... congestis saxis, exstruebant. *al.* Cvrt. 4, 3, 13 *muros* -m obstructis saxis refecerunt. Lvcan. 8, 713 Pompeio *mortuo* -m tumulum Fortuna paravit. Val. Fl. 8, 288 quae ... die fuerat -m formata sub uno ... ratis. Tac. ann. 2, 24, 3 quas *naves* -m refectas. 15, 6, 2 -m erectis tuguriis. *al.*

**e** -m *percipere, intellegere sim.*: Avg. in psalm. 41, 10 acie mentis aliquid incommutabile, etsi perstrictim et -m, perspicere potuimus. Greg. M. moral. 5, 51 (*ad Iob 4, 12*) subtilitatem locutionis ... mens

[*Davies – Bl.*]

et -m et occulte cognoscit. 5, 52 *dei* opera -m tenuiterque pensamus. 5, 58 haec *invisibilia* non solide, sed -m videmus.

**f** *quaelibet* (*selecta inde a* SVET.): HOR. carm. 3, 6, 27 *adultera non* eligit, cui donet impermissa -m gaudia. epist. 2, 2, 198 distat ..., spargas tua prodigus an ... exiguo ... fruaris tempore -m (SCHOL. mire '-m', nam si diutius, luxuria est). OV. epist. 18, 113 oscula congerimus properata sine ordine -m. LIV. 5, 13, 4 -m mutatione *caeli* in contrarium facta (6, 31, 6 quam *populationem* Volscus latrocinii more ... -m fecerat. SEN. epist. 40, 5 inhibenda *est* luxuria, corripienda avaritia; quid horum -m potest fieri?). 8, 11, 10 tumultuarius undique exercitus -m conscriptus (42, 52, 10). 9, 35, 3 Etrusci ... proelium ineunt adeo -m et avide, ut *eqs.* 29, 4, 2 dilectus -m ... haberi placet (*sim.* 33, 19, 3). 31, 32, 2 praecipitata -m consilia. *et saepius.* SEN. dial. 9, 14, 10 non -m relinquetur (*i. in oblivionem veniet*) magnus vir. nat. 4, 13, 10 ardentes boletos et -m ⌊indumento⌋ suo mersatos (in condimento *var. l.*). CVRT. 4, 10, 12 fugientes -m tectis ... iniecerant flammas. PETRON. 94, 7 adduxit repente ostium cellae ... exemitque -m clavem. SIL. 10, 641 (*post cladem Cannensem*) -m ... servitia armantur. *et saepius.* STAT. Theb. 12, 640 dux videt, ut *milites* ... -m (raptis *var. l.*) dent oscula natis amplexusque breves. TAC. ann. 16, 13, 2 servitia perinde et ingenua plebes -m extingui *peste.* PLIN. paneg. 34, 5 navigia -m conquisita. SVET. Aug. 79, 1 -m compluribus simul tonsoribus operam *dabat.* APVL. met. 9, 20, 4 -m tunicas iniectus ... procurrit. HIST. AVG. Tac. 2, 5 *exercitus* creare imperatorem -m solebat. AMM. 29, 6, 1 properata ... -m proclivia (*v. vol. X 2, 1538, 42sqq.*). AVG. conf. 6, 12, 22 illud, quod ipse *Alypius* -m et furtim expertus esset (*i. concubitum*). mus. 1, 1, 1 si tympanum ... bis percuterem tam -m et velociter, quam cum enuntiamus ... 'bonus'. CYPR. GALL. num. 299 (*sec. 12, 10*) vix haec ediderat *deus,* cum -m nube remota *eqs.* *al.*

**II** *usu singulari describitur actio eius, qui in lusu rapit, non dat* (*opp.* datatim): NOVIVS Atell. 22 in molis non ludunt -m, pilā datatim †morso (moris est *Bücheler, alii alia*). *Davies-Bl.*

**1. raptio,** -ōnis *f.* *a* rapere. *de notione et differentia v. p. 88, 12 sqq.* [*port. vet.* rouçom *'raptus mulieris'. cf. M.-L. 7062. Schd.*]

*i. q. actio rapiendi, raptus*: TER. Ad. 356 Ctesiphonem audivi filium una fuisse in -e *virginis* cum Aeschino (*cf.* EVGRAPH. Ter. Ad. 355 Demea ... opinionem comperit, quod filius suus interfuerit -i). ARNOB. nat. 5, 37 Proserpinae. AVSON. app. A 6 Il. praef. (420 S.) l. 18 Helenae.

**2. raptio** *v.* rapto.

**raptito,** (-āre). [*a* raptare. *Mei.*] *inter frequentativa affert* GELL. 9, 6, 3 -o, *sc. ut a* rapio, raptus *derivatum.*

**raptīvus,** -a, -um. *a* rapere (raptus). *i. qui raptus est*: ACT. Archel. 67, 10 *cum tenebrae* nequiores de meliore *luce* sumpsissent ... speciem ... lucis atque enfasin, ⟨et enfasin⟩ (*suppl. Beeson, alii alia*) boni -a mutatione traxerunt (*an legas* mut⟨u⟩at-*?*).

※**rapto,** -āvī, -ātum, -āre. *a* rapere *frequentative.* *scribitur* -pti- *pro* -pt- INSCR. *p. 121, 54.* *inf. praes.* -arier ENN. scaen. 101.
*de notione et differentia*: SERV. Aen. 2, 272 -tus: frequentativo utitur, ut supra ([*sc.* VERG. *p. 120, 19*]. *cf.* DIFF. ed. Beck p. 80, 2 inter raptum et -tum: raptum semel, -tum saepius. *sim. l. 51 et* GLOSS.$^{L}$ IV dub. Plac. R 1 -er: frequenter rapiar). auct. *ibid.* -tus: id est tractus. GLOSS. -o: ἁρπάζω. -are: rapere. -verat: frequentius rapuerat. saepius traxerat. -ti: tracti, separati. *sim. al.; v. etiam p. 120, 11.* *legitur maxime in versibus inde a* PLAVTO, ENN., LVCR. (*saepius apud* VAL. FL. [*octies*], SIL. [*15$^{ies}$*]), *in prosa orat. raro inde a* CIC. (*bis*), TAC. (*quater*), APVL. (*bis*). [*port.* raptar *'mulieres abducere'. cf. M.-L. 7060. Machado$^{3}$ V 40. Schd.*] [*falsa var. l. pro* rapere LVCAN. 9, 276 PS. APVL. Ascl. 28 (*falso trad.* VAL. FL. 2, 289 CORIPP. Ioh. 2, 285), rapsare *p. 116, 32; falso trad. pro* captare LAVS Pis. 180, ructare SEN. suas. 6, 3.]

*fere i. q. rapere* (*vi intensiva vel frequentativa [v. l. 47] partim evanida*): **I** *corporaliter*: **A** *-antur, qui (quae) loco moventur* (*sc. fere violenter [e. g. l. 66sqq.] vel celeriter [e. g. p. 120, 34sqq.]; unde vel quo -etur, indicatur per praepos., sc. maxime* ad, *e. g. p. 120, 2. 7sq., ceterum* de *p. 120, 12,* in *c. acc. p. 120, 38. 41. 44. al.,* inter *p. 120, 37,* per *l. 69. 72. 75. al., vel per adv., e. g.* huc atque illuc *p. 120, 60. 121, 11* [*cf. p. 120, 45*], quo *p. 121, 15*): **1** *respic. actiones animantium* (*vis vel arbitrium equorum l. 72sq.*): **a** *qui quem invitum trahunt* (*etiam cadavera, v. p. 120, 15sqq.*): **α** *in universum* (*hyperbolice p. 120, 4, in imag. p. 120, 13*): PLAVT. Aul. 632 (*servus ad senem*) quid me -as? qua me causa verberas? ENN. ann. 40 (*somnium Iliae*) me visus homo ... per amoena salicta et ripas -are. CIC. dom. 59 uxor ..., quam vexavistis, -vistis, ... lacerastis (*sim.* Sest. 145 dissipati liberi, -ta coniunx). LVCR. 5, 398 cum Phaethonta rapax vis solis equorum aethere -vit toto terrasque per omnis (OV. met. 2, 234 arbitrio volucrum -atur equorum. CORIPP. Ioh. 1, 338 flammivomis -tus equis. *cf. p. 120, 14; sim.* -at equus consternatus [*cf. p. 120, 36*]: STAT. Theb. 7, 633 sonipes ... *equitem* diversa per agmina -at). OV. met. 12, 223 *a centauro* -atur ... comis per vim nova nupta prehensis. SIL. 4, 786 *Hannibalis* proles ... Stygias -atur ad aras, *sc. ut immoletur.* STAT. Theb. 9, 161 manu Tyria tibi captus Adrastus -atur, *Hippomedon.* silv. 3, 5, 18 (*hyperbolice; ad uxorem*) quas ... comitem te -o per undas, *sc. in patriam reversurus*? APVL. met. 7, 25, 5 (*verba furis*) quid me -atis violenter? quid invaditis? Socr. 16 p. 155 (*cf. IIA2a*) *vitā editā daemonem* -are ilico et trahere *animam* veluti custodiam suam ad iudicium *ait Plato* (*cf.* PRVD. c. Symm. 1, 370 qui *daemon* te ... -at [rapta⟨m⟩ *var. ll.*] ad aethram). AMM. 14, 7, 16 *captivos* coniunctos per ampla spatia civitatis ... -vere ([*Gelenius,* parav- *codd.*]. *sim.* HIST. AVG. Max. Balb. 14, 5). SERV. auct. ecl. 6, 76 qui fertur et -atur et huc atque illuc distrahitur, 'vexari' proprie dicitur (*e Gell. 2, 6, 5 [v. p. 116, 32], ut* MACR. Sat. 6, 7, 8). PRVD. perist. 10, 44 de sacrariis -are plebem *ecclesiae* mancipandam vinculis. *al.* *in imag.*: COLVM. 10, 216 *cur* volitare per aethera ... passus equos audax sublimi tramite -or? (*cf. p. 119, 72*). **β** *speciatim -antur cadavera dehonestanda*: *Hectoris*: ENN. scaen. 101 (*loq. Andromacha*) vidi ... Hectorem curru quadriiugo -arier (*cf. Eur. Androm. 399* σφαγὰς ... Ἕκτορος τροχηλάτους). VERG. Aen. 1, 483 *Achilles* ter circum Iliacos -verat Hectora muros (*inde* AVSON. app. A6 Il. 22 [442 S.], 5). 2, 272 -tus bigis (*item* AVSON. 12, 18 [235 S.], 3). *aliorum*: VERG. Aen. 8, 644 Mettum in diversa quadrigae distulerant ... -batque viri ... viscera Tullus per silvam. VAL. FL. 6, 361 (*cadaver socii huc, hostes illuc trahunt*) -ta ... limite in arto membra viri ... meant. CLAVD. 21, 100 (*ad Stilichonem*) vesano *non* -as ... curru funera, *i. cadavera hostium.*

**b** *qui praedantur* (*-ant milites praeter* PRVD.); *pro obi. est*: **α** *id, quod aufertur, abducitur*: SIL. 9, 11 *milites* sparsi ad pabula campis vicinis -anda. 12, 275 *victores* -ant currusque virosque *elephantosque.* 15, 693 *miles coepit* -are perempto gemmiferi spolium cultus ... *et* exuvias. PRVD. psych. 555 *avaritia se gerit* tamquam nil -et avare. DRAC. Orest. 311 Troianas -ret opes, spes una manebat *Aegistho.* **β** *id, unde (is, a quo) quid aufertur* (*sc. struct. inversa*): STAT. Theb. 6, 115 ut cum possessas ... victoribus arces dux -are dedit. TAC. ann. 4, 23, 1 -bat Africam Tacfarinas. 12, 54, 3 *Galilaei et Samaritae* -are inter se (*i. se invicem*).

**c** *qui celeriter, raptim trahunt vel ducunt* (*sc. sine notione invitum ducendi* [*v. sub a*]): **α** *quilibet animantes*: SIL. 1, 223 hinc iuga cornipedes erecti bellica, *i. currus,* -ant (*equi ut*: STAT. Theb. 9, 685 illum *iuvenem* acies inter medias ... venator -bat equus). AVSON. Mos. 256 stridenti verbere praedam ... in obliquum -at puer *piscans.* **β** *milites*: SIL. 3, 407 *Hannibal* per campos agmina ... -at ([aptat *var. l.*]. *cf.* 16, 31 *Hanno* adventabat agens ... agmina ... barbara et indigenas ... -bat Hiberos [capt- *var. l.*]). 4, 218 accitas ... in proelia consul -bat turmas (8, 404 Tullius ... -bat in agmina t.). 5, 533 *ductores* properantia signa citato -bant cursu (16, 80 -at dux obvia s.). 9, 574 *Hannibal* moderantem ... Lucas Maurum in bella boves, *sc. elephantos,* stimulis maioribus ire ac -are iubet (*an intrans.?*). TAC. hist. 3, 22, 3 globus capta *vexilla* ex hostibus huc vel illuc -bat.

**2** *respic. effectus rerum naturalium* (*in imag. et compar. l. 57*):
**a** *generatim*: LVCR. 1, 279 sunt ... venti ... corpora caeca, quae ... nubila caeli verrunt ac subito vexantia turbine -ant (*cf.* AVIEN. Arat. 872 his signis austri -bunt flabra fluentum). VAL. FL. 6, 748 *Perses* turbine ... erigitur paulum⟨que⟩ levi -tus in aethra *eqs.* (*cf. l. 8*). TAC. ann. 1, 30, 2 *signa* turbine atque unda -bantur, *sc. propter imbres saevos.* ANTH. 931, 25 *torrens* saepe domos ..., saepe ... moenia -at. HIER. in Is. 11, 40, 12 l. 80 G. qui *pulvis* vento -ante ... in oculos mittitur (*cf.* vento -ari: VVLG. Ier. 13, 24 quae *stipula* v. -atur in deserto. FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 18, 2 quae v. -atur palea [*sim.* POMER. 3, 10, 2]). MART. CAP. 1, 14 amnes *varios* diversicolor fluentorum discrepantium unda -bat. *in imag. et compar.*: HIER. in Eph. 4, 13 p. 502$^{A}$ (*ad 4, 14* circumlati ... vento doctrinae) doctrinarum flatu in diversa -tum *apostolum.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 9, 3 videbantur mihi ... *quidam* tamquam ... ostreorum testae huc atque illuc distrahi fluctibus et -ari. **b** *speciatim respic. ambitus caelestis sim.*: ARNOB. nat. 1, 2 p. 2, 22 *num* vertigo ... mundi ... praecipiti coepit volubilitate -ari? AVSON. 20, 3 (333 S.), 11 (*ad annum*) prono -te polo. MART. CAP. 1, 27 quae *stellantis mundi sphaera extima* acuto -batur ... tinnitu. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1, 1 p. 349$^{B}$ quae, *sc. volubilis materia,* incessabili rotatione -atur (*gr.* τῇ ἀστάτῳ περιφορᾷ).

**3** *cetera exempla*: **a** *-antur res*: LVCR. 4, 1096 (*in imag.*) quae *simulacra hominis amati* vento spes -at saepe misella (raptast *var. l.,* iactat *coni. Butterfield, Cambr. Class. Journ. 55, 2009, 53, alii alia*). STAT. Theb. 5, 375 arbor *navis in tempestate* ... instabili procumbens pondere curvas -at aquas. CLAVD. DON. Aen. 10, 600 p. 369, 21 cum *turbines* inmenso furore -antur (*fort. mediopass. ut*: MART. CAP. 1, 14 duo *amnes* ... -antur).
**b** *-antur animantes* (*sc. variis de causis; maxime pass. [mediopass. vix distingui potest], act. l. 75sq. p. 121, 3. 14; in imag. p. 121, 10*): VERG. georg. 3, 292 me Parnasi deserta per ardua dulcis -at amor. VAL. FL. 2, 575 *Her-*

*[Kruse]*

*culem* ad Scythici … ostia ponti -at iter. 4, 402 *Io* per urbes -atur Graias atque … flumina (*cf.* 7, 146 *Medea in somno* Thessalicas -ta per urbes). Sil. 7, 74 patres Latiasque nurus -bat ad aras cura deum. Avien. orb. terr. 665 *Vlixis* tellus … exulis et toto -ti … profundo. Amm. 17, 12, 2 ne … feminarum visu exagitati -rentur (*equi ut*: Clavd. Don. Aen. 11, 490 p. 489, 21 aut ventris aut libidinis causa -atur. Ambr. Nab. 15, 65 indomito furore in praerupta … -atur [rapitur *var. l.*]). Clavd. Mam. anim. 2, 12 p. 147, 10 si per haec *intercaelestia* -tus apostolus usque in tertium caelum venit (*cf. II Cor. 12, 2* raptum). Fvlg. Rvsp. epist. 3, 29 ad gehennam miserorum … mortifero casu -atur *diabolus*. *al.* *in imag.*: Hier. in Nah. 3, 1 l. 87 dum huc atque illuc genus -atur humanum. Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 48 eum nolumus humanis studiis contentionibusque -ari (*cf.* Sidon. epist. 7, 9, 2 cum me … seditiones, studia, varietates in diversa -rent). Favst. Rei. epist. 3 p. 176, 8 *si quam* regionem cogitet *anima,* ibi tantum sensu commorante defigitur, quo animi intentione -atur.

**B** *-antur, qui vehementer vel celeriter moventur* (*usu pass.* [*mediopass. vix distingui potest*]): Potam. subst. l. 400 C. ut si *oculus* -tus in dexteram vibreo sollicitetur aspectu, mox alius socii sequatur intuitum. Amm. 15, 12, 4 *Galli ebrii* -antur discursibus vagis. Macr. Sat. 7, 9, 5 fit his, qui -antur in gyros, hebetior auditus, visus obscurior *eqs.*

**II** *incorporaliter*: **A** *-antur animantes*: **1** *generatim -antur, qui agitantur, commoventur* (*syn.* impellere *l. 37*): **a** *varia exempla*: Plavt. Cist. 216 (*loq. amator*) me Amor lassum animi ludificat, fugat, agit, appetit, -at *eqs.* (Sil. 13, 720 *Scipionem* -bat a. priscos cognoscere manes. *cf.* amore -ari: Clavd. Don. Aen. 7, 495 p. 76, 6 laudis a. [11, 155 p. 429, 31]. 10, 325 p. 336, 2 adolescentis a. ⟨r⟩aptatus est. *al.*). Val. Fl. 1, 798 (*loq. Aeson*) sacer effera -et corda *Peliae* pavor. 3, 55 *tales* metus … *non* Gorgo sparserit aut tantis aciem -verit umbris *quam Pan* (*cf.* Amm. 22, 16, 3 cum … furiarum imaginibus -retur *homicida*). Evagr. vita Anton. 19 p. 871 fragili cupiditate *non* -bimur ([*gr.* ἐπιθυμίαν ἕξομεν, *Vita p. 34, 21* desiderium habemus]. Amm. 31, 10, 7 alta pugnandi c. -tus. Ambr. in psalm. 118 serm. 16, 45, 3 avaritiae c.). Ps. Ambr. tract. Gratian. l. 36 *Iudas* -tus spiritu iniquitatis exstitit *persecutor.* Hier. quaest. hebr. in gen. p. 67, 21 quasi furore …, sic crudelitate -ti muros … urbis *everterunt.* Rvfin. Basil. hom. 1, 1 l. 34 *si quis* fero ac rabido furore -etur, … rabies ferocitatis abscedit (Ivlian. in psalm. 13, $3^{g}$ non proelii necessitate impelli, sed solo f. -ari. epit. in psalm. 61, $4^{b}$ sanguinis f. -amini. *adde l. 34; cf. l. 7. p. 120, 71*). Prvd. cath. 2, 42 illum forensis gloria, hunc triste -at classicum. Boeth. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 215, 19 si haec … perlegissent, numquam tantis -rentur erroribus (cons. 1, 3, 12). *al.*
**b** *indicatur, quam ad rem (vel qua in re) quis -etur* (*accedit inf. l. 44*): Sil. 10, 91 *Iuno verbis Hannibalem* iuvenem … ad proelia -at. Val. Fl. 2, 625 *Lampsacum* suus in venerem -at deus, *i. Priapus.* Nemes. ecl. 3, 56 -antur amantes (amanti *var. l.*) concubitu Satyri … iungere Nymphas. Clavd. Don. Aen. 12, 20 p. 549, 15 in omnis casus … temeritate -atur *iuvenis.* 12, 70 p. 561, 1 qui … tanti mali necessitate -batur in bellum *eqs.* Rvfin. Basil. hom. 2, 3 l. 125 ut, dum in ˪haec˩ sollicitudinis tuae intentione -aris, illa … neglegas (˪ ˩ hac *var. l., om. cod. unus*). Evcher. epist. ad Val. p. $720^{B}$ l. 469 *per oculos* in futurorum cupiditatem … -amur.

**2** *speciatim -atur*: **a** *qui arguitur, in ius pertrahitur* (*cf. p. 94, 67. 120, 6*): Prop. 3, 11, 27 quid -em in crimina (-ne *fere trad.*) divos? Argvm. Plaut. Amph. 2, 7 *Amphitruo et Iuppiter* invicem -ant pro moechis. **b** *qui moritur* (*cf. p. 113, 22*): Inscr. Année Épigr. 1978 n. 487 (*Lugduni; saec. V*) Amanda ⟨r⟩aptiata in ⟨Christo⟩ ⟨vi⟩xet … annos vi dies liii. Drac. laud. dei 2, 319 infantum … animas nullo pro crimine -ant (*Vollmer,* raptas *trad.*).

?**B** *-atur actio, sc. quae raptim, celeriter sim. fit* (*pro obi. est inf., ni fallimur*): Ps. Pavl. Nol. carm. app. 2, 25 ultor -at iracundiam mucrone … stinguere.

*deriv.*: raptatio, raptator, raptatus (-ūs), raptito.

**raptor,** -ōris *m.* *a* rapere (*item* Char. gramm. p. 197, 13). *scribitur litteris gr.* Gloss. iurispr. *αὔσηθ P* 8 *ῥάπτωρ.* *notatur* r Not. laterc. gramm. IV 289. *de notione et differentia* (*cf. p. 122, 15sq. et s. v.* rapinator): Isid. orig. 10, 237 -r eo quod corruptor; inde et rapta eo quod corrupta (*inde* Gloss.). Synon. Cic. p. 426, 26 grassator. accusator. -r. praedo. Gloss. -r: *ἅρπαξ*. -es: praedones. *legitur in versibus inde a* Plavto (*quater*), Titin. (*semel, ut* Varro Men., Verg. *al.*), Hor. (*bis, ut* Prop. *al.*), Ov. (*11*$^{ies}$), *in orat. soluta fere singulis binisve locis inde a* Vell., Val. Max., Sen. *min., at saepe apud rhetores, sc.* Sen. *mai.* (*plus 60*$^{ies}$), Qvint. (*plus 80*$^{ies}$), Calp. (*16*$^{ies}$). [*confunditur c.* raptator *p. 116, 46; falso trad. pro* rapere (raptus) Avien. Arat. 107 (*e coni. dub. p. 98, 4*); *loco dub.* Prisc. Anast. 32.]

*i. qui rapit, praedo,* ἅρπαξ (*quod gr. resp., nisi aliud indicavimus; iuxta posita v. maxime p. 122, 24sqq. 50sqq.; indicatur per gen., quid vel quis auferatur, passim, e. g. p. 122, 9. 11, unde [a quo] quid auferatur [sec. struct. verbi q. e.* rapere *inversam] l. 42. 44 et fort. l. 39, per praepos.* ad, *quo quis auferatur, p. 124, 12; fere pro adi. p. 123, 44 [cf. p. 124, 16], praedic. l. 63. 74. p. 123, 14. 22. 65. 124, 2*): **I** *de animantibus*: **A** *rapiuntur corporea* (*adiecimus exempla inter A et B ambigua*): **1** *generatim*:
**a** *c. colore iniuriae, violentiae, doli sim. de eo, qui quid (quem) capit, prehendit, aufert* (*saepe convicii loco, v. imprimis l. 40. 42. 44. 61. 70 et Opelt, Schimpfwörter, 1965, passim; rapiuntur fere res, sed homines e. g. l. 9. 39. 49sqq., animalia l. 12*): **α** *de hominibus quibuslibet*: Ⓘ *exempla varia*: Plavt. Men. 65 (*in lusu verborum*) *fluvius* rapidus -i pueri subduxit pedes (*58* puerum qui surrupuit). Trin. 253 ducitur familia tota: … -es panis et peni. Titin. frg. Corp. Christ. 133D p. 113 l. 362 tute ulciscebas -em. Prop. 4, 9, 9 incola Cacus erat, metuendo -r *boum* ab antro (*cf. p. 98, 3*). Nvx 144 dum regit omnia Caesar, incolumis … -r *non* erit (*141* auferat hic aurum, … tollat opes *ille*). Sen. Med. 613 *quisquis* -r externi … auri. Papin. dig. 47, 2, 81, 3 cum -r omnimodo furtum facit, manifestus fur existimandus est (Edict. Theodor. 116 -e id est fure. *iuxta pon.*: Vlp. dig. 5, 3, 13 pr. fur et -r petitione hereditatis tenentur. 10, 4, 3, 11. *al.*). Vet. Lat. psalm. 34, 10 (cod. 136) liberans … egenum a -bus (*gr.* ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν, *Vulg.* a diripientibus eum). Porph. Hor. epist. 2, 2, 28 'hosti' *iratus,* quasi -i *viaticorum suorum.* Cod. Theod. 13, 5, 29 simpli poena in -es constituta (*postea*: quicumque in rapinis fuerit deprehensus). Cassiod. var. 7, 7, 2 quamvis essent -es detestabiles (*antea*: circa fures). 7, 7, 3 -is fugacem praesentiam (*antea*: in furibus, … latronum versutias). *al.* Ⓘⓘ *in serie cum subst. alios maleficos indicantibus* (*cf. l. 66. p. 123, 29; quaedam ad γ vergere possunt*): Sen. benef. 1, 10, 4 erunt homicidae, tyranni, fures, adulteri, -es, sacrilegi, proditores. Pavl. dig. 1, 15, 3, 1 cognoscit praefectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, -bus, receptatoribus. Vet. Lat. Luc. 18, 11 (cod. 3. *al.* = Vvlg.) deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum -es, iniusti, adulteri. Rvfin. hist. 4, 17, 12 neque adulterum neque corruptorem aut homicidam vel latronem -emque aut alterius cuiuslibet facinoris reum. Avg. de mend. 18, 38 p. 459, 2 fures et -es et contumeliosos et tortores atque interfectores. c. Petil. 2, 103, 237 furem, -em, proditorem, oppressorem, separatorem. Salv. gub. 3, 44 aut adulterum aut fornicatorem aut -em aut ganeonem aut latronem aut homicidam. *al.*

**β** *de hostibus, militibus, piratis sim.* (*cf. l. 20. p. 123, 16sq.*): Plavt. Amph. 206 si *hostes* … sine bello velint rapta et -es tradere *eqs.* (*cf. e. g. Liv. 1, 32, 7* illos homines illasque res dedier). Epid. 300 magnus miles Rhodius, -r hostium (*sc. capiendorum; an diripiendorum?*). Lvcan. 3, 125 (*Metellus Caesari*) nullas … feres nisi sanguine … sparsas, -r, opes (*121* rapina. *respic. direptio templorum ut*: Ivst. 8, 2, 9 adversus vindices templorum -es defensuri). Sil. 9, 200 (*Hannibal ad milites*) -r … Dardanus, *i. Romanus,* edomitum vobis spoliaverit orbem (*cf.* Tac. Agr. 30, 4 *Romani* -es orbis). Ps. Qvint. decl. 12, 20 ut more … latrocinii turba -um litus premat (*sim. de piratis*: 12, 23. Ennod. dict. 21, 8 p. 485, 12 *filium* in perpetua -um dominatione servari [*cf. them.* piratas]. *al.*). Amm. 30, 7, 8 praedā -bus … excussā. Rvfin. hist. 3, 6, 7 (*6* praedonum) qui -es cibo praevenisset absumpto. *al.*

**γ** *de amatoribus, stupratoribus* (*feminarum praeter p. 123, 15; iuxta pon. voces notionis affinis* adulter *l. 64sqq. p. 123, 12. 14,* contaminator *l. 66,* incestus *l. 65,* stuprator *l. 75; accedit gen. obi. personae raptae l. 66. 70. p. 123, 7. 12. 15. 18 [meton.* amorum *p. 123, 16,* thalami *p. 123, 9]; quamquam aegre disting., utrum notioni inhaereat respectus auferendi, loco movendi necne, tamen hic illic de [sola] actione vitiandi cogites, ut* -r *κατ' εὐφημισμόν et fere technice significetur i. q. stuprator, vitiator*): Ⓘ *quibuslibet*: Varro Men. 192 (*in re venerea*) rapta a nescio quo mulione ˪-is˩ ramitīs rumpit (˪ ˩ *Popma,* -i *Lindsay;* rapturis *codd.*). Sen. contr. 1, 5 leg. (= 7, 8 leg.) rapta -is aut mortem aut indotatas nuptias optet (*eadem fere* Calp. decl. 34. *sim. al.*). 2, 3 leg. -r, nisi et suum et raptae patrem intra dies triginta exoraverit, pereat (*eadem fere* Qvint. inst. 9, 2, 90. *sim. al.*). 7, 6, 21 maritum … istum vocem -em serotinum? *et saepe.* Mart. 12, 52, 7 tu melior *quam Helena,* quae deserto -e redisti. Qvint. inst. 7, 4, 9 (*ex decl. quadam*) occisus est, sed latro, excaecatus, sed -r. 7, 4, 27 *abdicationis forma est* criminis perfecti, ut si abdicetur -r, adulter (*item iuxta pon.*: Ps. Qvint. decl. 18, 9 *est* et a. et -r. Tert. apol. 11, 12 [*in serie*] incesti in sorores et maritarum a. et virginum -es et puerorum contaminatores *eqs.* Clavd. 15, 166). 7, 8, 4. decl. 252, 4 quae *lex* decem milia solvere -em pro ablata virginitate voluit. *et saepe.* Ivv. 7, 168 *sophistae* veras agitant lites -e relicto (*sc. omittendo lites, in quibus de -bus agi mos est*). Tac. ann. 1, 58, 2 (*loq. Segestes*) -em filiae meae … reum feci. Calp. decl. 16 them. *al.* Cod. Theod. 9, 24, 1, 2 (*a. 320*) *virgo assentiens* eadem qua -r severitate plectatur. 9, 24, 1, 5 participes … et ministros -is (-es, -i, rectoris *var. ll.*). Optat. 6, 4, 6 -es aut petitores (*sc. virginum dei, ut*: 6, 4, 9. Cod. Theod. 9, 25, 3 si quis dicatam deo virginem … -r ambierit. *al., e. g. vol. X 1, 1944, 11*). Sidon. epist. 5, 19, 2 (*1* stupratorem). Lex Burg. lib. const. 12, 2 si …

[*Kruse*]

puella, quae rapta est, incorrupta redierit ad parentes, sexies puellae pretium -r exsolvat. *al.* (II) *fabulosis*: Hor. carm. 4, 6, 2 vindicem *Apollinem* … Tityos … -r sensit. Prop. 3, 22, 4 -is … tulit quae via Ditis equos (*de Plutone -e Proserpinae ut*: Ov. met. 5, 402. fast. 4, 590 [*591* praedone]. Stat. Theb. 12, 273. *al.*). Ov. ars 1, 680 vim passa est Phoebe, vis est allata sorori; et gratus raptae -r uterque fuit. 3, 254 Troice -r (*de Paride ut*: met. 12, 609 a timido Graiae -e maritae. Val. Fl. 8, 399. Stat. silv. 5, 1, 57 Phrygius … -r. Ach. 2, 59. *al.*). met. 6, 710 -r *Orithyiae, i. Boreas.* Ib. 341 -r *Cassandrae, i. Aiax.* Sen. Phaedr. 627 ⌊thalami⌋ remittet ille *Pluton Perithoum* -em sui? (⌊ ⌋ *meton. de uxore, i. Proserpina*). 726 nefandi -r Hippolytus stupri ([*gen. qual.*]. *de eodem* 999). dial. 7, 26, 6 alius *poeta* adulterum illum induxit …, alius -em ingenuorum *eqs.* (*de Iove ut*: Val. Fl. 8, 265 [*respic. raptus Europae ut*: Stat. Theb. 11, 212 -r turbasti thiasos]. Avg. civ. 4, 25 p. 177, 28 iste alienarum dicitur adulter uxorum, iste pueri pulchri, *i. Ganymedis,* inpudicus amator et -r). Val. Fl. 6, 121 populus quidam -r ⌊amorum⌋ ([*meton. de virginibus*]. *cf. de populo Romano*: Avg. civ. 3, 13 p. 112, 9 -es illi *Sabinarum*). Sil. 3, 431 *Pyrenen* maerentem … -is *Herculis* amores. Ivst. 32, 3, 13 Argonautas, -es filiae *Medeae* (-em(que) *var. ll.*). *al.*

**b** *cetera exempla* (*maxime c. colore aviditatis* [*aliter l. 42*]): Ov. Ib. 20 (*in imag.*) qui *amicus* debuerat … extinguere flammas, hic praedam medio -r ab igne petit. Sen. epist. 74, 9 (*antea p. 89, 52sqq.; simul spectat ad B*) secedamus … ab istis ludis et demus -bus locum; illi spectent bona ista pendentia. Plin. nat. 29, 52 *glomum serpentium* in sublime iactari sagoque … intercipi …; profugere -em. Tac. hist. 2, 86, 2 *Primus Antonius* -r, largitor, pace pessimus, bello non spernendus (*sim. opp.*: Avg. in psalm. 139, 14 l. 22 qui erat heri -r, hodie l. *adde l. 38*). Vet. Lat. I Cor. 5, 10 (Lucif. non conv. 11, *sim. al.*) *neque* fornicariis … aut avaris aut -bus ([*Vulg.* rapacibus]. *sim. in catalogo vitiorum*: 5, 11 [Ps. Cypr. aleat. 4, 3] fornicarius … aut avarus aut -r sive iniustus [*Vulg.* rapax]. 6, 10 [Iren. 4, 27, 4, *sim. al.*] neque fornicatores … neque fures neque avari … neque -es [*Vulg.* rapaces]). Hil. in psalm. 137, 3 *quid,* si quis … turpibus lucris pecuniam suam auxerit? non erit … fur, sed erit avarus et -r (*sim. iuxta pon.*: Hier. in Is. 13, 50, 1 l. 40 G. a. atque -es servi sunt mammonae. *adde l. 28sqq. et cf.* -r avarus: Avg. serm. 164, 8 a. -r inhians rebus alienis. Drac. laud. dei 2, 817 praedo aut -r a.). Avg. in psalm. 80, 1 -es rerum alienarum ([*opp.* donatores r. suarum]. Fvlg. Rvsp. praedest. 2, 22 ex -e r. a. suarum … largitorem *facit deus. cf. l. 35 et* Avg. serm. 9, 12 si quis concupiscat res a., -r et iniustus deputatur). serm. 178, 9 estote fideles inventores et … iniquos vituperate -es; nam quod invenisti et non reddidisti, rapuisti. *al.* *de eo, qui quid raptim subtrahit ruinae, incendio sim.* (*cf. p. 89, 47*): Stat. silv. 1, 2, 189 ardentum … deorum -em, *i. Aeneam* (*cf. Verg. Aen. 2, 293*).

**2** *speciatim de venantibus* (*fere pro adi. l. 45. 57. 60sqq.*):
**a** *proprie*: **α** *de animalibus rapacibus*: Ov. met. 10, 540 -es … lupos armatosque unguibus ursos (*sim. ad lupum pertinere vid.* Colvm. 7, 12, 9 lupi repellere insidias et -em ferum consequi). Val. Fl. 1, 160 citus occupat auras -r (*157* erigit unguibus agnam. *de aquila ut*: Clavd. Don. Aen. 12, 255 p. 584, 31). Phaedr. 1, 31, 5 columbae … cum fugissent milvum …, consilium -r vertit ad fallaciam. Priap. 61, 10 sturnus … graculusve -r *eqs.* Apvl. Socr. prol. 4 p. 109 (*in fabula*) superne *corvum* -em praedā ovantem *vidit vulpes.* *al.* **β** *de hominibus*: Mela 3, 43 *tigres remeant,* donec ad frequentiora *loca* … profugus -r evadat *catulos avehens* (*in eadem re*: Plin. nat. 8, 66. Mart. 8, 26, 2 Gangeticus … -r. Clavd. 3, 227).

**b** *in compar., imag., allegorice* (*cf. l. 71. p. 124, 2*): **α** *c. respectu luporum*: Verg. Aen. 2, 356 lupi ceu -es atra in nebula … per hostis vadimus … in mortem (*inde* Sidon. carm. 7, 363). *de haereticis sim.* (*cf. p. 77, 15sqq.*): Qvodv. symb. 3, 9, 11 non se sequestret ovis a summo pastore, ne ipsa se in depraedationem nequissimi offerat lupi -is (*fere pro adi. ut*: Evstath. Basil. hex. 2, 4, 4 l. -es dilaniantes gregem domini [*gr. p.* $36^{C}$ λύκοι βαρεῖς. *cf. Matth. 7, 15*]. Sedvl. op. pasch. 4, 14 [*respic. Luc. 10, 3*] *Iesus discipulos* velut insontes agnos … quasi l. inter iubet ire -es). Epist. pontif. 374 Conc.$^{S}$ I 2 p. 9, 32 (*ad Nestorium*) qui *grex* te patitur pro custode -em? *al.* **β** *cetera exempla*: Hor. carm. 3, 20, 4 non vides, quanto moveas periclo … Gaetulae catulos leaenae? dura post paulo fugies … proelia -r (Porph. allegoricos). Ov. met. 6, 518 *gaudet Tereus non aliter atque aquila praeda sua*; nulla fuga est capto, spectat sua praemia -r.

**B** *rapiuntur incorporea* (*ambigua ad A relegavimus*; amorum -*em v. l. 16; convicii loco l. 70 [cf. p. 122, 6]; adde l. 23*): Ov. met. 8, 438 -es alieni … honoris. Vell. 2, 27, 2 -es Italicae libertatis lupos, *i. Romanos.* Val. Max. 5, 3, $2^{d}$ -em spiritus, *i. occisorem.* Cod. Theod. 9, 38, 6 (*a. 381*) verecundiae virginalis -r. Rvfin. Orig. in lev. 4, 4 p. 320, 7 -es sunt mali, sunt et boni, et boni … illi, de quibus dicit salvator, quia ‘regnum caelorum diripiunt’ (*Matth. 11, 12*). Ennod. epist. 1, 4, 4 p. 8, 19 *Daniel* pudicus et imitandus -r *dogmatum divinorum* (*respic. Dan. 1, 4sqq.*). Greg. M. moral. 31, 94 vocabulo aquilae aliquando maligni spiritus -es animarum *designantur.*

**II** *de rebus*: *de morte vel tartaro* (*cf. p. 103, 5. 121, 53*): CE 652, 8 (*a. 368*) o durus -r, mors inproba. Petr. Chrys. serm. 65, 9 (*per prosopop.*) *Lazaro in vitam revocato* factus est vivorum relator, qui -r esse consueverat mortuorum *tartarus.* *de magnete, quo metallum attrahitur* (*cf. p. 102, 42sqq.*): Avg. civ. 21, 4 p. 494, 13 magnetem lapidem novimus mirabilem ferri esse -em. *de oculis, quibus homo ad actionem attrahitur*: Greg. M. moral. 21, 4 l. 41 (*in compar.*) ut … munda mens in cogitatione servetur a lascivia voluptatis suae, deprimendi sunt oculi, quasi quidam -es ad culpam.

*f.* **raptrīx,** -īcis (*de formatione a* -tor *cf.* Prisc. gramm. III 505, 8). *i. quae rapit, sc. aquila*: Anth. 761, 67 Ganymedeae -is … alam. Hier. chron. a. Abr. 660 frustra … Iovis fabula et -x aquila confingitur (*fere adhibetur pro adi. [cf. p. 123, 44] ut*: Ps. Orig. in Iob 1, 7 l. 27 columba inter -es a.).

*cf. Onom.*

**raptōrius,** -a, -um. *a* rapere (raptus). *i. q. ad rapiendum, trahendum sim. aptus*: Cael. Avr. chron. 3, 6, 88 permittentibus viribus etiam -o machinamento gestetur *aegrotus* ac deinde re⟨per⟩cussibili sphaera (5, 11, 133 *aegroti corpus exercere* longo vel -o m., quod macron sparton vocaverunt *Graeci,* item Italica sphaera).

**raptrīx** *v.* raptor.

*?***raptūra,** (-ae) *f.* *a* rapere. [*de* Cael. Avr. chron. 3, 4, 58 *v. p. 83, 64.*] Prob. inst. gramm. IV 172, 24 *a verbo q. e.* rapere *fit* nomen ‘raptor’, appellatio ‘-a’.

**1. raptus** *v.* rapio.

**2. ※raptus,** -ūs *m.* *a* rapere. *genus masc. testatur* Non. p. 222, 8. *de formis: dat. sing.* -u Ivl. Val. 1, 17 l. 698 (-o, -im *var. ll.*), *abl. sing.* -o *e. g.* Cael. Avr. diaet. pass. 64 Lex Visig. 3, 3, 4 (*utrobique* -u *var. l.; cf. l. 48*), *acc. plur.* -os Iord. Get. 70 (*an p. p. p. verbi q. e.* rapere*?* -us *var. l.; cf. p. 125, 5*). *de notione v. l. 48sq. p. 126, 28.* *legitur inde a* Cic., Catvllo, Verg., Ov., *saepius e. g. apud* Sen. *rhet.* (*sexies*), Qvint. ($11^{ies}$), Tac. ($12^{ies}$); *frequentatur a* Cael. Avr. (*plus* $70^{ies}$). [*francog. vet.* rap, rat *et var. dial. ‘raptus mulieris’, hisp.* rato *‘aliquantum temporis’* (*item sard. mer.* rat(t)u). *cf. M.-L. 7063. Wagner II 339. Wartburg X 69. Corominas-Pascual IV 795sqq. Schd.*] [*confunditur in codd. c.* raptim *e. g. l. 30. 59. p. 125, 24* (*falsa var. l.* Amm. 29, 6, 1); *e coni. dub. p. 103, 1.*]

**I** *i. q. actio rapiendi, raptio*: **A** *corporaliter*: **1** *generatim*: **a** *rapiunt animantes* (*Sol v. p. 125, 42*): **α** *homines, sc. vi, iniuria sim. prehendendo, auferendo; agunt*: ① *amatores, stupratores sim.* (*rapiuntur feminae praeter l. 54. 72. quamquam aegre disting., utrum notioni inhaereat respectus auferendi, loco movendi necne, tamen praecipue l. 64sqq. de [sola] actione vitiandi cogites, ut* -s κατ᾽ εὐφημισμόν *et fere technice significetur i. q. stuprum, vitiatio; cf.* Don. *p. 88, 12.* Serv. Aen. 4, 217 rapto potitur: stupro fruitur, nam proprie -s est inlicitus coitus [*inde* Isid. orig. 5, 26, 14]): Ⓐ *fabulosi*: Cic. Verr. II 4, 107 locus ut ipse -um illum virginis, *i. Proserpinae,* … declarare videatur ([*postea*: ex eo loco virginem secum asportasse. *pendet* Qvint. inst. 4, 3, 13 Siciliae laus, P. -s. 9, 4, 127. 11, 3, 164]. Ov. fast. 4, 417 virginis. Plin. nat. 34, 69 [*inter Praxitelis opera aënea*] P. -um. 35, 108 *Nicomachus* pinxit -um P. *al.*). Tusc. 4, 71 quis … de Ganymedi -u dubitat, quid poetae velint? (*de eiusdem rapina*: Val. Fl. 2, 414. *al.*). Catvll. 68, 87 Helenae -u primores Argivorum coeperat ad sese Troia ciere viros (*de eiusdem rapina*: Stat. Ach. 2, 69 facili … -u. *al.; huc alluditur* Mart. 12, 52, 6 stupet ad -us Tyndaris ipsa tuos [*10* rapina]). Verg. catal. 9, 35 cuius *Lucretiae* ob -um (-im *var. l.*) pulsi liquere penates Tarquinii patrios, filius atque pater. Vell. 1, 8, 6 -s virginum Sabinarum (*simul spectat ad p. 125, 3sqq. ut*: Ps. Cypr. idol. 4. *al.*). Val. Fl. 6, 502 (*loq. Hecate*) *Iason* me … sentiet … -u famulae doluisse pudendo (*de -u Medeae ut*: Paneg. 3, 8, 2). Stat. Theb. 1, 5 gentisne canam primordia dirae, Sidonios -us, *sc. Europae* (*cf.* Sidon. carm. 23, 281 -us Tyrios). *al.* Ⓑ *quilibet* (*v. etiam quae l. 44sqq. monuimus*): Sen. contr. 1, 5, 4 cuius *raptoris* inter duos -us ne una quidem nox interest. 7, 6, 9 (*them.* tyrannus permisit servis … dominas suas rapere) quibus *matronis* contigerat ⌊-s tyrann⟨ic⟩us⌋ (rapi sub tyranno *Madvig*). *al.* Sen. dial. 4, 9, 3 pro gloria habita, quae quam diu opprimi possunt, scelera sunt, -us ac stupra *eqs.* Qvint. decl. 247, 10 quae uxores ex -u esse coeperunt (*cf.* 251 them. quam *uxorem* ex -u habere coeperat). 382, 2 illum sororis -s accendit, hunc uxoris stuprum. *al.* Tac. ann. 6, 1, 2 si retinerent propinquus aut parens *liberos,* vim -us … velut in captos exercebant *servi conquirentes, quos stupraret Tiberius.* Calp. decl. 43 *raptor* in -u a puella excaecatus est. 46 quidam rapuit et fugit; de -u puella concepit et peperit. Marcian. dig. 48, 6, 5, 2 cum -us crimen legis Iulia⟨e⟩

*[Kruse]*

de adulteris potestatem excedit (*antea*: qui vacantem mulierem rapuit vel nuptam). *al.*

Ⓘⓘ *hostes, milites sim.* (*rapiuntur, diripiuntur res vel animalia,* nati *l. 10; addas p. 124, 60*): LVCAN. 4, 90 *propter inundationem* non pecorum -us (-os *P ante corr.*; pecori pastus *Heinsius*) faciles, non pabula mersi ulla ferunt sulci (TAC. hist. 4, 50, 4 quae *discordiae incolarum* -u frugum et p. inter agrestes ... exercebantur). 7, 236 Caesar statione relicta ad segetum -us moturus signa. TAC. ann. 15, 38, 7 ut -us licentius exercerent *Roma ardente.* AMM. 31, 11, 5 *Gothorum* globos -ui ... intentos. *al.* *iuxta ponuntur voces notionis affinis* (*cf. p. 124, 69*): SIL. 4, 410 natorum ... -us caedemque parentum ([-tem *var. l.*]. GREG. M. moral. 2, 25 [*ad Iob 1, 17*] camelorum -s c. que puerorum). TAC. Germ. 14, 3 per bella et -us. 35, 2 nullis -bus aut latrociniis (hist. 1, 46, 2. 2, 58, 1 AMM. 29, 6, 8. *al.*). hist. 1, 51, 4 expugnationes urbium, populationes agrorum, -us penatium. 1, 83, 1 per turbas et -us. 2, 73 saevitia, libidine, -u in externos mores proruperant *Vitellius exercitusque.* 4, 14, 2 iniurias et -us et cetera servitii mala. ann. 2, 52, 1 vagos ... ad praedam et -us congregare (RVFIN. hist. 11, 22 p. 1026, 1). *al.*

Ⓘⓘⓘ *varii*: OV. met. 3, 722 *Agaue Penthei* dextram ... abstulit, Inoo lacerata est altera *manus* -u. STAT. Theb. 8, 95 ad Herculeos ... -us, *sc. Cerberi.* PAVL. dig. 2, 7, 4 pr. eripere ... est de manibus auferre per -um; eximere quoquo modo auferre. NON. p. 12, 21 suppilare est ... rapere, a pilorum -u. CLAVD. 5, 461 veluti pastoris in ora commotae glomerantur apes, qui dulcia -u (-im, quercu *var. ll.*) mella vehit. CAEL. AVR. acut. 1, 3, 37 (*inter signa phrenitidis*) -s ... vel attractio cooperimentorum a pedibus ad superiora. *al.*

**β** *animalia, sc. venando sim.*: SEN. dial. 4, 16, 2 feras ..., quibus ex -u alimenta sunt. AMM. 16, 5, 17 bestiae custodum neglegentia -u vivere solitae. MACR. Sat. 2, 2, 7 (*e Furio Albino*) canes -u (-o *var. l.*) crocodilorum exterritos.

**b** *rapiunt quaelibet (vires naturales vel divinae sim., sed Sol l. 41, instrumentum ab homine adhibitum l. 34), sc. sive vi sive celeritate (at)trahendo, auferendo*: **α** *rapiuntur res: variae corp.*: PLIN. nat. 16, 225 *abies* pampinato ... orbe se volvens ad incitatos runcinae -us. PRISC. perieg. 1069 *adamas* iuxta positus magneten ... arcet ... ferri -u (-um *var. l.; cf. p. 102, 42sqq.*). MACR. Sat. 6, 8, 10 (*ad Verg. Aen. 1, 137* maturate fugam) ne ... classi *Troianae* noceant *venti,* dum -u nimio tamquam per fugam redeunt. EVSTATH. Basil. hex. 3, 7, 11 *aqua maris* saporem propriae dulcedinis -u fervoris amittit (*cf. gr. p. 72^A ὑπὸ τῆς θέρμης*). *sidera sim.*: MART. CAP. 2, 118 (vers.) olim disquirens nexos, quid torqueat orbes, nunc ... causas -bus ipsa dabis, *Philologia.* 2, 185 (vers.) *Sol,* inmensis moderaris -bus orbis. 2, 201 sphaeram miris -bus (part-, rat- *var. ll.*) incitatam. 8, 814 mundus ... terram ... aeternis caeli -bus circumcurrens. 8, 851 *planetae* tam mundanis -bus auferuntur quam propriis cursibus commoventur. *al. apud eundem.* **β** *rapiuntur animantes, sc. obviam deo, in altum elati* (*in imag. christ.*): AMBROSIAST. in I Thess. 4, 18, 4 in ipso ... -u mors proveniet quasi per soporem (*pendet e I Thess. 4, 17 [v. p. 101, 9] ut*: AVG. civ. 20, 20 p. 454, 23 sanctos, qui ... *Christo* in obviam rapientur, ... in eodem -u de mortalibus corporibus exituros. *ibid.* p. 455, 10 in ipso -u morientur. ANON. in Matth. 8 p. 30, 17). VEREC. in cant. 9, 21 (*ad iud. 5, 22*) spiritales equi sunt aeriae potestates, quorum animae -u tolluntur et in altum elati ruinose iactantur. *al.*

**2** *speciatim in re medica* (*maxime apud* CAEL. AVR.): **a** *fere technice i. q. nervorum distentio, σπασμός* (*cf. e. g. l. 65. 73*): **α** *qui accidit variis passionibus* (*c. gen.* corporis *l. 65* [*et l. 59, si quidem ἀπὸ κοινοῦ*], membrorum *l. 59,* praecordiorum *l. 60. 66*): VINDIC. med. 33 ut turbatus (*sc. ἱερᾷ νόσῳ*) ... casum corporis faciat atque adductiones et -us diversos (*pertinet ad epilepsiam ut*: CAEL. AVR. acut. 1 praef. 20 -s omnium membrorum. chron. 1, 4, 61 -u atque contractu corporis affecti vel apprehensi. 1, 4, 65 praecordiorum ad superiora -s. 1, 4, 74 quae *partes corporis* forti -u torquentur. *al.*). CAEL. AVR. acut. 2, 9, 43 *si* conductus corporis atque -s adveniat (*pertinet ad lethargiam ut*: 2, 9, 51 -u quodam ⌊horroris⌋ frigidae *aquae* [*Drabkin,* (t)errore *edd. vet.*]). 2, 10, 60 -u ... alterno per membra tentantur (*pertinet ad catalepsin ut*: 2, 10, 74 *passionem* -u corporis, quem Graeci spasmon vocant, fieri). 2, 32, 171 *cardiacis fit* praecordiorum ... -s ad superiora. 3, 14, 117 -s sive contractio nervorum (*pertinet ad hydrophobiam ut*: 3, 16, 133 -u ... graviore. CASS. FEL. 67, 5 vehementi -u. *al.*). *al.* **β** *praegnanter de ipsa passione* (*cf. e. g. vol. IV 162, 56*): CAEL. AVR. acut. 3, 6, 61 emprosthotonia et opisthotonia, quas nos pronum -um atque supinum appellare poterimus (*sim.* 3, 6, 65 -s ... posterganeus ...; pronus ... -s). chron. 2, 1, 8 *vitia quaedam labii paralysi laborantis perperam* quidam caninum -um esse dixerunt (2, 2 tit. de c. -u, quem Graeci cynicon spasmon vocant. 2, 2, 64. *al.*). *al.*

**b** *cetera exempla (rapiuntur vel trahuntur res variae); respic. motus*: **α** *quo detrahitur cucurbita* (*aliter p. 126, 12*): CAEL. AVR. acut. 1, 11, 79 levibus (len- *ed. pr.*) cucurbitarum -bus utemur, quod Graeci abusive cufas (*i. κούφας*) vocant (2, 18, 106 levissimus. gyn. 2, 7 l. 134. 2, 42 leviorem. 2, 48. *cf.* chron. 3, 1, 6 lenissimis [lev- *coni. Bendz*]). chron. 1, 1, 36 magno -u. 3, 1, 7 quo sine ulla quassatione partium eius *cucurbitae* -s efficiatur. 3, 4, 58 forti -u ([*v. p. 83, 64*]. 5, 4, 76 f. -u atque tractu ... circumducto). gyn. 2, 13 vehementiorem (2, 55). *al.* **β** *quo attrahitur materia, liquor sim. in corpore exsistens vel corpori iniectus* (*sc. vi medicamentorum sim.; cf. l. 20*): CAEL. AVR. acut. 2, 24, 135 *acrimoniam clysteris* iniectione suspensam -u quodam patientibus advenire partibus (*cf.* 3, 8, 91 *clysteribus adhibitis fit* -s sive adductio materiae e partibus patientibus ad intestina). 3, 3, 21 cucurbitas apponemus, ut ... -u cucurbitae detractio *sanguinis* compleatur (*vix ad α, ut in eadem re* CASS. FEL. 34, 5). 3, 4, 34 (*respic. synanche*) quod maior causa sit tumentium partium, quae contrario -u superet cucurbitae fervorem. 3, 21, 203 *cibo sumpto cucurbitam infigimus,* quo constrictione atque -u corporis ad inferiora venire ... cogantur accepta. chron. 1, 4, 98 *contra epilepsiam* dropacis -um adhibemus. **γ** *quo hauritur aër, liquor sim.* (*sc. respirando, bibendo*): CAEL. AVR. acut. 2, 37, 192 quos *homines* naturalis spiratio aerem accipere atque reddere anhelitus -u necessario cogit. chron. 5, 10, 119 *medicamentorum calefactorum* -u ... potili nidorem transvorare. gyn. 1, 150 diuturno ac iugi -u fellare, *i. mammam sugere.*

**B** *incorporaliter respicitur actio, qua hominis animus capitur, attrahitur sim.*: CAEL. AVR. gyn. 1, 127 *nutrices* negligentes -u quodam iocunditatis amatori(a)e (*opp.: quae se ab usu venereo abstinet*).

**II** *per meton. i. q. res rapta*: LVCAN. 4, 459 huc fractas ... rates summersaque pontus corpora ... tulit caecisque abscondit in antris; restituit -us ⌊tectum⌋ mare, cumque cavernae evomuere fretum *eqs.* ([⌊ ⌋ effectum, tetum *var. ll.*; iustum *Bentley,* fetum *Bonner*]. *cf.* SVPPL. -us: id est ea quae rapuit, et melius '-us' quam 'raptos' legendum; suas rapinas).

**1. rāpula** *v.* rapulum. **2. rapula** *v.* rabula.

**rāpulātus,** -a, -um. *a* rapulum. *i. q. cum rapis parvis, minutis confectus*: APIC. exc. cib. 7 tit. (*item* capp.) pisces scorpiones -os (*7* rapas ... minutissime concisas ... cum pisce obligas).

**rāpulum,** -ī *n. et* **rāpula,** -ae *f.* *a* rapum, rapa *demin.* (*cf. l. 40*). [*langob.* (*Bergomi*) raèl *'rapum'. cf. M.-L. 7064 et Faré, Postille. Schd.*] [*vix recte edebatur olim* -e CIL IV 1741, *v. enim IV 9147^d* rarus.]

*i. q. (parvum) rapum*: *fem. sing.*: TITIN. com. 163 lenti calido, (h)elvella, [t]rapula, rumice (⟨e⟩t -a *Ribbeck*). *neutr. plur.*: HOR. sat. 2, 2, 43 *stomachus* -a plenus atque acidas mavolt inulas (SCHOL. '-a' neutrum plurale est, cum sit ordo: p. i. m. et -a; hoc rapum ..., diminutivum hoc -um). 2, 8, 8 acria ... -a, lactucae, radices, qualia lassum pervellunt stomachum (PORPH. neutro genere dixit, pro 'rapa').

*deriv.*: rapulatus. *cf. Onom.* (Rapulus).

※**rāpum,** -ī *n. et* ※**rāpa,** -ae *f.* [*orig. incertae, sed eiusdem atque lituan.* rópė, *theod. vet.* ruoba < *rāp- (*cf. gr.* ῥάπυς/ῥάφυς < *rap-, *russ. vet.* rěpa < *rēp-). *cf. de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 514. Mei.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 108 e quīs *holeribus* ad coquendum quod e terra eru⟨itu⟩r[e], ruapa, unde -a. ISID. orig. 17, 10, 7 -a dicta a rapiendo, id est conprehendendo. *scribitur in codd. rec.* ropa *p. 128, 1. 3, litt. gr.* ῥάπα *vel* ῥάπουμ DIOSC. gr. Vind. 2, 110. 164; *ceterum* r-, *non* rh-, *scribendum esse testatur* CASSIOD. gramm. VII 154, 6 merito auferemus ... adspirationem: ... -a, Rodus. *de genere: fem. improbat* CAPER gramm. VII 111, 7 -um hoc, non -a, *sed agnoscere vid.* CASSIOD. *supra; ab auctoribus adhibetur neutr. inde a* CATONE, LVCIL., VARRONE, LIV., SEN. *philos., fem. inde a* VARRONE, CELSO, COLVM., *qui (fere praeponderante neutro) inter utrumque vacillant,* SCRIB. LARG. (*ad* 141 -i *v. p. 127, 38*), PETRON.; *non est quod agnoscas masc.* GLOSS. III 575, 33 rapus, i(d est) napus (*latet gr.* ῥάπυς). *legitur in prosa orat. inde a* CATONE, VARRONE, LIV., CELSO (*vocem frequentant* COLVM., PLIN. nat., PALLAD., APIC.), *in versibus non nisi* LVCIL. *p. 127, 15,* MART. *p. 127, 17,* SER. med. *p. 127, 40. 44.* [*it. vet., tusc.* rapo, *venet.* ravo, *it.* rapa, *sard.* raƀa, *raet. or.* raf (*masc.*), *centr.* rè, ré, rèf (*masc.*), *occ.* (*Engadin*) reva, *francog. vet.* reve (*fem.*), *rec.* rave, rabe, *francoprov.* rava, rave, *prov., cat.* raba; *cat.* rap (*masc.*) *'batrachus', cf. francog. vet.* rave (*fem.*) *'genus piscis'; hisp., port.* rabo *'cauda' (cf. p. 128, 10sqq.); prov.* raba *'poples' fort. a germ.* rappe. *cf. M.-L. 7065 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3207sq. Cortelazzo-Zolli² 1319sq. Wagner II 332. Kramer V 480sq. Wartburg X 69sqq. XVI 667. Corominas VII 10sqq. 103sqq. Corominas-Pascual IV 744sqq. Machado³ V 29. Schd.*] [*e coni. dub.* VARRO ling. 5, 103 (*K. O. Müller,* radix *trad.*); *vix huc pertinet* rapo *p. 14, 16.*]

*nomen herbarum* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 216*):

**1** *proprie de holeribus*: **a** *varia exempla, sc. fere respicitur γογγύλη* (*'Brassica rapa' L.; quam fusius tractant* COLVM. 2, 10, 22 PLIN. nat. 18, 125sqq. *nec non Orth, RE IA 1180sqq.*): **α** *de -orum cultura et natura*: CATO agr. 6, 1 ager si nebulosus est, -a, raphanos, milium,

panicum … seri oportet (*inde* VARRO rust. 1, 23, 7 PLIN. nat. 18, 163). VARRO rust. 1, 40, 2 ex semine brassicae vetere sato nasci aiunt -a et contra ex -orum semine brassicam (*sim.* PLIN. nat. 19, 176. *cf. vol. IX 1, 49, 40sq.*). COLVM. 2, 10, 23 -a campis et locis umidis laetantur, napus devexam amat et siccam tenuique propiorem terram. 11, 3, 59 (*v. p. 80, 5*). *al.* PLIN. nat. 18, 130 -*a* aut … in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari (*de tertia specie v. l. 62; cf.* 19, 75 de -is abunde dixisse poteramus videri, nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda, latiora vero et concava feminini, praestantiora suavitate et ad condiendum faciliora). 18, 131 diligentiores quinto sulco napum (-um *cod. unus*) seri iubent, -a quarto, utrumque stercorato, -a laetiora fieri, si cum palea sem⟨en⟩ inaretur. 18, 192 -a, napus nisi in stercorato *solo* ne seritor (-tur *trad.*). 19, 119 (*v. p. 80, 75*) *al.*

**β** *de -orum usu; adhibentur*: (I) *in cibis* (*sc. fere simplicibus, v. imprimis l. 18. 22sqq.*): LVCIL. 1357 ferventia -a vorare (*locum affert Sen. apocol. 9, 5* cum Romulo … 'f. -a v.' [*sc. in caelo; cf.* MART. 13, 16, 1 brumali gaudentia frigore -a quae damus, in caelo Romulus esse solet]). COLVM. 2, 10, 22 ratio est habenda napi -orumque, nam utraque rusticos inplent; magis tamen utilia -a sunt, quia … non hominem solum, verum etiam boves pascunt. PETRON. 66, 7 in summo *cenae* habuimus … ova pilleata et -am et senape et catillum concacatum. PLIN. nat. 19, 87 M'. Curium *Dentatum* …, quem … -um torrentem in foco inventum annales nostri prodidere (*de eodem cf. Val. Max. 4, 3, 5 et* VIR. ill. 33, 7 cum ipse in foco -as torreret [-am *var. l.*, -a *Schott*]. *sim. de Fabricio Luscino*: COMMENT. Lucan. 3, 160 -as sibi coquens [*'fort. scr.* -a' *Usener*]). APIC. 3, 13, 1 -as sive napos elixatos exprimes, deinde teres cuminum plurimum *eqs.* 6, 2, 3 gruem vel anatem ex -is: lavas, ornas *eqs. ibid.* -am lotam et minutatim concisam desuper mittis, facies, ut coquatur (*addas p. 126, 33*). *al.* *respiciuntur -a condienda*: VARRO rust. 1, 59, 3 servare -a consecta in sinape, nuces iugulandis in harena (*cf.* COLVM. 12, 57, 1 hoc ius *cum sinapi confectum* ad -a condienda optime facit). COLVM. 12 capp. 43 -a et napos quemadmodum condias. PLIN. nat. 19, 75 *v. l. 9.* PALLAD. 2, 16 *mense Ianuario* -orum condiendorum … iusta confectio est. *al.* (II) *in medicina* (*veterinaria l. 44; cf. etiam* PLIN. *sub bβ*): CELS. 2, 18, 5 ex holeribus valentior -a napique et omnes bulbi. 2, 21 mali … suci sunt … radicula, -a (papa *var. l.*), napi, bulbi. 5, 28, $6^A$ *ulcus* calida aqua fovendum est, in qua -a decocta. SCRIB. LARG. 141 ad lumbricos satis commode facit … ⌊-i … seminis cyathus⌋ *eqs.* ([⌊ ⌋ *suppl. sec.* MARCELL. med. 28, 2]. *item in compositionibus*: 176 -ae s. 177. SER. med. 723 dolorem … poto -orum semine pulsum. MARCELL. med. 15, 110. 20, 115 -ae s. 22, 18. 34, 98 -orum s.). PLIN. nat. 20, 18sq. est et -o vis medica: perniones fervens inpositum sanat, item frigus pellit e pedibus *eqs.* (*pendet* GARG. MART. med. 35). SER. med. 146 (*tit.* cutis … vitiis propellendis) cruda … dulcacido miscebis -a liquori. CHIRON 975 caprae ne aegrotent: ⌊foliam⌋ -ae viridis cum adipe suillo dabis, ut edant (⌊ ⌋ folia *mavult Fischer in plagulis*). MARCELL. med. 34, 84 -a ex aqua salsa decoques et superpones pernionibus iam erumpentibus. *al.*

**γ** *cetera exempla* (*selecta*): LIV. 23, 19, 14 *cum Poeni Casilinum obsidentes* obarassent, quidquid herbidi terreni extra murum erat, -orum semen iniecerunt *incolae*, ut Hannibal 'eone usque, dum ea nascuntur, ad Casilinum sessurus sum?' exclamaret. PLIN. nat. 19, 86 ut … dicaretur … -um e plumbo (*v. vol. II 1942, 67*). SVET. Vesp. 4, 3 Hadrumeti seditione ⌊quadam -a in eum *Vespasianum* iacta sunt⌋ (quiddam rapinarum in eum iactarunt *cod. unus*). EDICT. imp. Diocl. 6, 18 L. -ae maximae (*gr. 6, 18 et 16 commutata esse vid., ita ut resp. 16 γογγύλων ἤτοι μουνιαδ⟨ικῶν⟩* [*i.* βου-] *μεγάλ⟨ων⟩* [*ubi lat.* radices maximae], *non 18 ῥαφάνων μεγάλων*). DIOSC. 3, 106 p. 423, 4 *leontopetalon* radice⟨m⟩ nigra⟨m⟩ habens, sicut -a rotunda (*gr. 3, 96 ῥίζα μέλαινα ὥσπερ γογγύλης* [-λη *codd. plerique*]). *al.*

**b** *cum -o confunduntur alia holera, sc.*: **α** *napus, βουνιάς* (*'Brassica napus' L.*): *v. vol. IX 1, 49, 75sqq.* (*cf. supra sub aα et β, ubi saepe simul tractantur*). **β** *lapsana vel -um silvestre* (*'Raphanus raphanistrum' L.*): PLIN. nat. 18, 130 (*antea l. 6*) tertiam speciem -*orum* silvestrem appellavere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine et folio anguloso scabroque, suco acri, qui … oculos purget medeaturque caligini admixto lacte mulierum (*cf.* 20, 20 silvestre -um in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido …; hoc ad levigandam cutem in facie totoque corpore utuntur *eqs.*). DIOSC. 2, 94 p. 217, 1 de -a agresti: rap[r]a agrestis nascitur locis siccis *eqs.* (*gr. 2, 110, 2 ἀγρία γογγύλη*). **γ** *cyclaminos* (*cf. André, Les noms de plantes, 1985, 82 s. v. 1*): PS. APVL. herb. 17 l. 17 *herba orbicularis* a Graecis dicitur ciclaminos …, Itali terrae malum, alii orbicularis, alii -um terrae, alii -um porcinum (*in serie persimili*: DIOSC. gr. Vind. 2, 164 *κυκλάμινος· … Ῥωμαῖοι ῥάπουμ τέρραι …, οἱ δὲ ῥάπουμ πορκίνουμ*. GLOSS. III 610, 46). GLOSS. III 540, 16 kyclaminum, idest -um terrae. *?***δ** *chamaepitys* (*cf. André, l. cit., 60 s. v. 1*): PS. APVL. herb. 26 l. 10 a Graecis dicitur camepitis, … Itali abiga, alii cipressus nigra, alii ropa (rapa *var. l.*; ruta *fort. recte coni. edd., coll. Diosc. gr. Vind. 3, 154 πήγανον ἄγριον· … οἱ δὲ χαμαίπιτυν, … οἱ δὲ ῥοῦταμ ἀγρέστεμ*). GLOSS. III 575, 28 ropa: camipiteus.

**2** *per similitudinem formae transfertur ad*: **a** *infimum arboris truncum, sc. unde radices exeunt*: SEN. epist. 86, 17 *agricola quidam* magnarum arborum truncos circumcisis ramis … cum -o suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso, ex quo illae pependerant. 86, 18 -um (parum *trad.*) … arboris, antequam obruat, radit; ex omni enim materia, quae nudata est, … radices exeunt novae. **b** *radicem caudae equinae, mulinae, sc. unde pili crescunt* (*ad rem v. Adams, Pelagonius, 1995, 385sq.*): PELAGON. 236 ad suffusionem: in -o equi decus (*indecl.*; decussem *Ihm*) de ferro facis ita, ut sanguis exeat. CHIRON 690 *ad caudam breviandam* metito (*cod. Basil.*, mittito *Monac.*) a -o palmum vel tres digitos …; tum deinde *eqs.* 717 in ipsum ⌊-um⌋ caudae invenies pilos, quorum extremas partes in ipso -o plus demerserint; … eos pilos bersellis repurgabis (⌊ ⌋ *exulceratum ut*: 792 de -o eligito pilos validos extortos [de -a … et tortos *cod. Monac.*], in quibus pispisam intellegis esse. *ibid.* adipe ursino -um [-am *cod. Basil.*] confricato).

*deriv.*: rapatum, rapicius, 2. rapina, ?rapistria, rapistrum, rapulum (*et* rapula).

*compos.*: ravacaulis. *cf. Onom.* (Rapis). *Kruse.*

**rārē** *v.* rarus.

**rārēfacio,** -fēcī, -factum, -facere *et* rārēfīo, -fierī. *a* rarus *et* facere (fieri). *scribitur* rari- ORIBAS. syn. 6, 27, 5 Ab p. 114; *in tmesi* LVCR. *l. 38* (*ceterum in edd. quibusdam vix recte* rare *et* f. *spatio separantur* 1, 648. 6, 870). *inf.* -facire *l. 46*, -faciere ORIBAS. syn. 6, 29, 12 Ab p. 116; -faciatur *pro* -fiat *l. 43.* [*falso trad.* VINDIC. med. 20 et -ret et (alterari faceret *Kroll*).]

*fere technice i. q. rarum facere, ita ut minuatur densitas, spissitudo; potius c. respectu*: **1** *dissolvendi, dissipandi*: LVCR. 1, 648 nil prodesset … calidum denserier ignem nec ⌊-fieri⌋, si … eandem naturam *retineret* (⌊ ⌋ *respic. ἀραίωσις Heracliti*). 2, 1139 *senescentia* iure … pereunt, cum -ta fluendo sunt … omnia (*cf. 1135* dispargit et ab se corpora mittit). ISID. orig. 13, 7, 1 aerem densum nubem esse, nubem -tam et solutam aerem (*syn.* distentus; *opp.* contractus). **2** *laxandi, aperiendi*: LVCR. 3, 442 *corpus nostrum* -tum detracto sanguine venis, *sc. ita ut anima recedere possit* (*disting. 444* rarus magis *aer*). 6, 233 *fulmen* curat … vasis integris vina repente diffugiant, quia … omnia circum collaxat rareque facit lateramina vasis … calor eius. 6, 870 sol radiis terram dimovit … et -fecit (*cf. 6, 861sq.* terra … rara). ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 50 La p. 435 *anthemis est* laxativa et contensata (*i.* cond-) -facit ([Aa oleus … -facit corpus; *cf. gr. ἀραιωτική*]. *sim.* syn. 7, 50, 1 La p. 196 ut, quae condensata sunt, -fiant [*Aa* rarum efficiatur, Ab -faciatur; *cf. gr. ἀραίωσις … τῶν πεπυκνωμένων*]). 4, 111, 6 La p. 620 purgare … totum corpus convenit per ventrem et urinas, ut digerat; -faciendum est totum corpus ([*cf. gr. ἀραιοῦντα*]. syn. 6, 8, 4 Aa p. 11, 19 c., antequam evacuetur, -facire non oportet [*cf. p. 11, 20* reddere rarum; *gr. μανοῦν loco utroque*]. 6, 27, 5 Aa p. 20, 14 [*opp.* conspissare]. *al., e. g. l. 41*). ALEX. TRALL. 1, 6 necesse est tunc, quae -faciant, adhibere (rarificant *ed. Lugd., sed* -faciunt *codd. Andecav. et Oxon.* [*gr. I 449 τοῖς ἀραιοῦν δυναμένοις*]; *cf. postea in eadem ed.* qu(a)e -faciant, adhibenda sunt medicamina [-faciunt *Andecav. et Oxon.*]). 2, 154 relaxatis visceribus et -tis *per cataplasma*. *al. apud* ORIBAS. *et* ALEX. TRALL.
**3** *intervellendi, purgandi*: NON. p. 36, 25 'depilati' dictum -ti (*affert Lucil. 845*). p. 369, 23 'putare' dicitur purgare, -ere (*affert Verg. georg. 2, 407*). p. 403, 1 'stringere': -ere, excidere (*affert Verg. ecl. 9, 59sq.*).

**rārenter** *v.* rarus.

**rārēsco,** -ere. *a* rarus. *scribitur* rari- *hic illic in codd. recentioribus e. g.* PAVL. PETRIC. Mart. 6, 454 IORD. Get. 56. NOT. Tir. 64, 78 -it. *enumeratur inter verba activa coniug.* $III^{ae}$ CHAR. gramm. p. 478, 2. GLOSS. -unt: rari fiunt vel pauci. $GLOSS.^{L}$ III Abstr. RA 10 -unt: pauci fiunt, patefiunt (*ad l. 73, ut vol. X 1, 797, 42sqq.?*). *sim. al.* *legitur in versibus inde a* LVCR., *in orat. soluta inde a* COLVM. [*olim falso afferebatur* -ere *pro* vanescere LVCAN. 3, 7.]

*i. q. rarum fieri* (*fere syn. est* tenuari *p. 129, 10; opp.* concrescere *p. 129, 12,* crassescere *p. 129, 43,* ⟨in⟩crebrescere *p. 129, 32. 67sq.,* denseri, densari *p. 129, 9. 13. 23; indicatur effectus per praepos.* in *c. acc. p. 129, 10*): **1** *strictius -endo minuitur densitas, spissitudo eorum*:
**a** *quae laxantur, pervia fiunt, aperiuntur* (*obtutui l. 73; in imag. p. 129, 1*): LVCR. 4, 865 *movendo, sudando, exhalando* -it corpus et omnis subruitur natura *animalium* (4, 892 *motione* -it … c. et aer … per patefacta venit penetratque foramina). 6, 841 ⟨r⟩arescit … terra calore et semina *vaporis* … dimittit in auras. VERG. Aen. 3, 411 ubi digressum Siculae te, *Aenea,* admoverit orae ventus et angusti -ent claustra Pelori (*explicat* SERV. '-ent' … ideo, quia venientibus de Ionio … clausae videntur angustiae, quae paulatim propinquantibus aperiri videntur). CASSIOD. in

[*Krebs*]

psalm. praef. 10 l. 21 (*in imag.*) *superscriptiones* ante fores psalmorum tamquam sacrata vela pendent, per quae, si aciem mentis intendas -entibus quibusdam filis, facile eorum penetralia contueris. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 16 p. 403$^{C}$ *pulmo* cedens … atque -ens rursus attrahit aerem (*gr.* ἀνοιγόμενος).

**b** *quae dissolvuntur, dissipantur, extenuantur*: α *-unt varia*: LVCR. 6, 875 solis radiis iactatur aquai umor et … tremulo -it ab aestu (*cf.* AVG. c. adv. leg. 1, 13, 17 [*ad gen. 1, 9*] quemadmodum aqua in aerios vapores tenuata -at [*opp.* denseatur]). OV. met. 15, 246 *sec. Pythagoram* resoluta … tellus in liquidas -it aquas, tenuatus … umor *eqs.* PS. CENS. frg. 1, 1 qui *tenor* (*i.* τόνος *Stoicorum*) -ente materia a medio tendat ad summum, eadem concrescente rursus a summo referatur ad medium. AVG. epist. 137, 4 densari atque -ere (crescere *var. l.*), contrahi et dilatari, in minutias deteri et grandescere in molem non nisi corporum est (*disting. res corporeae ab anima ut*: gen. ad litt. 10, 26 p. 331, 19 *nullum* esse corpus manente naturae suae quantitate, quod undique crescat, nisi -at. *ibid.* p. 332, 3 *Tertullianus* [*sc. anim. 37, 5 sqq.*] non timuit, ne *anima* deficeret -endo, cum cresceret). β *-unt nubes sim.*: LVCR. 6, 214 -unt … nubila caeli ([*215 sq.* ventus eas *nubes* leviter diducit … dissolvitque]. 6, 513 cum -unt … n. ventis aut dissolvuntur. STAT. silv. 1, 2, 186 pluviis -unt n.). RVFIN. Clement. 8, 42, 3 sq. sol … nubibus -entibus radios suos inprimens … arcus speciem reddit …; (4) *hoc fit*, cum oportunitatem sui umectae nubes -endo praestiterint (*opp. 5* densantur n. et coeunt).
γ *-unt tenebrae sim.* (*in imag. l. 30. 34*): STAT. Theb. 1, 343 *non* -entibus umbris longa repercusso nituere crepuscula Phoebo: densior … subtexit nox atra polos (Ach. 1, 421 Aoniae, iaculis *conficiendis* -itis, umbrae [*sc. arborum, ut ad ea vergat*]). 11, 74 quantum … profundae -unt tenebrae, tantum de luce *superna* recessit, *sc. Megaera ex inferis ascendente* (PAVL. PETRIC. Mart. 3, 338 tenebras -ere noctis vicina iam luce. ALC. AVIT. epist. 36. *in imag.*: RVFIN. Orig. in Rom. 9, 32 l. 22 proximante iustitiae solis adventu -entibus t. PAVL. NOL. carm. 19, 59 -unt t. mundi [*opp. 61* crebrescente fide]. IVLIAN. in psalm. 12, 4$^{b}$). CLAVD. rapt. Pros. 2, 331 Erebi se sponte relaxat squalor et aeternam patitur -ere noctem (PAVL. PETRIC. Mart. 4, 493 [*in imag. de poetae obscuritate*] nostram paulum -ere n.).

**c** *quae intervelluntur, quibusdam intermissis minuuntur*:
α *-unt varia corporea* (*cf. l. 27*): COLVM. 3, 16, 3 *malleolos plurimos* conserimus, quia neglegentia cultorum magna pars deperit et interitu seminum cetera, quae virent, -unt. 5, 6, 1 qui volet frequens et dispositum arbustum paribus spatiis … habere, operam dabit, ne emortuis arboribus -at (5, 6, 37 ut densum a. commendabile … est, sic, ubi vetustate -it, pariter et inutile et invenustum est). PLIN. nat. 11, 231 *pili* quadripedibus senectute crassescunt lanaeque -unt (*cf. Arist. hist. anim. 518b32* ἐλάττω … τῷ πλήθει, *sc.* γίγνεται). TAC. Germ. 30, 1 (*describitur sedes Chattorum*) paulatim -unt *colles* (*opponi vid.* durant). PRVD. c. Symm. 1, 437 mollis si brattea gypsum *idoli* texerat, infido -it gluttine sensim. PAVL. NOL. carm. 18, 406 -entibus astris (*sc. sub lucis ortum*). PS. AVG. serm. 96, 6 *Lazari tabescentis* capillis … -entibus (HESYCH. in lev. 13, 40 p. 946$^{B}$ in c. fluentibus, hoc est -entibus). CORIPP. Iust. 4, 20 (*19* ferro … succidere silvas) -unt luci.
β *-unt coetus vel sedes hominum*: (I) *acies militares, agmina sim.*: VAL. FL. 6, 617 infesta -unt cuspide pugnae (*i. pugnantes, v. vol. X 2, 2541, 43*). SIL. 5, 382 *consul* invadit cuneos subitoque pavore relaxat iam -entes acies. 17, 422 -it multo laxatus (lass- *var. l.*) vulnere miles atque aperit patulas … vias (*417* agmina … arta, *418* densarat … catervas). STAT. Theb. 2, 612 trepidi *milites* sese quaerunt numerantque … tantamque dolent -ere turbam. (II) *regiones, urbes sim., sc. quae privantur incolis* (*per abl. indicatis l. 59. 63*): STAT. Theb. 4, 284 -unt alta colonis Maenala (*cf.* SCHOL. desolantur necessitate bellorum). silv. 4, 4, 14 *propter calorem aestivum* ardua iam densae -unt moenia Romae. PAVL. NOL. carm. 14, 66 Roma … -ere gaudet huius honore diei, *sc. natalis Felicis* (*68 sqq.* milia … dimittit *foras*). CASSIOD. var. 11, 14, 1 ne urbs illa, *i. Comum*, … -at incolis.

**2** *laxius, sc. respectu densitatis evanescente, -endo potius minuitur rerum animantiumve*: *vis, effectus*: PROP. 3, 15, 33 (*loco vexato*) *ventis subsidentibus* litore sub (sic *trad.*) tacito sonitus -it harenae. TERT. apol. 20, 3 iustitia -it, iniustitia increbrescit (LACT. inst. 7, 15, 8 ita i. -et, ita inpietas … crebrescet [*cf. epit. 66, 1* interibit]). SIDON. epist. 1, 2, 9 ubique litigiosus fremit *petitorum* ambitus, qui tractus in vesperam … -it et per aulicos … dispergitur. *numerus, quantitas* (*allegorice p. 130, 2*): SOL. 32, 32 *ibis* serpentium populatur ova …: sic -unt proventus fetuum noxiorum (*in eadem re*: AMM. 22, 15, 25 ut -ant … pestes absumptae). AMM. 26, 3, 1 *praefectus urbi* curabat …, ut veneficos, qui tunc -bant, captos … morte multaret. PAVL. NOL. carm. 27, 594 pocula -unt (*cf. 592* nimii subeunt oblivia vini). LEO M. serm. 70, 5 l. 113 multiplicata per orbem fide et -ente impiorum numero. HESYCH. in lev. 26, 18 p. 1150$^{B}$ (*in interpr. allegorica*) -it … apud eos *Iudaeos* doctoralis 'panis' (*lev. 26, 26*) maxime salutaris (*postea*: nihil habent …, quod doctrinam vires habere nutriendi faciat). IORD. Get. 56 *Amazonae* veritae, ne eorum prolis -ret, vicinis gentibus concubitum petierunt. *al.* *Krebs.*

**rārifacio** *v.* rarefacio. **[rārifico,** -āre *vix recte ed. p. 128, 49.***]**

**rārificus**, -a, -um. *a* rarus *et* facere. *i. q. rarum faciens, raritatem inducens* (*c. gen. rei affectae; subest gr.* ἀραιωτικός): CAEL. AVR. chron. 4, 1, 9 (*sec. Themisonis sectatores*) siquidem … sit ⟨r⟩arifica carnis atque mollifica corporis phlebotomia.

**[rarimantēs:** ritantes (*vel* rim-) GLOSS. *corruptum*; rari nantes: natantes *coni. Nettleship coll. Verg. Aen. 1, 118,* [ra]rimantes: ⟨quae⟩ritantes *Thompson ad* GLOSS.$^{L}$ III Abstr. RA 11.**]**

**rarimenta** *v.* ?rafimenta.

**rāripēs**, -ēdis *adi.* *a* rarus *et* pes. *i. q. pedibus raris praeditus*: IVLIAN. in Ioel 1, 4 'lucustas' et 'erucas' … *non allegorice*, sed vermiculos -es vel minutas … accipiamus animantes.

**rāripilus**, -a, -um. *a* rarus *et* 1. pilus. *i. q. pilis raris praeditus*: COLVM. 1 praef. 26 *pecus caprinum* aliter curatur mutilum et -um, aliter cornutum et saetosum.

**rārīsco** *v.* raresco.

※**rāritās**, -ātis *f.* *a* rarus. *legitur non nisi in prosa orat. inde a* CIC., ?VARRONE (*v. l. 67*), VITR. (*qui vocem frequentat ut* PLIN. nat.).

*i. q. qualitas vel status eorum, qui rari (quae rara) sunt* (*inseruimus locis suis usum meton., a quo separare noluimus formam '-s rei' pro 'rara res' [sc. accedente gen. inverso q. d.; cf. adi. l. 68]; variat c.* paucitas *p. 132, 27, opp. e. g.* assiduitas *l. 60. p. 132, 9,* crassitas *p. 131, 48,* densitas *l. 63; augetur per adi.* magna *p. 131, 5. 70,* summa *p. 132, 23 et* CASSIAN. conl. 13, 6, 3, tanta *l. 39. 70*): **I** *strictius, sc. c. respectu densitatis, spissitudinis, frequentiae*: **A** *vi potius temporali spectat ad ea*:
**1** *quae adhibentur, applicantur* (*sc. parce, moderate*): CIC. de orat. 2, 247 dicacitatis moderatio et temperantia et -s dictorum distinguent oratorem a scurra (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 27 satietatem ut varietas earum *figurarum*, ita -s effugit [*antea: non* multae … aut iunctae aut frequentes]). PLIN. nat. 17, 213 (*respic. putatio vitium*) detracto onere supervacuo pro nutrimento omni est -s volneris. 28, 58 venerem damnavit Democritus … et, Hercules, -s eius utilior. SVET. Aug. 82, 2 infirmitatem magna cura tuebatur, in primis lavandi -e; unguebatur enim saepius. TERT. anim. 50, 4 tantam -em securissimi atque tutissimi sacramenti (*sc. baptismi, quo Menander haereticus se immortalitatem conferre profitebatur; de quo antea: balneum* infrequens …, quo paucissimi lavant).
**2** *quae occurrunt, inveniuntur* (*sc. non saepe, longis intervallis*):
**a** *exempla varia*: *proprie*: CELS. 7, 14, 1 sunt … circa umbilicum plura vitia, de quibus propter -em inter auctores parum constet. SEN. dial. 1, 4, 4 murmillonem *quendam* sub Ti. Caesare de -e munerum … querentem. nat. 1, 2, 10 causa … -is *coronarum diurnarum* haec est, quod solis fortius lumen est. 6, 3, 2 nobis … ignorantibus verum omnia terribiliora sunt, utique quorum metum -s auget; … ex insolito formido maior est. 7, 3, 1 deprehendi … propter -em eorum *cometarum* cursus adhuc non potest. epist. 42, 1 mediocria et in turbam nascentia saepe fortuna producit, eximia vero ipsa -e commendat. PLIN. nat. 1, 7, 42 -s continuationis in familiis (*cf. 7, 133* in qua *familia* tres continua serie oratores extiterint). 7, 58 Augustus in … exemplorum -e neptis suae nepotem vidit genitum (PLIN. epist. 6, 33, 2 *vir* et dignitate personae et exempli -e … insignis. *cf. p. 131, 9*). 8, 10 *tigres* sane mirentur ipsam vestigii *hominum* -em, sed unde sciunt timendi esse? 16, 144 Alexandrum *Magnum* … ob -em *hederae* ita coronato exercitu victorem ex India redisse. HIER. in Matth. 19, 23 l. 893 ('dives difficile intrabit in regnum caelorum') ubi 'difficile' ponitur, non impossibilitas praetenditur, sed -s demonstratur. in Os. 13, 14 l. 305 quod -e dulce est, assiduitate in amaritudinem vertitur. AVG. civ. 14, 24 p. 50, 32 hominum quorundam naturas … ceteris dispares et ipsa -e mirabiles (16, 8 p. 136, 4). CAEL. AVR. acut. 1, 9, 66 declinante accessione, hoc est cum … pulsūs … densitas atque humilitas in amplitudinem atque -em venerit. BOETH. mus. 1, 3 p. 190, 1 si tardus quidem fuerit ac rarior motus, graves necesse est sonos effici ipsa tarditate et -e pellendi; sin vero sint motus celeres ac spissi *eqs.* *al.* *metonymice*: GELL. 3, 16, 9 antiquos … Romanos Varro dicit non recepisse huiuscemodi *partus immaturos* quasi monstruosas -es (AMM. 22, 15, 24 [*de hippopotamis*]).
**b** *accedit respectus pretiositatis, praestantiae*: α *corporeorum*: FEST. p. 186 quorum *spoliorum opimorum* tanta -s est, ut intra annos paulo ⟨…⟩ trina contigerint nomini Romano. SEN. dial. 12, 10, 5 *cibos* pretiosos … non … aliqua faucium dulcedo, sed -s et difficultas parandi facit (*cf.* HIER. epist. 52, 6, 3 ciborum ⌞me -s⌟ *delectat* [⌞ ⌟ me rarita, mormitas *var. ll.; an meton. ad p. 131, 4?*]). PLIN. nat. 1, 22, 4 de corona graminea; de -e eius (*cf. 22, 6* corona … nulla fuit graminea nobilior). SVET.

[*Kruse*]

Aug. 72, 3 *praetoria sua* excoluit rebus ... vetustate ac -e notabilibus. Hist. Avg. Heliog. 29, 6 *quibusdam* dabat maximum praemium, ita ut sericam vestem donaret, quae tunc et in -e videbatur et in honore. *metonymice* (*hucine p. 130, 73?*): Plin. nat. 8, 154 Alexandro *Magno* ... equi magna -s contigit, *sc. Bucephalas.* **β** *virtutis, actionis laudabilis*: Qvint. frg. Lact. inst. 5, 7, 7 quae virtus esset innocentia, nisi laudem -s dedisset? Plin. epist. 7, 31, 6 (*quidam librum de amici vita edidit*) pulchrum istud et -e ipsa probandum. *metonymice*: Plin. nat. 17, 122 non est omittenda -s unius exempli.

**B** *vi potius locali*: **1** *spectat ad res*: **a** *quae structuram laxam, tenuem, perviam habent* (*respic. fere res naturales, sed textilia l. 20. 32*): **α** *respiciuntur varia*: Ⓘ *proprie*: Cic. nat. deor. 2, 136 in pulmonibus ... inest -s quaedam et adsimilis spongiis mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima (*cf. l. 40*). Vitr. 2, 9, 9 *cerrus et fagus,* quod ... habent ... aeris plurimum, ⌊pervia -e⌋ umores penitus recipiendo celeriter marcescunt ([per vias -is, pervisa -es *al. codd.*]. *item respic. arbores: ibid. iterum.* 2, 10, 1 *quaedam* siccescendo propter -em fiunt inanes et evanidae. 2, 10, 2 *abietes infernates sunt* spissis venarum crebritatibus solidatae, non habentes ex umore -em [*cf. l. 29*]). 5, 9, 7 propter carbonum -em naturalem. Sen. nat. 6, 18, 3 terrae motu -e *soli* factā. Non. p. 539, 15 ralla: vestis dicta a -e (*affertur Plaut. p. 55, 19*).

Ⓘⓘ *metonymice*: Ⓐ *de foraminibus, viis sim.* (*sc. plur. praeter* Cet. Fav.): Vitr. 2, 5, 3 umore penetrante in foraminum -es *calcis coctae* (*cf. ibid.* cum patent foramina eorum *saxorum* et -es, harenae mixtionem in se corripiunt et ita cohaerescunt. 7, 3, 7 calx in fornacibus excocto liquore facta -bus evanida). 2, 9, 1 cum ... inanes et tumidae temporum necessitate eorum *vernorum* fuerint, vanae fiunt et -bus inbecillae (*sc. arbores ut*: 2, 9, 8 *quercus* non habens foraminum -es propter spissitatem non potest in corpus recipere liquorem. 2, 10, 2 *abietes infernates* non habentes interveniorum -es siccitatibus exsuctae solidantur, quia sol ... ex arboribus educit umores [*ad easdem spectat l. 18*]. Cet. Fav. 12, 1 [*sec. Vitr. 2, 9, 3*] venarum -s exsiccata). 7, 8, 4 argentum *vivum* per panni -es propter liquorem extra labitur. Sen. nat. 6, 23, 1 rara terrae natura est multumque habens vacui; per has -es spiritus fertur. Vindic. med. 19 *sensifica virtus* ad pupillam ... concidens celerrimo lapsu per eius -es (-is *cod.*) accipit casum. Ⓑ *de materia laxa, pervia, non solida*: Vitr. 2, 8, 2 simul ... umida potestas e materia per caementorum -em fuerit exsucta calxque ab harena discedat et dissolvatur ([*antea*: molli ... et rara potestate]. 2, 8, 3 evanida facta materia c. que exsucta -e). Lact. opif. 11, 4 (*antea p. 141, 9*) dum vitalis ventus per illam spargitur -em, *sc. pulmonis* (*cf. etiam l. 13*).

**β** *respicitur aer vel aqua*: *proprie*: Vitr. 8, 2, 9 propter naturae -em (*sc. aquae ut*: 8, 3, 3 propter naturalem -em [*seq. l. 54*]). Apvl. Socr. 11 p. 145 (*antea: daemonum corpora* ex illo purissimo aeris ... elemento coalita) *daemones* fila corporum possident rara ... et tenuia usque adeo, ut radios omnis nostri tuoris et -e transmittant ... et subtilitate frustrentur (*opp.* terrena soliditas). Cassiod. var. 12, 25, 5 aer nivibus nimio rigore densatus ardore solis in nulla -e perductus est, sed in assumpta crassitate perdurans ... caloribus eius obstitit. *metonymice*: Vitr. 2, 9, 6 *abies* ideo celeriter accenditur, quod, quae inest in eo corpore aeris -s, ut est patens, accipit ignem (*antea*: abies aeris habens plurimum et ignis). 6, 2, 2 cum *remi* ... sub aqua sunt demissi, per naturae perlucidam -em remittunt ... imagines *infractas* (*cf. l. 43 nec non* 10, 3, 6 *navis propellitur* secante prora liquoris -em). 8, 3, 3 *spiritus aquae ferventis mox* exanimati per -es liquidae potestatis residunt.

**b** *quae intervallis, lacunis distinctae sunt*: *proprie*: Plin. nat. 11, 95 cicadae non nascuntur in -e arborum (*cf. Arist. hist. anim. 556a21sq.* ὅπου μὴ δένδρα ἐστίν). 28, 163 capilli defluvia ursinus adips ... continet; ... emendat ... -em superciliorum (*cf.* -s capillorum: Svet. Otho 12, 1 vulso corpore, galericulo capiti propter -em c. adaptato. Firm. math. 4, 19, 7 *Saturnus* caput c. -e denudat aut facit ... calvos). Brev. Expos. Verg. georg. 1, 164 rastri a dentium -e dicti (*in eiusdem vocis veriloquio* Isid. orig. 20, 14, 6 [*inde* Gloss.[L] I Ansil. RA 204]. *cf. l. 66*). *metonymice*: Plin. nat. 8, 169 *asinae* pontes *non* transeunt per -em eorum tralucentibus fluviis. Qvint. inst. 11, 3, 55 sunt qui spiritum cum stridore per -em dentium non recipiunt, sed resorbent (*cf. l. 62*).

**2** *spectat ad homines*: **a** *quoslibet paucos* (*accedit respectus inopiae l. 73sq.*): Svet. Aug. 43, 1 quibus *spectaculorum* diebus custodes in urbe disposuit, ne -e remanentium grassatoribus obnoxia esset. Ivlian. in Am. 9, 13 adversorum siquidem tempore -s erat magna cultorum, nunc e contrario multiplicabit incolas restituta tranquillitas. in Os. 2, 12 hanc *tristem agrorum* faciem erat colentium -s illatura. Cod. Theod. 12, 6, 22 (= Iust. 10, 72, 4, 2) *exactores* per annos singulos ... mutentur, nisi ... ⌊-s⌋ ordinis eos per biennium esse conpellat (⌊ ⌋ auctoritas *trad. cod. Iust.; cf.* Interpr. -s curialium). Canon. Turner II p. 134 rec. III *talis vir* ordinari praesbyter non potest ..., nisi forte propter ... hominum -em (*item fere aliae recc. et* Ferrand. canon. 86; *gr. Ioh. Schol. tit. 36, 8* διὰ σπάνιν ἀνθρώπων). Conc.[S] I 3 vers. Tur. p. 195, 5 -s epistulae portitorum (*gr. I 1, 4 p. 20, 23* τῶν τοῦ γράμματος διακομιστῶν ἡ σπάνις). Vitae patr. Iurens. 8 locus *a Romano occupatus* ... non parvis spatiis ob -em consistentium distabat ab incolis. **b** *infrequenter aliquid facientes, patientes*: Apvl. Socr. 4 p. 129 parit ... conversatio contemptum, -s conciliat admirationem (*antea: cum rex* raro aditu sit). Sidon. epist. 1, 7, 3 pati de occurrentum -e suspicionem, de assiduitate fastidium. *metonymice*: Consvlt. Zacch. 3, 6, 2 cum ... adtentior in ipsa supplicatione sit -s, *i. qui raro cantat* (hilaritas *cod. unus*).

**II** *laxius, sc. mero respectu paucitatis*: **A** *rerum*: Colvm. 3, 2, 24 Graeculae vites ... nostris regionibus et -e uvarum et acinorum exiguitate minus fluunt (*opp.* frequentis ... uvae). Plin. nat. 13, 43 quinque harum *sandalidum* ... arbores ..., non -e magis quam suavitate mirabiles. 25, 16 (*antea*: quare non plures *herbae medicinales* noscantur) turpissima causa -is, quod etiam, qui sciunt, demonstrare nolunt. Clavd. Don. Aen. 9, 185 p. 212, 19 'lumina rara micant' (*9, 189*), quod primum signum fuit soporati hostis ...; cum esset coniectura de -e luminum *eqs.* Theod. Prisc. eup. faen. 16 sterilis terra cum fuerit, fructus cum -e progenerat. Salv. gub. 6, 49 blandimur nobis ... de probitate morum, blandimur de turpitudinum -e. **B** *hominum*: *proprie*: Arnob. nat. 1, 24 negleguntur dii ... atque in templis iam -s summa est. Lact. epit. 66, 7 *in diebus ultimis* orbis terrarum paene ad solitudinem, certe ad -em hominum redigetur (*cf. inst. 7, 16, 14* ita ... conficietur humanum genus, ut vix decima pars hominum relinquatur). Hil. in Matth. 22, 7 l. 21 (*sec. Matth. 22, 14* multi ... sunt vocati, pauci vero electi) non est ... paucitas in invitatis, sed -s in electis. Amm. 18, 4, 5 quis eorum *puerorum castratorum* ferret examina, quorum -s (par- *trad.*) difficile toleratur? Clavd. Don. Aen. 10, 120 p. 308, 29 (*l. 20* qui essent pauci) dicendo ... singulos *defensores* (*sc. 10, 123sqq.*) ... -em ipsam evidenter expressit. Hier. in Matth. 11, 3 l. 20 (*loq. discipuli Iohannis baptistae, cf. Ioh. 3, 26*) nos deserimur, hic -s est, ad illum *Iesum* turba concurrit. Cassian. conl. 19, 5, 1 -e eorum, qui in heremo tunc ... morabantur (*cf. l. 36*). *al.* *metonymice de parva manu eorum*: Cassian. conl. 7, 23, 1 inter anachoretarum ... principia, in quibus adhuc -s monachorum in heremo conmanebat (*cf. l. 33sq.*). Novell. Valent. 13, 8 ne quis ... de hac ipsa -e colonorum ... se existimet excusandum (rare-, veritate *var. ll.*; varietate *Pithou*).

**rāriter** *v.* rarus.

**rāritūdo,** -inis *f.* *a* rarus. *i. q.* *raritas*: Varro ling. 5, 130 dictum a rete 'reticulum', 'rete' ab -e. Colvm. arb. 3, 7 mediocri -e optima est vitibus terra (*cf. postea*: utilissima ... est superior modice rara, circa radices densa).

**1. rārō** *v.* rarus.

*?* **2. rāro,** -āre. *a* rarus. [*falsa var. l.* -verit *pro* paraverit *editur* Vet. Lat. Iob 27, 16 (Gild. Brit. 59 chron. III p. 59, 5; *cf. Hier. interpr. Iob; gr.* ἑτοιμάσῃ, *Vulg.* praeparaverit).]

*i. q.* *rarum facere* (*si recte editur*): Ivlian. Aug. c. Pelag. 1, 13, 26 *adversarii* dicunt ... baptisma non ... auferre crimina, sed -are, ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur ([*cf. postea*: peccatorum radices ... quasi rasorum in capite capillorum]. *contra dicit* Avg. *ibid.* baptisma ... auferre crimina, non -are [rare, radere *var. ll. utroque loco*]).

**[rarsiram** Soran. sang. reic. 5. *corruptum.*]

**rartilia,** (-ae) *f.* *orig. incertae.* *scribitur etiam* -tic(u)la, -tigla Gloss., -tiria Ps. Apvl.; *de* rastilia *cogitat Ernout, Rev. Phil. 31, 1957, 208 adn.*

*nomen herbae* (*'Tormentilla erecta' L.; cf. André, Lex. des termes de botan., 1956, 271*): Gloss. -a: aunapus (*vel* adun-, -pos). tornella (*i.* tormentilla). id est aunapus, id est tornella. *vix agnoscas interpolationes*: Ps. Apvl. herb. 58 l. 10 a Graecis dicitur dafnoides ...; Itali vica pervica ..., alii victoriola, ⌊alii -a⌋ (⌊ ⌋ *perperam add. cod. unus*). Gloss. -a id est sigilata (*glossam add. manus altera*). *Kruse.*

※**rārus,** -a, -um. [rārus (< *$rə_1$-ro-) *a stirpe* *$reə_1$- *'numerare' addito* -ro- *suffixo derivatum est, ut* pūrus *a stirpe* *$peu̯ə_2$- *'purgare'; cf. Leumann, Gramm. 1977, 315. notio originaria q. e. 'numeratus' paucitatem comprehendisse vid.* (*cf. theod.* gezählt; *opp. 'innumerabilis'*). *Mei.*]

*scribitur* rad- *in codd. p. 136, 1sq. et* Colvm. 3, 1, 5 (*SA, saec. IX*); *v. etiam p. 133, 5. 140, 32sqq. 145, 70.* Not. Tir. 18, 6 *et* 64, 77 -um. 64, 79 -issimus. *compar.* -ior *inde a* Cic., Varrone, Lvcr. (*cf.* magis -us Cic. inv. 2, 35 Lvcr. 2, 532. *al.* Qvint. inst. 9, 2, 73), *superl.* -issimus *inde a* Cic., Verg., Ov. (*cf.* maxime -us Cic. Lael. 64 off. 1, 119 Qvint. inst. 7, 3, 25). *de notione* (*cf. p. 140, 32 et e. g. p. 134, 6sq. 135, 37. 64. 138, 25sq. 140, 37sqq. 141, 52*): Gloss. -us: ἀραιός, σπάνιος. -um: ἀραιόν. -i: pauci. *sim. al.* *legitur singulis locis apud* Plavt. *et* Acc. (*v. p. 135, 21*), *tum inde a* Rhet. Her., Cic., Catvllo, Varrone; *saepius e. g.*

*[Harbsmeier]*

apud LVCR. ($25^{ies}$), OV. ($53^{ies}$), SEN. *min.* (*trag.* $9^{ies}$, *philos.* $46^{ies}$), PLIN. nat. (*plus* $100^{ies}$), STAT. ($30^{ies}$), TAC. (*ca.* $45^{ies}$). [*val.* rar, *it.* raro (*serm. docti proprium*), *raet. centr.* rè, rèr, *or.* rar, *francog. vet.* rere (*fem.*), *rec.* rare, *prov.* rar, *cat.* rar(o), *hisp., port.* raro; *pedem.* rair, *langob.* ráyer, *sic.* (*Herbitae*) rrairu *fort. a compar.* rārius. *per dissimilationem mutata est* -r- *litt. sive in* -d- (*cf. p. 132, 67*), *ut it.* rado (*unde fort. sard. mer.* rau), *hisp.* rado, *sive in* -l-, *ut norm.* ral, *hisp., port.* ralo *nec non francog. vet.* relment (*adv.*). *cf. M.-L. 7067 et Faré, Postille. Tiktin-Miron$^{3}$ III 264. Battisti-Alessio V 3195. 3209. Cortelazzo-Zolli$^{2}$ 1309. 1322. Wagner II 339. Kramer V 481sq. Wartburg X 75sq. Coromines VII 112. Corominas-Pascual IV 786. Machado$^{3}$ V 35. 40. Schd.*] [*confunditur in codd. e. g. cum* carus *p. 138, 32. 140, 51* (*falso trad.* OPT. PORF. carm. 12, 3), parvus *p. 135, 54. 136, 59. al. (restit. pro* p. *vel* parum *p. 134, 60. 138, 73. 140, 55), adv.* raro *p. 142, 33. falso tradi vid.* CHIRON 467 -um … intervallum, *unde perperam em. Oder locum geminum* 40 ⌊os. -um⌋ … i. (os suorum *trad., lege* ossuorum *coll. Hippiatr. gr. I 329, 2* διάστασις … τῶν ὀστέων. *cf. etiam vol. VII 1, 2295, 3sqq.*).]

*fere i. q.* non frequens *vel* non densus (*ad subi. vel obi. modo quasi adverbiali accedit e. g. p. 134, 23. 29sq. 135, 43. 137, 8. 139, 38sqq. et saepe sub p. 136, 6sqq.*). *fere pro syn. in contextu occurrit e. g.* paucus *p. 136, 23sq. 137, 61. 73sq. 138, 6 (alia v. p. 140, 42sq.); opp. vel disting. maxime* creber *e. g. p. 135, 8. 35. 73. 139, 56,* densus *e. g. p. 134, 24. 135, 13. 75. 140, 57. 59. 68. 141, 60* (*cf.* perdensus *p. 140, 65*), frequens *p. 134, 13. 63. 136, 54. al.,* nullus *p. 137, 26. 32. 138, 3sqq. al.,* plures, plurimi *e. g. p. 137, 60. 69 et* PS. QVINT. decl. 8, 11 SVET. Aug. 91, 1, spissus *p. 140, 26. 61. 141, 51. al.* *graece respondet e. g.* ἀραιός *p. 141, 1. 14 et saepe,* μανός *p. 136, 1. 140, 38sqq.,* ὀλίγος *e. g.* PLIN. nat. 7, 37 (*Arist. hist. anim. 585a2*). 16, 46 (*Theophr. hist. plant. 3, 9, 4*), σπάνιος *p. 134, 67. 136, 43 et* PLIN. nat. 10, 90 (*Arist. hist. anim. 542b24*). *al. apud eundem.* MAR. VICTORIN. Porph. isag. p. 21, 6; *ceterum e. g.* διὰ χρόνου *l. 75.*

*exempla sic digerenda esse putavimus*:

**CAPVT PRIVS:** *respiciuntur ea, quae pauca sunt vel (longe) inter se distant*:

**I** *notione communi*: **A** *respic. intervalla temporis: l. 61 (-a sunt ipsa tempora l. 62, varia l. 68; neutr. pro subst. p. 134, 59).* **B** *respic. intervalla spatii: p. 134, 68 (-ae sunt res variae p. 134, 69, loca sim. p. 135, 20, partes corporis p. 135, 42, herbae, arbores sim. p. 135, 58; -i sunt animantes p. 136, 4).* **C** *respic. numerus, quantitas: p. 136, 28 (-ae sunt res p. 136, 33, animantes p. 137, 36; c. acumine de eximiis, pretiosis sim. p. 138, 23).* **D** *appendicula locutionum ad IA et IC: p. 138, 70.*

**II** *notione deflexa transfertur*: **A** *ad eos, qui (ea, quae) quandam rem haud saepe agunt vel patiuntur: p. 139, 37.* **B** *ad ea, quae (eos, qui) re non frequenti, non copiosa praedita (praediti) sunt: p. 140, 8.* **C** *ad* intervalla *loci vel temporis: p. 140, 22.*

**CAPVT ALTERVM:** *respiciuntur ea, quae corpus non densum habent vel quorum partes longe distant*:

**I** *notione communi*: **A** *describuntur singula: p. 140, 41 (sec. materiam p. 140, 41, sec. formam p. 141, 35).* **B** *describitur coetus personarum vel rerum: p. 141, 48.*

?**II** *notione deflexa -a sunt foramina: p. 141, 65.*

*adv.* rārē, rāriter, rāro *p. 142, 1 (c. respectu temporis p. 142, 37, loci p. 145, 50, quantitatis p. 145, 68),* rārenter *p. 145, 72.*

**CAPVT PRIVS:** *respiciuntur tam ea, quae pauca sunt vel ad genus non frequens pertinent, quam ea, quae (longe) inter se distant, sc. interpositis intervallis (fere magnis) spatii vel temporis*: **I** *notione communi -a sunt ipsa pauca vel distantia* (*quaedam sub A et B allata etiam ad C referre possis; structuram q. e.* res -a inventu *sim. v. sub IIA3*): **A** *respiciuntur potius intervalla temporis*: **1** *usu adi.* (*determinatur inf. pro subst. positum p. 134, 17*): **a** *-a sunt ipsa tempora, spatia temporis*: PLAVT. Truc. 49 si -as noctes ducit *cum scorto amator* (*opp.* increbravit [crebras ducit *coni. Studemund*]). RHET. Her. 3, 13, 23 (*definitur* distributio, *v. vol. V 1, 1549, 55sq.*) oratio frequens cum -is et brevibus intervallis. PROP. 4, 3, 53 -is … kalendis (MART. 4, 66, 3). OV. Pont. 1, 8, 66 te modo campus habet …, nunc, in quo ponis tempora -a, forum. *al.*

**b** *cetera exempla*: **α** *-ae sunt actiones (etiam non voluntariae), affectus sim. animantium* (*exempla selecta post* LIV.): RHET. Her. 3, 15, 27 pedis dexteri -a subplusione … uti oportet (*item respic. gestus oratoris*: CIC. orat. 59 [*inde* QVINT. inst. 11, 3, 126] -us incessus nec ita longus, excursio moderata eaque -a. QVINT. inst. 11, 3, 125 procursio). CIC. Sest. 115 plausūs exilīs et -os. phil. frg. I 10 (Colum. 12, 3, 4) quibus … ad dies festos … utimur et ad quaedam -a negotia (*Xen. oecon. 9, 10* εἰς τὰς διὰ χρόνου πράξεις). CATVLL. 68, 136 -a … furta feremus erae. VARRO rust. 1, 22, 6 quae *instrumenta* in -iore sunt usu (SEN. benef. 7, 1, 4 PLIN. nat. 16, 68. QVINT. inst. 8, 6, 30 oratoribus etiamsi -us … *antonomasiae*, nonnullus tamen u. est. *al.*). NEP. Milt. 6, 2 populi Romani honores quondam fuerunt -i et tenues …, nunc autem effusi. VERG. Aen. 3, 314 -is turbatus vocibus hisco 'vivo equidem *eqs.*' (*huc spectant* CLAVD. DON. p. 309, 12 cum … continua verba esse non possunt. GLOSS. -is v.: interruptis). HOR. sat. 1, 2, 40 multo corrupta dolore voluptas atque haec -a. PROP. 1, 3, 27 quotiens *in somno* -o duxti suspiria motu. OV. am. 2, 19, 6 *amantibus* faciat voto -a repulsa locum (ars 3, 580). epist. 21, 195 oscula (MART. 11, 23, 13). trist. 4, 5, 28 incidat … vestro -a querela toro (nulla *var. l.*). LIV. 3, 36, 2 -i aditus *ad decemviros fuerunt* (24, 5, 5. APVL. Socr. 4 p. 129 [*v. app. crit.*]). 30, 9, 5 -a mentio est pacis (AMM. 29, 1, 19). VELL. 2, 114, 3 admonitio frequens, infrequens castigatio, vindicta -issima (*Rhenanus,* amar- *codd.*). CELS. 3, 27, $3^{B}$ -issima venere utendum est. SEN. epist. 124, 17 praeteriti -a memoria est *animalibus.* PLIN. nat. 19, 79 *raphano cum olivis sumpto* -ior ructus fit minusque faetidus. STAT. Theb. 3, 487 seu purior axis (*i. caelum*) … et -um insistere terris vera docent *aves.* TAC. ann. 3, 40, 1 *quibusdam* Romana civitas olim data *erat,* cum id -um nec nisi virtuti pretium esset. PLIN. epist. 7, 6, 1 -a et notabilis res Vareno contigit. PANEG. 3, 24, 2 ceterorum … imperatorum (*gen. obi.*) caritates admodum -ae nec umquam diuturnae fuerunt. PRVD. c. Symm. 2, 1058 -ae tenuesque epulae. PAVL. NOL. carm. 20, 367 unde haec cura fuit pecori, quae -a fideles excitat *eqs.*? CAEL. AVR. acut. 3, 5, 53 -um … pulsum ([*opp.* densum]. chron. 1, 5, 149 [*antea opp.* creber]. PS. SORAN. puls. p. 279, 23 [*antea opp.* spissus]. *al.*). *et saepe.* **β** *-ae sunt res corp., quibus indicantur (sive per meton. sive aliter) variae actiones* (*scripta conscribendi vel accipiendi l. 29sqq. 36*): VARRO frg. Non. p. 108, 26 mihi puero … fuit … balneum non cotidianum, alveus *lusorius* -us. CIC. fam. 2, 13, 1 -as tuas quidem …, sed suavis accipio litteras (OV. trist. 4, 7, 24 mille potest causis, a te quae l. saepe missa sit, in nostras -a venire manus [nulla *var. l., ut*: Pont. 4, 2, 24 l. -a, *i. poema*]). HOR. sat. 1, 7, 27 flumen ut hibernum, fertur quo -a securis (PORPH. non facile itur in ea loca ad caedendum lignum, quae sint nimis … abrupta). PROP. 2, 19, 13 -a feres inculto tura sacello (*respic. cultus deorum neglectus ut*: SIL. 7, 89 -ae fumant felicibus arae. *sunt qui locos ad C referant*). OV. Pont. 3, 5, 35 *ne* -a tui monimenta laboris accipiant nostrae … manus. CELS. 3, 21, 17 balneum -um …, frequentiorem … vomitum (7, 3, 4 [*postea*: cotidiana … gestatio]. *al. apud eundem*). STAT. Theb. 7, 168 castris (*i. militia*). MART. 10, 47, 5 lis numquam, toga -a. *al.* **γ** *-us est status caeli sim.: fulmina* (*cf. p. 139, 45*): OV. Pont. 1, 2, 128 (*in imag.*) *Augustus* iacit invitā fulmina -a manu (PLIN. nat. 2, 135. 138). GERM. frg. 3, 25 -os … ignīs (STAT. Theb. 7, 202 quam -us terris hic imperet i.). SEN. Phaedr. 1132 -os … fulminis ictus. *quilibet*: GERM. frg. 3, 7 -us … in terras caelo demittitur umor. 3, 15 -a Sagittifero descendunt †plŭvia terris (flamina *O. Skutsch, alii alia*). 4, 100 Scorpios … -is … horrebit pluviis ([*opp. 101sq.* nimbis continuis]. CYPR. Demetr. 7, 1. *aliter p. 140, 73*). SEN. nat. 3, 6, 1 in his … locis, quibus -us est imber (3, 6, 2 harenae … -is i. sparsae. 4, 2, 1 *ibi* aut nulli i. sunt aut -i. COLVM. 2, 11, 3 TAC. hist. 5, 6, 1). *al.* **δ** *-a sunt varia*: CIC. off. 2, 19 fortuna ceteros casus -iores habet, primum ab inanimis procellas, … incendia, deinde a bestiis … impetus; haec, ut dixi, -iora. TIB. 2, 3, 77 si copia -a videndi *puellam* (*sim. e. g.* facultas: STAT. Theb. 10, 130 PROSP. carm. de prov. 796; occasio: QVINT. inst. 3, 7, 17. PLIN. epist. 3, 17, 1 o. scribendi vel -a vel nulla. 10, 54, 1 aut nulla aut -issima o. *al.*). LIV. 1, 10, 7 adeo -a eius fortuna decoris fuit. CELS. 1 proem. 53 frequens adversa valetudo an -a. SEN. nat. 2, 55, 3 naturalem causam quaerimus et assiduam, non -am fortuitamque. 7, 1, 5 -us et insolitae figurae ignis (*i. cometa ut*: 7, 14, 4. 7, 25, 3 tam -um mundi spectaculum [*cf. p. 137, 29*]). *et saepe.*

**2** *neutr. pro subst.*: **a** *vario usu*: TAC. ann. 13, 2, 1 hi rectores *Neronis iuvenis* … et, ⌊-um in societate potentiae⌋, concordes (parum … potentia *trad.*). PLIN. epist. 8, 14, 10 sic -a ut adsidua tractare. AVSON. 23 (270 S.), 85 *v. p. 139, 34.* BOETH. in herm. comm. sec. 3, 9 p. 248, 14 a frequentiori et a -iori argumentum trahit. **b** *in iuncturis c. praepos., quibus significatur i. q. raro, non saepe*: CHALC. comm. 158 quae fiunt, … partim … frequentis exempli sunt, partim ex -o accidunt (*postea*: quae raro accidunt). ORIBAS. syn. 5, 45, 4 La p. 81 (*versio lat. intellectu difficilis*) quam plurim[a]e …, in -o *eqs.* (*gr.* ὡς τὸ πολὺ …, ἐν δὲ τῷ σπανίῳ κτλ.).

**B** *respiciuntur potius intervalla spatii* (*etiam ad C referre possis e. g. p. 135, 60. 136, 16sq. 24*): **1** *-ae sunt res*: **a** *variae* (*corruptum vid.* PROP. 4, 4, 77 -os … acervos, *v. e. g. Hutchinson, comm. 2006, ad l.*): RHET. Her. 4, 11, 16 (*in imag. de rebus in oratione locatis*) quae *exornationes* si -ae disponentur, distinctam …, si crebrae conlocabuntur, obliquam reddunt orationem. LVCR. 4, 443 (*vix ad p. 140, 66sqq.*) -a … per caelum cum venti nubila portant (*cf.* SEN. Thy. 109 ventus … -as igneus nubes *fert*). VARRO rust. 3, 5, 3 *ornithon habeat* fenestras -as, per quas non vide-

*[Harbsmeier]*

antur extrinsecus arbores aut aves. 3, 9, 6 *fenestrae* e viminibus factae -is, ita ut lumen praebeant multum *eqs.* (Ov. fast. 4, 770 dent … viam liquido v. -as sero). Verg. georg. 4, 46 -as superinice frondes. Aen. 9, 189 lumina -a micant (*i. ignes*). Ov. met. 12, 600 -a per ignotos spargentem … Achivos tela Parin. fast. 6, 697 terebrato per -a foramina buxo ut daret … tibia longa sonos. Liv. 2, 50, 5 -a (par(v)a *var. ll.*) hostium apparebant arma. 33, 5, 7 -i stipites magnarum arborum *caesarum e vallo* eminebant. *al.* Fest. p. 218 -i sulci (*opp.* crebriores; *v. vol. X 1, 2739, 43*). Cels. 5, 26, 23[C] utraque, *et sutura et fibula,* neque nimis -a neque nimis crebra inicienda est; (23[D]) si nimis -a est, non continet, si nimis crebra est *eqs.* Sen. Herc. f. 125 iam -a micant sidera (*sc. ante solis ortum; cf.* Clavd. 1, 26 Plaustro iam -a intermicat Arctos [*sc. ob lunam lucentem, v. Taegert, comm. 1988, ad l.*]). epist. 121, 22 *araneae fila* in orbem currentia ex denso -a. Plin. nat. 15, 59 *māla* -a componi. *al.* Val. Fl. 2, 627 -ior hinc tellus atque ingens undique caelum rursus (*sc. quasi litore utrimque a navigantibus recedente; v. Poortvliet, comm. 1991, ad l.*). *al.* *nota de partibus dispersis librorum* (*nisi 'pauca' intellegens locum ad C1a referas*): Hesych. in lev. praef. p. 789[A] *ut librum interpretarer* non quemadmodum olim quidam -a quaedam capitula excerpentes, sed omnia … discutiens.

**b** *loca et ea, quae per loca dispersa sunt*: **α** *varia*: Acc. trag. 526 (*si huc pertinet*) Lemnia ⌊praesto litora -a⌋ et celsa Cabirum delubra tenes (⌊ ⌋ *Augustinus,* prest olitor ararat *trad.,* rava *pro* -a *coni. Hermann, alii alia. de ora valde incisa et paucis litoribus praedita cogitat D'Antò, comm. 1980, 427; minus probabiliter Ribbeck, Trag. Rom. frg., [2]1871, p. LX vel 'nuda et scrupea' [cf. fort. p. 140, 53 sqq.] vel 'infrequentia et deserta' [cf. IIB2?] intellegit*). Cic. rep. 6, 20 vides habitari in terra -is et angustis in locis, et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas *esse* (Pvblil. sent. M 10 [*in imag.*] metus cum venit, -um habet somnus l. [raro *var. l.*]. Liv. 21, 58, 10 Ps. Agenn. grom. p. 60, 4). Caes. Gall. 3, 12, 5 summa … erat … -is ac prope nullis portibus difficultas navigandi (Mela 2, 76 -ae urbes, quia -i p.). Verg. Aen. 9, 383 -a per occultos ⌊lucebat⌋ semita callis (⌊ ⌋ *var. l.* duc-, *quae si recipitur, explicat* Serv. inter calles pecorum -am fuisse … hominum viam [*antea p. 145, 55*]). Vitr. 8, 2, 8 *cum* Afri … campi … latentes penitus habeant umores nec fontes crebros amnesque -os. *al.* **β** *aedificia eorumve partes*: Hirt. Gall. 8, 10, 3 cum -is disiectisque ex aedificiis pabulum conquireretur. Verg. georg. 3, 340 -is habitata mapalia tectis ([Serv. auct. qui non iunguntur et distantibus locis fiunt]. Aen. 8, 98 -a domorum t. Sen. Tro. 826 Olenos t. habitata -is). Ov. met. 13, 588 (*loq. Aurora*) mihi sunt totum -issima templa per orbem. fast. 5, 94 hic, ubi nunc Roma est, … paucae pecudes et -a casa fuit. *al.*

**c** *partes corporis animantium* (*notae corporis l. 47*): **α** *quaelibet*: Lvcr. 3, 376 *animae elementa* -a per artus dissita sunt. Plin. nat. 11, 274 *Aristoteles* vitae brevis signa ponit -os dentes ([*cf. hist. anim. 501b23* ἀραιόδοντες]. Svet. Aug. 79, 2 d. -os et exiguos et scabros). Amm. 31, 2, 14 Agathyrsi … interstincti colore caeruleo corpora … et humiles quidem minutis atque -is, nobiles vero … densioribus notis. **β** *capilli sim.*: Prop. 4, 5, 71 -i … capilli vincula (*item sing. collect.*: Svet. Cal. 50, 1 c. -o at circa verticem nullo. *plur.*: Mart. 10, 83, 1 -os colligis hinc et hinc c. et … calvae campum … tegis. Plin. epist. 3, 6, 2 -i et cedentes c. Iren. 2, 26, 2 eo quod … alii quidem spissos c. semper, alii autem -os, alii vero et omnino paucos c. habeant. Rvfin. hist. mon. 1, 2, 10 *erant* c. eius et barba quasi ex languore nimio -a et tenuis). Ov. am. 1, 8, 111 albam -amque comam. met. 8, 568 heros … -is (parvis *var. l.*) iam sparsus tempora canis (*cf.* canities -a: Plin. nat. 37, 191 [*loco corrupto*] spartopolian *lapidem* -ior *c. appellavit* [*i. nomen lapidi dedit*]. Apvl. met. 5, 15, 4 *maritum* interspersum -a c.).

**d** *herbae, arbores earumve partes* (*sc. non abscisae [aliter e. g. l. 3]*); *respiciuntur spatia posita*: **α** *inter ipsas herbas, arbores sim.*: Varro rust. 1, 53 messi facta … si sunt spicae -ae. Nep. Milt. 5, 3 arbores multis locis erant -ae (Ov. Pont. 3, 1, 19 -a, neque haec felix, in apertis eminet arvis a. Colvm. 2, 2, 11 si -ae sunt [rareta *SA,* carecta *Schneider,* fruteta *Ahle*]). Verg. georg. 4, 130 *senex* -um … in dumis holus … premens (*vix ad C2, ut* Non. p. 379, 28 electum. Serv. auct. pro praecipuo et summo). Ov. epist. 10, 25 apparent frutices … -i. met. 8, 800 Famem … -as (-is *codd. pler.*) vellentem dentibus herbas (Lvcan. 9, 438. Svlp. Sev. dial. 1, 3, 5 terra … h. -am … gignit). Plin. nat. 17, 171 *vites* pluvio … tractu -iores poni, sicco densiores. 18, 196 festinata satione densum spargi semen …, serotina -um. *al.* **β** *inter partes singularum herbarum vel arborum*: Verg. ecl. 5, 7 antrum silvestris -is sparsit labrusca racemis (*sim.* Sen. apocol. 2, 1 vers. 6 carpebat -as serus vindemitor uvas [Plin. nat. 14, 29]. Colvm. 12, 45, 1 acini [arb. 3, 1 Plin. nat. 23, 22]). Colvm. 3, 19, 1 sive crebras gemmas habet *malleolus* … seu -as. Plin. nat. 17, 157 quae *vitis* -os habet nodos (*opp.* densitas). 19, 124 *sunt* differentiae in folio denso, crispo aut -iore et leviore ([*Theophr. hist. plant. 7, 4, 6* μανότερον]. 19, 140. *al.; scribitur* rad- *in cod. saec. VIII*: Diosc. 2, 115 p. 224, 8 [*gr. 2, 131* ἐκ διαστημάτων]. 3, 100 p. 421, 9 f. … -a et in ordine posita [*gr. 3, 90* ἐκ διαστήματος]). *al.*



**2** *-i sunt animantes*: **a** *homines*: **α** *milites* (*exempla selecta inde a* Liv.; *-um est totum agmen sim. militum p. 141, 50 sqq.*): Caes. Gall. 5, 16, 4 ut *hostes* numquam conferti, sed -i magnisque intervallis proeliarentur. 5, 17, 1 hostes … -i … se ostendere … coeperunt. civ. 1, 44, 1 ut … -i dispersique pugnarent. *al.* Hirt. Gall. 8, 19, 1 cum … -i proeliarentur (rare *var. l.*). Bell. Afr. 50, 3 *hostes* -i ac singuli de rupe prodire. Liv. 23, 27, 6 -i in confertos *hostes* inlati, cum paucitas parum tuta esset, … coire in orbem. 33, 15, 7 *dux* hostes nusquam nisi -o(s) in collibus *viderat.* Tac. hist. 4, 35, 2 -um apud signa militem *esse.* Frontin. strat. 1, 5, 5 -os pro moenibus sagittarios reliquit. Veg. mil. 1, 26, 2 -iores atque interlucentes (*antea opp.* constipati). *al.* **β** *quilibet*: Verg. Aen. 1, 118 apparent -i nantes in gurgite vasto. Liv. 3, 38, 11 patrum haud fere quisquam in foro, in urbe -i erant (Calp. ecl. 1, 62 nec carcere pleno infelix -os numerabit curia p.). Manil. 5, 123 (*alluditur ad secessionem plebis*) *seditiosi* volunt Montem … Sacrum -osque Quirites. Lvcan. 1, 27 -us … antiquis habitator in urbibus errat ([*sc. propter bellum civile*]. Stat. Theb. 4, 150 vacuis … in arvis. Hier. epist. 1, 3, 1. *al.; cf.* Lvcan. 8, 252 incola -us). *al.*

**b** *animalia* (*addasne p. 138, 18. 21?*): Verg. ecl. 6, 40 cum … -a per ignaros errent animalia montis. Ov. fast. 2, 217 *hostes* in medio paucos *milites* armentaque -a relinquunt. Colvm. 9, 8, 7 si paucae admodum *apes* circumvolant – nisi tamen complura capita rivorum diductas faciunt -iores – intelligenda est earum penuria. Val. Fl. 2, 74 *prima luce* -as … litus in altum mittit aves. *al.*

**C** *respicitur potius numerus, quantitas, sc. -a sunt, quae pauca vel parva, exigua sunt* (*v. etiam p. 133, 59. saepius agitur de iis, quae ab aliis ita distant [sc. natura, qualitate, gradu], ut sublucere vid. notio q. e. insolitus, singularis sim.; iuxta ponitur e. g.* difficilis *l. 54. 64,* egregius *p. 138, 55,* eximius *p. 138, 28,* praecipuus *l. 75,* singularis *p. 137, 5, opp. e. g.* vulgaris *l. 47. 51. 66*): **1** *in universum*: **a** *-ae sunt res*: **α** *proverbialiter* (*cf. etiam p. 138, 14*): *-a delectant, grata sunt sim.* (*v. Otto, Sprichw. n. 1507*): Cic. inv. 2, 114 quae … -a et ardua sint, ea experiendo pulchra et iucunda hominibus videri. Pvblil. sent. R 4 -um esse oportet, quod diu carum velis. Sen. benef. 1, 14, 1 quod voles gratum esse, -um effice. Mart. 4, 29, 3 (*neutr. pro subst.*) -a iuvant. Hier. in Is. 6, 13, 12 l. 19 G. omne …, quod -um est, et pretiosum est. *al.* *bona sim. -a sunt* (*v. Otto, Sprichw. n. 1506 et cf. p. 137, 57 sq.*): Cic. fin. 2, 81 in omni … arte … optimum quidque -issimum est. Lael. 79 omnia praeclara -a. Rvfin. hist. mon. prol. 10. sent. Sext. 243 -um … est omne, quod bonum est (*gr.* σπάνιον). *al.*

**β** *vario usu; -ae sunt res*: ① *incorp. vel incerti generis*: Ⓐ *quaelibet* (*exempla selecta inde a* Plin. nat.): Cic. inv. 1, 83 oportet … animadvertere, ne … solitarium aliquid aut -um iudicatum afferatur. top. 69 (*neutr. pro subst.*) ut anteponantur … -a vulgaribus. Ov. met. 1, 145 fratrum … gratia -a est. Pont. 2, 3, 6 rem, *sc. bonam,* facis …, qua non est aevo -ior ulla tuo. Lavd. Turiae 1, 27 -a sunt tam diuturna matrimonia. 1, 35. Manil. 2, 582 nihil … natura creavit foedere amicitiae maius nec -ius. Sen. amic. p. 31 -a res est amicitia, ⟨non⟩ vulgaris aut exposita. Cvrt. 8, 1, 14 leo magnitudinis -ae (*item gen. qual.*: 8, 13, 7. 9, 8, 2. *cf.* Mart. 9, 48, 5 -i … ponderis aprum). Colvm. 1, 2, 5 haec positio (*i. situs fundi*) … difficilis et -a paucis contingit. 4, 29, 7 illa frequentior … insitio, haec -ior et paucis usurpata. Petron. 94, 1 -am fecit mixturam cum sapientia forma. Plin. nat. 7, 161 -a … esse dicunt longiora … tempora *vitae* (*i. paucos ad senectutem pervenire*). 11, 131 *capillorum* defluvium … in muliere -um, in spadonibus non visum. Qvint. inst. 7, 1, 43 lites -as. Ivv. 13, 8 *non* -a (parva *var. l.*) videmus, quae pateris; casus multis hic cognitus ac iam tritus. Plin. epist. 2, 7, 3 filio … habitus est honor statuae; -um id in iuvene. *et saepe.*

Ⓑ *qualitates animi, morum sim.* (*per prosopop. l. 65; fere de virtutibus, de vitiis e. g.* Avg. civ. 14, 9 p. 25, 27 -iore vanitate): Cic. fam. 15, 4, 15 haec, quae -iora et difficiliora sunt, genera virtutis. Hor. carm. 1, 35, 21 te, *Fortuna,* … -a Fides colit ([Porph. quia a paucis colitur]. Ov. trist. 4, 5, 14. Phaedr. 3, 9, 1 vulgare amici nomen, sed -a est f. Sen. Herc. O. 602. *al.; cf. p. 137, 4 et* Manil. 2, 605 fidei -um *est* foedus pa⟨u⟩cisque tributum). Ov. ars 1, 241 aevo -issima nostro simplicitas (Sen. dial. 9, 15, 1 quam sit -a s.). trist. 5, 14, 29 -a … *est* virtus, quam non Fortuna gubernet (Liv. 29, 31, 3 -ae inter homines virtutis specimen. Paneg. 6, 16, 3 -a illa v. continentiae. *cf. l. 64*). Sen. clem. 1, 5, 4 clementia … in regia *domo* quo -ior, eo mirabilior. dial. 4, 9, 1 ut innocentia non -a, sed nulla sit. epist. 115, 3 in homine -um, humanitas, bonum (Avg. civ. 1, 28 p. 44, 31). *al.* Octavia 844 -a … pietas (CIL X 4861 [*saec. III[1]*] ob -issimam praecipuamque … adfectionem p. que). *al.* *gen. qual.*

[*Harbsmeier*]

(*cf. p. 138, 33*): VAL. MAX. 5, 8, 3 Torquatus propter egregia multa -ae dignitatis. SEN. epist. 114, 17 vir -ae frugalitatis. CIL X 3079 (*saec. I*) uxori -issimae sanctitatis (325. 2754). TAC. Agr. 4, 2 mater Iulia Procilla fuit, -ae castitatis (CIL IX 1893 -ae c. feminae). APVL. met. 7, 6, 3 -ae fidei atque singularis pudicitiae femina (CIL V 4129, 12). *al.*

ⓒ *sermones sim.; -a sunt*: ① *ea, quae in dictis vel scriptis reperiuntur, sc. verba, argumenta, metra sim.* (*cf. p. 134, 72*): HOR. ars 259 hic *iambus* et in Acci … trimetris apparet -us. SEN. contr. 1, 1, 25 Hermagoras in hac controversia transit … eleganter, -issimo quidem genere, ut *eqs.* (*ibid. iterum.* QVINT. inst. 5, 11, 24 SCHOL. Cic. Bob. p. 82, 14). 2, 6, 13 sententia⟨s⟩. SEN. epist. 33, 2 *apud Epicurum voces* (*i. sententiae*) -ae interim interveniunt. 114, 18 quae *verba* apud Sallustium -a fuerunt (*opp.* crebra … et paene continua). QVINT. inst. 8, 6, 60 qui *circuitus eloquendi* est apud poetas frequentissimus … et apud oratores non -us. *al.*
② *ipsa dicta vel, quod ad argumenta attinet, scripta* (*aliter p. 134, 12sq. 26*): LIV. 6, 1, 2 (*sim.* 7, 3, 6) -ae per eadem tempora litterae fuere (*i. monumenta*). STAT. Theb. 4, 651 -a … exordia famae. IVV. 2, 14 -us sermo illis et magna libido tacendi (SVET. Tib. 68, 3 plerumque tacitus, nullo aut -issimo … s. eoque tardissimo). TAC. hist. 1, 55, 1 -is primorum ordinum vocibus, ceteri silentio … exspectantes (ann. 4, 52, 3 -am occulti pectoris *Tiberii* v.). *al.*

(II) *corp.* (*aliter p. 134, 25sqq.*): HOR. carm. 4, 1, 34 cur manat -a meas lacrima per genas? (SCHOL. non amoris parvitate, sed aetatis verecundia). LIV. 26, 45, 2 -ae … scalae altitudini *moenium* aequari poterant. 31, 34, 4 *milites* hastis sagittisque et -a lanceis facta volnera *viderant.* 34, 39, 4 ex adverso missa tela nulla in corporibus, -a in scutis haerebant. *al.* CELS. 6, 5, 1 -ior ea species est *lenticularum in cute nascentium.* 8, 1, 2 -a … calvaria solida sine suturis est (raro *var. l.*). SEN. epist. 86, 6 Thasius lapis, quondam -um in aliquo spectaculum templo. LVCAN. 3, 693 -a datur si copia ferri *ad pugnandum,* utuntur pelago (*i. hostem mergunt*). 9, 383 -ae in fontibus aquae (*sim.* 9, 607 unda -ior). PLIN. nat. 12, 19 (*nisi ad B1d*) -am arborem Meroen usque a Syene … nullamque nisi palmarum generis esse. 13, 139 nihil gigni praeter spinam … et hanc -am admodum. 18, 54 panis multifariam et e milio fit, e panico -us. PLIN. epist. 6, 20, 13 (*describitur eruptio Vesuvii*) iam cinis, adhuc tamen -us (*opp. 16* multus et gravis). *al.*

